OPVS

CHRONOLOGICVM

ANNORVM SERIEM, REGNORVM MVTATIONES, & rerum toto orbe gestarum narrationem, à Mundi exordio ad annum vsq; Christi 1617 complectens.

Curis secundis auctum & recognitum.

AVCTORE

R. P. IACOBO GORDONO Lesmoreo Scoto, Societatis IESV Doctore Theologo.

Reliqua dat sequens pagina.

AVGVSTORITI PICTONVM,
Ex officina Antonij Mesnerij Regis & Academiæ Typographi. M. DC XVII.
Cum Priuilegio Regis.

QVÆ HOC TOMO PRIORE Continentur.

Chronologia à conditu orbis ad Christũ, vbi ad singulos annos, curis secundis accesserunt res eo tempore gestæ. Consules porro à Palilibus. Ac demum notatæ Olympiades tùm expansæ, tùm etiam cõtractæ in suis quadriennijs.

Pars tomi huius altera, quæstiones per aliquot capita explicat, quibus annorum ratio, quam prior continebat, prolixius asseritur. hæc habes cap. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. & 18.

Historiarum ab orbe condito ad Christum synopsis οἰκουμενικη. Cap. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. & 18.

De anni ratione varia, & sæpius in suis embolismis emendata, cap. 19.

Chronologicæ tabulæ variæ. prima Patriarcharum, vsque ad diluuium, cap. 3. Secunda regum & magistratum Atheniensiũ cap. 18. Tertia Eratosthenis, recognita. cap. 18. Quarta de rebus Alexandri. cap. 15. Quinta de regibus Seleucidarum post Alexandrum. cap. 17. Sexta de rebus Machab. cap. 16. Septima de rebus Augusti, cap. 18. item de primorum imperatorum familijs ibid. alia de bissexto & annis Iulianis, cap. 19. Octaua de initijs Græcæ & Romanæ Chronologiæ cap. 18. append. Nona de variarum nationum mensibus, cap. 17.

De modo legendi historicos; quid item singuli scripserint, & quo ordine iuxta seriem temporis legendi, cap. 20.

Indices tres. qui extant in fine huius tomi prioris.

BEATISSIMO
SANCTISSIMOQVE
PATRI
PAVLO QVINTO
PONTIFICI MAXIMO.

SOlenne multis est, magnisque huius seculi viris, Beatissime Pater, qui lucubrationes suas augusto tuo nomini inscribunt, Præfatione fateri; minorem esse operis dignitatem, quàm quod mereatur sub tuo nomine in lucem prodire. Næ quidem illi de se rectè, suaque tenuitate sentire videntur. Felices tamen hoc saltem nomine, quòd eum nacti sint operis patronum, in quo suprema potestas cum singulari clementia ita coniuncta est; vt qui orbis Christiani res maximas gerit, minimas etiam, si Christianæ sint, libenter admittat. Dat se in lucem sub tuis auspicijs, si id admittis, hæc temporum ratio ab orbe condito, ac demùm à Christo Pōtificum capite, ad tuam vsque Tiaram breuissimè consignata. opus planè exiguum, & quod, si cum amplissimi nominis tui dignitate componatur, plurimum etiam decrescet. Sed tamen in quo pleraque Christiani nominis plena; de Christo, de Christianâ Ecclesiâ, quam moderaris, deque hac tua Sede Apostolica, quàm potui perspicua breuitate dantur in medium. Ac vt ea, quæ de Regibus, rebusque publicis & politicis ex professo narrantur, nunc quidem recensere omittam; hîc insuper à sacris Christi incunabulis nouo sumpto initio, incrementa Ecclesiæ ex prostratis potentissimis hostibus nata, suo ordine in conspectum veniunt. Hîc sub sanctissimis Pontificibus, maximis tuis decessoribus sacrosancta Concilia asseruntur, refutantur adulterina. Hîc hæreses quotquot extiterunt, infelicia inferorum monstra, quantum patitur

instituta breuitas redarguuntur. Ac demùm (quod te solet pro zelo tuo plurimùm oblectare) hîc maximorum Principum, summorumque Imperatorum frequens ad Christiana sacra ab idolis conuersio: frequens abiuratâ hæresi, ad vera Ecclesiæ gremium optatissimus describitur reditus. Sed admiranda imprimis, & sanè diuina in his elucebit prouidentia, quæ militantem hanc Ecclesiam, continuato per tot secula petitam bello, non conseruauit solùm, sed supra humanam expectationem auxit quoque, verso sæpè in amicum hoste, sæpè in protectorē potentem. Hem quanta potentia cælo? quanta etiam hîc apparebit, cùm aliorum, tùm maximorum Pontificum gloria, quorum pijs & diuturnis laboribus, illius diuinæ prouidentiæ excellentibus instrumentis, ingens facta est ad Ecclesiam accessio. Quantam demum maiorum laboribus coronidem, tuus hîc Pontificatus adiecerit, si id hîc libenter non audis, concludet ex instituto hæc Chronologia. Sed quando in hæc nostra tempora incidit oratio, quibus tu Pontifex verè magne, quà zelo, quà consilijs, alijsque rationibus non cessas in Ecclesia Dei tibi commissa, collabentis ædificij sarcire ruinas: vnum hîc addam, quod tibi & ante purpuram tuam semper cordi fuit; & nūc excidisse in hoc pontificatu nullo modo potest. Excellens planè & sublime opus, huic tuæ Apostolicæ prouidentiæ, vt sperare licet, diuinitus reseruatum. Supplex ad te manus tēdit misera Britannia à 40 & amplius annis sub infausta hæresi omnino captiua; regnum quondam religione conspicuum; Regibus veræ fidei DEFENSORIBUS illustre; & præter alia, insigni erga Apostolicam Sedem reuerentia nobilitatum, nunc, proh dolor, his destitutum Christianis ornamentis, quot prioribus seculis protulit insignes Christianos, tot nunc dat veri Christiani nominis hostes infensissimos. Ingentia quidem sunt illa, quæ maiorum industriâ, & vigilantia narrantur, anteactis seculis ab hac Sede Apostolica peracta. Sed illi fortiter sua tolerauerunt tempora, monstra tunc nata domuerunt, & pro illâ ætate officio perfuncti sunt egregiè. Noua alit monstra hoc seculum, hæc Britannia: nouos postulat labores, nouo & immortali præmio donandos. Tu quidem B. P. vti omnes norunt; & inter Purpuratos, & nunc quoque Purpuratorum Ecclesiæque Princeps, iusta zeli Apostolici hac in parte argumenta dedisti. Testis, quæ ad te Scotiæ patrem & Mecœnatem, toties confugit Britannorum exulum nume-

rosa multitudo sed nihil actum putant infelices Britanni; quandiu illis liber religionis cultus denegatur. ô si te Pontifice maximo Deus immortalis; non armis, non bello aut sanguine; sed singulari tuâ industria tanto bono dignaretur Ecclesiam: si tibi magno Pontifici hanc coronam reseruatam ostenderet, insigne laudis tuæ monumentum transmittendũ ad posteros. Non est certè quorũcũque & infimorum hominum hic conatus, hoc arduum operæ pretium, hæc gloria. A te solùm post Deum expectant historiarum conditores, rei præclarissimæ felicem exitum, quem ad posteros æterna memoria sub tuis auspicijs transmittant. Sit sanè scriptoribus, tuum tuorumque nomen implorantibus, solenne hoc deinceps dedicationis argumentum: sit familiæ tuæ perenne encomium: Pontificatus tui tessera hæc, & inscriptio sempiterna, PAVLO V PONT. MAXIMO RESTITVTA DEO ET ECCLESIÆ BRITANNIA. *Deus opt. max. hanc voluntatem, tibi à multis iam annis diuinitus iniectam adiuuet, expleatque, & te Ecclesiæ suæ diutissimè seruet incolumen.*

EMPTORI.

Ne te fallat ſpecie nouæ editionis Bibliopola, veterem vllam ſuam & adulterinam ſubſtituens; en tibi veram, & quam tu etiam à deprauata facilè diſtingues. habet enim in priore tomo, aſcriptos in margine conſules, olympiadas, & annos vrbis. habet in poſteriore (præter aliarum rerum acceſsionem) prolegomena impensè aucta, & tabulis illuſtrata. Denique cùm aliæ editiones, attingāt ſolum annum 1613: hæc ad annum chriſti 1617 protractam habet Chronologiam. atque hæc quidem acceſſerunt poſt primam operis editionem; præter alia paſsim in vtroque tomo addita; & interdũ etiam immutata; ſiue ob errata Typographi, ſiue aliunde. Sanè prior tomus totus penè alius eſt: & græcæ ac latinæ hiſtoriæ acceſsione, multis vt ſpero vtilis futurus. nouo denique & copioſo indice locupletatus. Poſterior præter eius initium & finem, vti iam commemoraui; excreuit etiam plurimum in medio opere. cætera tu operis lectione facilè intelliges.

CHRONOLOGIA
A CONDITV ORBIS VSQVE AD CHRISTVM.

QVOD primùm ſeſe offert in hoc opere plurimùm iam aucto & recognito; anni ſunt expanſi, & κατὰ πλάτος dati in medium. Sed quos magis explicatos adhuc dabunt quæſtionum quæ ſubſequentur capita. Annos merè Chronologicos, hoc eſt, ex quibus ſolis,[a] & in vnum collectis, periodorum calculus ineundus eſt, ſepoſitos hic vides in extremo margine. In his vero orbis annis (quos explicatos voco) ſubducendis à conditu mundi ad Diluuium, ſequor Hebræorum codicum numeros, poſthabito 70. interpretum calculo. Cur id fiat, habes ex qq. c. 3. Cæterum ſi primæ, aut etiam inſequentis periodi annos nudè tantum propoſitos videas, nihil eſt quod mireris. Habent enim illi obſcuriſſima tēpora. Et vt fabuloſa quæ narrari ſolent pleraque, omitto; ſanè præter ea quæ qq. c.2.& 3.de rebus eo tempore geſtis commemorabo; præterque ſimplicem annorum ſeriem quam hic ſubiicio; vix occurrebat, in quo poſſit tutò Chronologi verſari induſtria. Certiora ſunt illa, & ampliora longè, quæ à primis Iphiti annis, ac Palilibus geſta referuntur: idque nullo anno intermiſſo. A quo etiam tempore, iuxta eas quas ſequor Epochas, habes vrbis annos cum ipſis rebus geſtis, & orbis annis compoſitos. Adiéci porro (ne quid ad Chronologiam numeris ſuis abſolutam deſiderari videatur) Conſules, & Olympiadis vbique annum: atque eum, tum expanſum; tum etiam ſolenni ſcriptorum more, ſuis incluſum quadriennijs.[b] Nec plura hoc loco de priori hoc operis Tomo. Nam quæ ſit optima ratio colligendi hos annos, & ineundi rationem temporum; cur in ijs colligendis tãtoperè inter ſe Chronologi diſſentiant; quis Chronologiæ modus omnium optimus ſit, & ſiquid aliud ſimilis argumenti requiras, id totum Quæſtionum capite primo ſub finem habes, pro inſtitutti noſtri ratione ſatis, vt ſpero, indicatum.

[a] Vide qq. c. 3 num. 2.

[b] Vide an. 3127.

PERIODVS PRIMA
annorum 1656.

1. *Adam creatur.* Adam mortalium primum, in ipso sæculorum initio, à Deo cùm vniuersa orbis huius mole conditum testatur sacra historia. Et quamuis quæ his primis à mũdi cõditu sæculis cõtigerunt, obscura sint, nec habeam⁹ scriptores Mose antiquiores; qualis tamen tunc fuerit reipub. status, quæ religio, quæ artes, ciuitates aut etiam bella, docebit qq. caput secundum; quãtum vel ex Mose, vel ex prudenti coniectura colligi potest. Quò etiam imprimis spectant quæ ex scriptura habemus de paradiso terrestri, de legibus à Deo datis, & legis prima transgressione.

Inter filios Adam qui primi recensentur à Mose sunt Cain & Abel. Hic occisus à fratre est, ille verò ad hãc Patriarcharum seriem quam hic vides nõ pertinet. Cæterum dubium non est quin ad Dei Ecclesiã pertinuerit Adam. Cur tamen ab hoc Abel cœpisse dicatur Ecclesia, vide qq. c. 2. nu 8.

1. A D A M cum genuit Seth, erat 130. annorum. Vixit autem annis 930. *Genes. 5. vers. 3. 5.* 130.

130. *Seth nascitur.* S E T H cum genuit Enos erat 165. annorum, & vixit annis 912. *Genes. c. 5. vers. 6. 8.* 159.

Hic natorum, & descendentium nepotum series proponitur illa tantum quæ post Seth, est ab Enos, qui veræ religionis tenacior fuit, omissa vt iam dixi altera, quæ est à Cain.

235. *Enos nascitur.* E N O S cum genuit Cainam, erat annorum 90. vixit annis 905. *Genes. cap. 5. vers. 11.* 90.

325. *Cainam nascitur.* C A I N A M cum genuit Malalael, fuit annorum 70. vixit annis 910. *Genes. cap. 5. vers. 14.* 70.

Alius est Cainam post diluuium, authore D. Duca insertus numero patrum illius periodi, de quo postea.

395. *Malaleel nascitur.* M A L A L E E L cum genuit Iared, annos habebat 65. vixit annis 895. *Genes. c. 5. vers. 17.* 65.

460. *Iared nascitur.* I A R E D cum genuit Enoch, annorum erat 162. vixit annis 962. *Genes. cap. 5. vers. 20.* 162.

Enoch ambulasse scribitur cum Deo *Genes. 4. cap. 24. & ad Hebræos cap. 11.* dicitur translatus ne videret mortem.

622. *Enoch nascitur.* E N O C H, cùm genuit Mathusalem, erat annorum 65. vixit annis. 365. *Genes. 5. vers. 23.* 65.

687. *Mathusalem nascitur.* M A T H V S A L E M, cùm genuit Lamech, erat annorum 187. vixit annis 969. saltem inchoatis. *Genes. 5. vers. 27.* obijt anno ante Diluuium, vel etiam eodem anno, cùm nondum cœpisset Diluuium, quòd fortè cœpit mense Nouembri. *qq. c. 2. n. 10. & c. 5. n. 2.* 187.

874. *Lamech nascitur.* L A M E C H, cùm genuit Noe, erat annorum 182. vixit annis 777. *Genes. 5. vers. 28. 31.* pauciores dant Septuaginta Interpretes. 182.

930. Adam moritur anno 56. vitæ Lamech. Hinc habemus Traditione conseruatam ab initio doctrinam, quam Lamech ab Adamo (cùm quo vixit) acceptam, tradidit Noe filio, & Sem nepoti, de religione, rebúsque diuinis.

987. E N O C H viuens translatus est, anno post mortem Adami 57. cùm adhuc viuerent alij Patres. *Genes. 5. vers. 24.*

1042. S E T H moritur annis 55. post translatum Enoch. *Genes. 5 vers. 8.*

1056. *Noe nascitur.* N O E, filius Lamech tempore Diluuij erat annorum 600. *ex Genes. 7. vers. 6.* Vixit autem post Diluuium annis 350. quare omnino vixit annis 950. *Genes. 9. vers. 28.* vixit 28. annis cum Abrahamo. *Vide* 2006. Noe, cum genuit Sem, erat annorum 502. quem genuit 98. annis ante Diluuium. *vt patet, subductis annis ex Genes. 11. vers. 10. vide qq. c. 3. in fine.* 600.

1558. *Sem nascitur.* Est hic annus 98. ante Diluuium, quo Sem nascitur, Sem verò erit 100. annorum, cùm gignet Arphaxad, biennio post Diluuium. *Genes. 11. vers. 10.* Et vixit omnino annis 600. *Ibid. qq. c. 6. n. 3.*

1656. DILVVIVM Noëticum in hunc Mundi annum incidit, *de quo in qq.c.1.n 8.& c.5.initio.* Colligitur hic annorum numerus ex Chronologicis annis iam notatis. Et res describitur *Genes.7.& 8.* An verò cœperit mense Nouembri. *qq.c 5.n.2.*

PERIODVS SECVNDA,

annorum 322. qq.c.quinto.

2.

1658. *Arphaxad nascitur.* ARPHAXAD filius Sem nascitur biennio post Diluuiũ, *ex Genes. 11.vers.10*, quando autem genuit Cainam, *ex 70. Interpret.* erat annorũ 35. vixit verò omnino annis 438 *Genes.11.vers.12.13.* 35.

1693. *Cainan nascitur, secundus scilicet* CAINAN, cùm genuit Sale. erat annorum 30. vixit omnino annis 360. Hunc insero ex coniuncta authoritate *Lucæ, & 70. Interpr. Genes. 11* de qua re *in qq.cap 5* hic est Cainan minor. 30.

1723. *Sale nascitur.* SALE, cùm genuit Heber, erat 30. annorum. *Genes.11. vers.14.* Vixit autem omnino annis 433 *ibidem.* 30.

1753. *Heber nascitur.* HEBER, cum genuit Phaleg, erat 34. annorum. Vixit omnino annis 464. *Genes 11.ver.16* In huius familia seruata est lingua Hebræa. 34.

1787. *Phaleg nascitur.* PHALEG, cùm genuit Reu, erat 30. annorum. Vixit autem annis 239. *Genes.11.vers.18.* In hunc annum, aut circiter, incidit confusio linguarum, scilicet annis 83. ante regnum Beli. *qq.cap.4.num.9.& cap.5.nu.9.* vbi de Regnorum prima origine. 30.

1817. *Reu nascitur.* REV genuit Sarug cùm esset 32. annorum. Vixitque omnino annis 239. *Genes.11.vers.20.* 32.

1849 *Sarug nascitur.* SARVG, cùm genuit Nachor, erat 30. annorum. Vixit annis 230. *Genes.11.vers.22.* 30.

Anni mundi. | *Patriarcha.* | *Assyriorum Reges.*

REGNI BABYLONICI INITIVM, vnde postea Assyrij.

1870. *Belus.* Hoc anno Belus, seu vt aliqui putant, Nembrod (*de quo Gen.cap. 10. vers. 8.*) inchoauit regnum Babylonicum: vnde postea Assyriorum Monarchia. Inchoauit, inquam, annis 65. ante Nini regnum: tot enim annis regnauit Belus, *vide qq.c 4 & 5. num. 9.10. & deinceps.*

1879. *Nachor nascitur.* NACHOR, cùm genuit Thare erat 29. annorum. Vixitque omnino annis 148. *Genes 11. vers.24.* 29.

SICYONII.

1906. *Sicyoniorum regnum.* SICYONIORVM regnum nunc exoritur, primo rege Ægialeo. *qq.c 6.nu.6 ibi* Arcadex. *qq cap.4.nu 6.* regio postea Peloponesus dicta.

1908 *Thare nascitur.* THARE, cum genuit Abraham, erat 70. annorum. Vixit annis 205. *Genes.11.vers.26.& 32.& qq.c.5.num.8.* 70

ASSYRIORVM INITIVM.

1935. *Ninus.* NINVS hoc anno ædificauit Niniuen, & inchoauit Monarchiam Assyriorum. *qq.c.4.& 5.* Annus hic est 43. ante ortum Abrahæ. Regnauit Ninus annis 52. scilicet vsque ad Semiramidis regnum, *de quo infra anno 1987 & 2029.*

PERIODVS TERTIA,

annorum 505. qq.cap.septimo.

1978. *Abraham nascitur.* Nascitur Abraham in Vr Chaldæorum vrbe. *Genes.11.vers.26.28.* cùm verò genuit Isaac filium ex Sara, erat 100. annorum. *Genes.21. vers. 5.* Vixit omnino annis 175. hoc est 75. annis cum filio, imò & 15. ex illis annis cum nepote Iacob. *habetur Genes.25.vers.7.* de eius peregrinatione & vita, *vide qq.cap. 6. initio, & cap. 5. nu 8.* natum Abraham notauit *Scaliger* anno 31 Beluchi 9. Regis Assyr. sed ille insolitam dedit sedem his Regibus. *qq.cap.5.num.12.* 100

Anni mundi.	Patriarcha.	Assyriorū Reges.		Anni Chronologici.
			DYNASTIAE AEGYPTI.	
1978. Aegyptiorum Dynast.			Anno isto ortus Abrahæ ponitur regnum Ægyptiorum: de cuius tamē initio, & Dynastijs antiquioribus *vide qq. cap.6.* & iā quidē cœpit Dynastia illa apud Ægyptios, dicta ab Eusebio 16. & Thebæorum. Durat annis 190. Scilicet vsque ad Pastores, *de quibus anno 2168. Vide Eusebium, & qq. cap. 4. Idem cap. 6. num. 7.* Alij volunt hanc 16. Dynastiam esse etiam Pastorum.	
1987 Scytharū regnum.	9	Semiramis.	Semiramis Ascalonita, vxor Nini, marito mortuo imperat Assyrijs annis 42. *ex Iustino, & qq. cap. 4. & 6.* Scythicum regnum à *Nauclero*, & alijs quibusdam circa hæc tempora inchoatum ponitur. Sed res est incerta. *qq. cap. 6.*	
1988	10		Sara hoc anno 10. Abrahæ nascitur, quæ vixit annis 127. *Gen. 23. 1.* quare obijt anno Mundi 2115.	
2000	22		Bis mille anni cōpleti sunt à Creatione, hoc anno 22. ætatis Abrahæ.	
2006	28		Noe hoc anno Mundi moritur, hoc est anno post Diluuium 350. *Gen. 9 ver. 28. 29.* ac proinde anno ætatis Abrahæ 28.	
2019	51	Zames	Zames Ninyas 3 est Rex Assyrici Regni, inchoati à Nino, anno 1935 & continuati in Semiramide anno 1987. Fuit hic filius Semiramidis, Regnat annis 38 *Euseb.*	
2053	75		Annus hic 75. Abrahæ, est annus ille, quo contigit profectio eius ex Vr vrbe, natali solo, in Haram; inde in terram Chanaan, & insuper quo facta est illi prima promissio. *Vide qq. c. 7. & c. 5. nu. 8 in fine.* Varias Abrahæ factas promissiones, *lege ibidem c 5* Ab hac autem 1. promissione ad Exodum sunt anni 430. *qq. c. 7. Vide* 2483.	
2060	82		Circa hunc annum, profligatis 4 Regibus, Abraham dat decimas Melchisedecho: nam anno ætatis 75 venit in terram Chanaan, *vt supra:* anno deinde 10 duxit ancillam Agar. *Genes. 16. vers. 3.* inter quæ duo tempora accidit illa oblatio, & victoria. *Genes. 14. Pererius ibidem* rem totam prolixè explicat.	
2064	86		Ismaelem iam nasci, *colligitur ex Genes. 16. vers. 3. & 4. & ex præcedente* §.	
2067	89	Arius	Arius Assyriorum Rex quartus à Nino, quintus à Belo, regnat annis 30. Thuras à *Suida* dicitur; Arius verò, id est, Mars, quòd bello acer esset.	
2070	92.		*Mariana Histor. Hispan. lib 1. cap. 12. suspicatur,* circa hæc tempora Geryones, primos reges Hispaniæ, & Herculem Lybium vixisse. Si ita est, certè, quod addit, de Siculo constare non potest quem ante Geryones collocat, & tamen 200. tantùm annis fuisse ante bellum Troianum, notat statum rerum Hispanicarum hinc vsque ad punica bella descripsit idem author.	
2077	99		Circuncisio instituitur, & Abrahā circunciditur. *Genes. 17. vers. 23 24.* Ismael eodem die circumciditur, annorum iam 13. *Genes. 17 vers. 25. 26.* paulo post promittitur Saræ filius Delentur Sodoma. *cap. 18. 19.*	
2078	Isaac nascitur		Isaac natus est anno 100 patris (in vrbe Gerara, quæ erat regia Philistinorum.) *Genes. 21 v. 5 & c. 20. 1* Cum verò genuit Iacob & Esau, ex Rebecca, erat 60. annorum. *Genes. 25. v. 26.* vixit omninò annis. 180. *Genes. 35. v. 28.* Atque hinc iam ad Exodum sunt anni 405 *vide qq. c 7.*	60
2097	19	Aralius	Hic sextus à Belo Rex Assyriorum regnat annis 40. *Eusebio* Amalius vocatus.	
2105	27		Isaac circa hunc annum ætatis suæ 27. putatur oblatus. *Pererius in Genes.* licèt aliqui ad 15. ætatis annum referant.	
2118	40		Isaac Rebeccam duxit vxorem, filiam Bathuelis Syri de Mesopotamina, annum agens *40. Genes. 24. & cap. 25 20 vide qq. cap. 6. ferè initio.*	
2137		Xerxes	Xerxes, qui & Balaneus, septimus Rex Assyriorum, regnat annis 30. *Euseb.*	
2138	Iacob nascitur		Iacob & Esau nascuntur ex Rebecca, anno patris 60 *Gen. 25 vers. 26.* Hinc ad natiuitatem Ioseph sunt anni 91. vt ibi dicetur. Iacob vi-	96

xit annis 147. *Genes.* 47. *vers.* 28. Hinc ad descensum eius in Ægyptum sunt anni 130. *Genes.* 47. *vers.* 9. *vide qq. cap.* 7. annus est Abrahæ 160.

ARGIVORVM REGNVM.

2148 10 Circa hunc annum 10. vel potius 12. Iacob, communiter putant au-
2150 12 ctores exortum regnum Argiuorum cum *Eusebio:* quod satis conuenit
Argiuorū Regnum cum principio regni Mycenarum, in quod translatum est anno 2693. Regnatum est per 14. Reges, annis ferè 544. Et post Innachum, Rex 2. Phoroneus, Argi Regis pater, Græcis primus leges dedit, & iudicia. Argos condidit. *Pausanias lib.* 2. *Vide Aug. lib.* 18. *de ciuitate, & Solinum.* Eius soror Io, vel Isis fit regina Ægypti, quæ post mortem Osiridis mariti, prudentissimè regnum administrauit. *Euseb. & August. iam citati.* Hunc Phoroneum *Mercator*, & alij σύγχρονον faciunt Belucho, anno 2205. rem habes explicatam *qq. cap.* 10. *num* 34. & 2298.

2153 15 Abraham obijt hoc anno 15. Iacob. *Genes.* 25. *ver.* 7. anno scilicet ætatis suæ 175. *ibidem.* Nec obstat, quòd narretur à Moyse natus post narratam mortem Abrahæ. Est enim omissus ordo temporum. *Pererius Præf. in ca.* 25. *Gen.* hoc etiam attigit.

2167 29 *Armamithres* Armamithres 8 Rex Assyriorum, regnat annis 38. *Euseb.*

2168 30 Dynastia dicta 17. vel si mauis 2. inchoatur: durat annis 103. plus minus. *qq. cap.* 6. *num.* 7. *Euseb.* dici putat Pastorum Dynastiam. qui fuerint hi Pastores, & quid de his Dynastijs sentiendum sit, *Vide qq. cap.* 6. *num.* 7.

2178 40 Esav anno ætatis 40. duxit vxores Iudith & Basemath. *Gen.* 26 *vers.* 34.

2201 63 Ismael moritur hoc 63. anno Iacob, annis scilicet 14. antequam Iacob iret in Mesopotamiam *Lege Perer.* Gen. 28 *in Præf* vnde benè explicat sensum *versus 9. eiusdem capitis*, & profectionem Esau ad Ismaelem, non de persona, sed de familia Ismaelis, cum ipse Ismael, iam obijsset.

2205 67 *Beluchus* Belvchvs Priscus 9. Rex Assyriorum, regnat annis 35. *Euseb.*

OGYGIS DILVVIVM.

2207 69 Ogygis Diluuium in Attica, sub tempora Innachi primi Argiuorum regis, aut sub Phoronei initia, anno fortè 7. Phoronei, & annis 1020. ante primam Olympiadem, *ex Iulio Afric. apud Euseb. lib.* 10. *de Præpar. Euang. c.* 3. ac proindè annis 1045. ante Vrbem conditam, *qq. c.* 6. *num.* 10. de hoc Innacho *vide annum* 2148. & *qq. c.* 10. *num.* 3.

2215 77 Contigit nunc profectio Iacob in Mesopotamiam, quando vidit scalam & Angelos, *de qua hist Genes.* 28. hoc sic colligo, quia ingrediens posteà Ægyptum erat annorum 130. *Genes.* 47. *vers* 9. qui numerus benè hinc resultat; seruiuit enim in Mesopotamia annis 14. post quos mox natus illi est Ioseph. *Genes.* 30. *vers.* 25. Si his 14. annis addas 17. quos posteà habuit Ioseph in venditione, item annos 23. seruitutis Ioseph, & 9. annos gubernationis, *ex qq. c* 7. habebis annos 53. qui si addantur annis illis 77. ætatis Iacob, cum venit ad Laban, patebit descendisse anno ætatis illo 130. *qq. cap.* 7. *num.* 7.

2222 84 Hoc anno 84. ætatis, Iacob ingreditur ad duas vxores Liam & Rachel, inchoante scilicet 2. septennio mansionis apud Laban. *Gen.* 29. *vers.* 28. 30. Rachel tamen manet sterilis vsque ad natiuitatem Ioseph, *ex Gen c.* 30. *vers* 22. *de quo sequenti* §.

2229 91 Ioseph hoc anno nascitur, scilicet anno patris 91. Nam Ioseph post 30
annos 30. factus est Princeps Ægypti. *Gen.* 41. *vers.* 40. 45. 46. sub quo Principatu, exactis 7. annis fertilitatis, & duobus famis, Iacob pater venit in Aegyptum. *Gen.* 45. *vers.* 6. habens annos 130. *Gen.* 47. *v.* 9. vixit Ioseph annis 110. *Gen. vltimo in fine.*

2235 97 Iacob nunc redit è Mesopotamia in terram Chanaan. *Gen.* 31. *vers.* 41. ad patrem Isaac in Hebron. *Gen.* 35. *ver.* 27. lege *in Genesi* intermedia, vt de lucta *cap.* 32. *vers.* 24. de reconciliatione cum fratre, *c.* 33. De raptu Dinæ, *c.* 34. De natiuitate Beniamin, & morte Rachel, *c.* 35. *v.* 18.

Anni mundi	Patriarcha.	Assyriorũ Reges.		Anni Chronologici.
1240	102	Balaus	BALÆVS 10. Rex Assyriorum, regnat annis 52. *Euseb.*	
2246	108	—	IOSEPH, cum esset annorum 17. venditur à fratribus. *Gen.* 37 *vers.* 2 & 28	
1257	119	—	IOSEPH in carcere exponit somnia pincernæ & pistoris, *Gen.* 40. Nam post biennium è carcere liberatur. *Gen* 41. *vers* 1.	
2258	120	—	ISAAC hoc anno videtur mortuus *de quo Gen.* 25.29. anno vno ante liberationem Ioseph.	
2259	121	—	IOSEPH iam annorum 30. fit Princeps Ægipti. *Gen.*41.*vers.*40.45.46. sequuntur 9. anni: hoc est, 7. fertilitatis, & 2. famis. *Gen.*41.*vers.*29. & *cap* 45 *vers* 6	9
2268	130	—	IACOB hoc anno 130 ætatis, descendit in Ægytum. *Gen.* 47. *ver.* 9. vixit ibi 17. annis, *vt patet* ex eius ætate, *supra anno* 2138. descendit anno 2 famis Gen.45 *vers.*6 11. hoc est anno 9. à Principatu Ioseph. *qq. c.*7. ad mortem Ioseph sunt anni 71.	17
2271	133	—	DYNASTIA *Eusebio* 18. sub Diospolitanis hoc anno inchoatur apud Ægyptios. Durat annis 348. *Euseb. qq. cap.* 6. A ciuitate, cui nomen διόσπολις sic dicta; quam etiam ciuitatem Thebas Aegyptias vocatam aliqui scribunt.	
2285	147	—	IACOB hoc anno moritur, exactis 17. annis in Aegypto. *Genes.* 47. *v.* 9.24.28. Hinc ad mortem Ioseph sunt anni 54. *vt patet* ex eius natiuitate, *de qua ad annum* 2229 & 2338.	54
2292	—	Altades	ALTADES Rex 11 Assyriorum, regnat annis 32. *Euseb.* hic Rex vndecimus ab alijs Sethus vocatur.	
			SPARTA.	
2298	—	—	SPARTA, seu Lacedæmon nunc putatur condita à filio Phoronei, vide reges *qq c.*8 *nu.*9. paulò ante conditur Rhodus à Sicyonijs, Memphis apud Aegiptios ab Apide olim rege Argiuorum. *Euseb. lege Pausaniã, & Euseb. lib.* 10. *Præp. Euãg.* Apidi apud Argiuos successit Argus Phoronei filius. *qq. c* 8. *nu.* 9.	
2324	—	Mamithus	MAMITHVS Rex 12. Assyriorum, regnat annis 30. *Euseb.*	
2238 *completi*	—	—	HOC anno Ioseph moritur in Aegypto anno ætatis 110. *Gen. cap. vlt. vers.* 22.24.25. anno 54. post mortem patris. Atque hinc ad natiuitatem Moysis sunt anni 64 completi seu 65. *qq. c.* 7.	65
2354		Mancaleus	MAVCALEVS 13. Rex Assyriorum annis 30. *Euseb.* ab alijs vocatur Aschalios.	
			ISRAEL SERVIT.	
2360	—	—	CIRCA hunc annum cœpit seruitus Israelitarum in AEgypto, & edictum de necandis infantibus. De quo *Exod.* 1. annis scilicet 22. post mortem Ioseph, *vt notatur qq. c.*7. *num.* 13.	
2384	—	Spherus	SPHERVS 14. Rex Assyriorum, annis 20. *Euseb.*	
2400		—	AARON nascitur tribus annis ante Moysen: nam erat annorum 83. tempore Exodi. *Exod. c.*7. *vers.*7. Vixit annis 123. *Nu. c.*33. *v.*39.	
2403	Moyses		MOYSES hoc anno nascitur in Aegypto: nam tempore Exodi erat annorum 80. *Exod. c.*7. *v.*7. Vixit autem annis 120. *Deut.*34.7. Hinc vsque ad Exodum sunt anni 80. *Exod. c.*7. *v.*7. *vide qq. c.*7. *n.*11.21.	
2404	2.	Mamilus	MAMYLVS Rex 15. Assyriorum, annis 30. *Euseb.*	
2434	31	Sparteus	SPARTHEVS 16. Rex Assyriorum, annis 40. *Euseb.*	
2439	36		IOSVE nunc natus putatur, annis ferè 36. post natum Moysen. Tempore Exodi erat 44. annorum. *qq. c.* 9 *n.* 5. Vixit annis 110. *Iosue vlt. ver.* 28.29. *Iud.* 2. *vers.* 6.7.8. De Ducatu infrà.	
2443	40	—	Hoc anno Moyses quadragenarius, & 40. annis ante Exodum, inuisit fratres Israel, & occiso Aegyptio fugit in Madian. *Act.*7. *vers.*23. Itaque huc vsque mãserat in domo regia, velut regis filius. *Ex* 2. *v.*9.10.	
			ATHEN. REG.	
2443	40	—	Atheniensium Regnum exoritur in Attica. Primus Rex Cecrops Aegyptius. Regnatur *iuxta Euseb.* annis 488. per Reges 17. Regũ Catalogum habes *qq. cap.*18. *in Appendice.* Cessat regnum in Codro, *qq. c.*6. *in fine,* & *infra* 2926. Sub hoc Cecrope contigit Areopagi nomen	

apud Athenienses. locus anteà πάγος dicebatur. posteaquam verò Mars 12. Dijs iudicantibus ibi causam dixit, locus cœptus est vocari ἄρειος πάγος, Martis saxum, vt Romę saxum Tarpeium, vnde Iudices Atheniensium Areopagitæ appellantur. Hoc verò gestum referri in tempus Cecropis authores sunt *Euseb. Seruius*,&alij,& cum à Cecrope ad Cyrum 1000. annos numerant,non absunt à nostro calculo.

2444 41 IOB circa ista tempora fuisse perhibetur. *Pineda in Iob*, facit Moysi æqualem aut etiam priorem.

2469 66 CIRCA hunc annũ accidit in Thessalia Diluuium sub Deucalione Rege,circa tempora Cecropis.*qq.cap.6.num.12.*quo sæculo duæ aliæ clades admirabiles fuère, scilicet Ægypti plagæ, & Phaëtontis incendium; *de quo Euseb.citatus,& qq.cap.6.*vbi de rebus Græcorum, & hac antiquissima eorum historia. Nunc etiam Oenotrius ex Arcadia venit in Occidentalem partem Italiæ,dictam Ausoniam, ipse Oenotriã vocauit, *Vide Dio.Halicarnass.lib.1.Paus.lib.6.*

2474 *Ascatades* ASCATADES 17.Rex Assyr.an.40.*Euseb.*

PERIODVS QVARTA:
Ab Exodo ad Templum inchoatum, annorum 480.

2483 *Moyses Ier.* EXODVS, seu Egressio filiorum Israël ex Ægypto, sub Moyse Duce,mense Nisan. *Exod.12.vers.2.17.* 18. vbi Nisan deinceps decernitur primus anni mensis (hinc ad Iosue anni sunt 40.) Menses porrò hîc accipe Lunares.*qq.cap.*17.10. Mense ergo primo,die Lunæ decima quarta,primum Pascha in Ægypto celebratum est,& quatriduo post Pharao mergitur.*Exod.cap.*12.13. 14.Post dies paucos aquæ Mara,iniecto ligno dulces fiunt.*Exod.*15.*vers.* 25. Die 15.mensis 2.veniunt in solitudinem Sin, vbi manna datum est. *Exod.*16.Indè in Raphidim. vbi aquæ ex petra.*Exod.*17.& Iosue vincit Amalechitas orante Moyse. Mense 3. veniunt in solitudinem Sinai. *Exod.*19.1.post paucos dies loquitur Deus ad Moysen. *cap.*19.*vers.* 11.15. 16.20.Moyses deinde post 40.dies descendit de monte; fert,ac frangit tabulas. *cap.* 32. *vers.*19. Post alios 40. dies dat secundas tabulas.*cap.*34. *vers.* 18. Huius inchoantis periodi Epactam, Neomeniam, & totam Exodi Epocham, magis sigillatim proposuit *Scaliger ad ann.* 600. *Eusebij*,expendẽs an Lunaris Nisan respõdeat 15.diei nostri Aprilis. Illud aduerte, quod iam indicaui, à tempore Exodi cœpisse annum Heb. à Verno Aequinoctio. *Exod.* 12.*vers.* 2. cum antea principium haberet ab Aequi noctio Autumnali. *Exodi* 35.22.*&* 23.*v.*16.*vide qq.cap.*19.Mirè æstuant aliqui,vt in sequentem Orbis annum reiiciant Exodum, sed frustrà,vt in simili quæstione sæpè iam monui.

Iter *Lex* *Annus*

2484 81 MENSE 1. anni 2. erectum est Tabernaculum 1. die mensis.*Exodi* 40.*vers.*2.*&*17. Die 1.mensis 2.numerantur filij Israël,& dãtur 12. Principes,*Num.*1 Mense 2.die 20.eunt versus Pharam *Num.* 10 *vers.*11.Hoc an.2.(& forte exeunte) mittuntur exploratores. *Num.* 13. *vers.* 28. ex Cadesbarne.*Iosue* 14.*vers.*17.Hoc eodem an.2.post erectum Tabernaculum & ante numeratũ populum feruntur leges de sacrificijs, vnctus consecratur Aaron,& offertur sacrificium.*Leu.à cap.*1.*ad* 11.

Numerus populi. *Tabernacul.*

2485 82 *Explorat.* NVNC ergo excurrente biennio à die Exodi, mittuntur Exploratores primi,reluctatur populus, completurus proinde 40. annos in deserto. *Num.*13. *vers.* 18. *Iof.*14.*vers.*7.*vide qq.cap.*9.*num.* 6.

2514 *Amyntes* AMYNTES Rex 18. Assyriorum, annis 45. *Euseb.*

IOSVE DVX.

2524 *Iosue.1.* MOYSES anno 40. ab Exodo moritur 1. die mensis 1. annorum 120. Iosue Ducatum,suscipit.*Deut.*34.*vers.*7.*Iof.*1.*vers.*3.*Deut.cap.*31.*v.*1.

Hinc verò vsque ad inchoatum Templum sunt anni 440. *ex qq.cap.9.* vbi ostenditur Iosue nunc fuisse annorum 84. Rexit populum annis ferè 26. Mensis.1.die 10.ascendit populus de Iordane, ponit Castra in Galgalis. *Iof.4.verf.19.* capta Ierico. cessat Manna. *Iof.5.verf.10.12.* obiit Aaron paulò ante Moysen,1.die mensis 5.annorum 123. *num.33.v.38.39.* Hinc vsque ad Dauidem ratio temporis, quoad particulares singulorum Ducum annos satis perplexa est. constat tamen de tota Periodo. *qq.cap.9.num.4 6.& 10.*

TROIA CONDITA.

Si 300.annis stetit regnum Troianũ, cœpisse oportet ante.4. annos in Dardano 1.Rege, 2520. Sed Dardani regnũ rectius sub finem Ducatus Moysis, & ab hoc anno 2524. exortum putatur. Nam à Dardano ad Ilij excidium sunt anni 296. contigit igitur Ilij casus anno nostro 2820. Sic enim peritiores numerant hos reges. Dardanus regnauit annis 65. Erichtonius an. 46. Tros 49. Ilus 40. Laomedon 44. Priamus 52. ex quibus colliguntur anni illi 296. Hunc Regum Catalogum ad suas neomenias reducit *Scaliger lib.2. Can.sub finem*: & nostris annis probè consentit.

2530 | 6 κληρουχία. — Terræ diuisio nunc peragitur, scilicet 45. annis ab exploratoribus missis. *Iof.14.v.10.7.13.* quando Chaleb annorum 85. accepit Hebron. *ibid* facta est hæc κληρουχία post 5.annos bellorum. De loco *Act.13.verf.20.* explicando, *vide qq.cap.7.num.17. & cap.9.num.10.*

2537 | 13 Sabbaticus an. — Hic annus fuit primus Sabbaticus; seu primum Sabbatum Terræ nunc cœpit mense Tisri. Est ergo annus 7. qui primo occurrit post κληρουχίαν, quo omnis terra quiescere præcipitur. *Exo.23.verf.10.11.& Deut.31.verf.10. Leuit.25.verf.20 21 22* De hoc anno *Scaliger lib 5. Emend. temp & nos qq cap 9.num.5 & cap 12.num 9* Bacchus, aliter dictus Dionysius, Nisam in India condit. Varius tamen est Eusebius in huiusmodi anno consignando.

2549 | 25 Interregnum Iudicum. — Iosve obiisse putatur hoc vel sequẽti anno: obijt anno ætatis 110. *Iof.vlt.v.28 29 Iud.2.v 6.7.8* huc vsque vixisse suadet *Iof cap 23.* quamuis omnino certum non sit, quandiu rexerit. Interregnum apud filios Israël circiter annis 10. vsque ad Othonielem Iudicem. Interim Israël seruit regni Mesopotamiæ aliquot annis. *Iud.3.verf 8.9. vide qq. cap 9 num 5 & 8.*

2559 | Belochus. — Belochvs, Rex 19. Assyriorum annos 2. *Euseb.*

Othoniel 40. annis — Othoniel filius Cenes, fratris Caleb Iudex in Israël annis 40. annumerando annos seruitutis, de quibus *in qq cap 9.num 7.* tot verò annos ei damus *ex Iud 3 verf 11.* fuit hic de Tribu Iuda.

2580 — Hic primus est annus Iubilæus, seu 50.à diuisione Terrę, *ex Leuit 25. verf 8.9. lege tamen qq cap.9 num.3.& cap.12.num.9.*

Apud Euseb.ad an.611 condita Side vrbs tempore Othonielis. Aduertit tamẽ Scaliger, non in Cilicia, sed in Pamphilia fuisse; & ibi Cilices solitos fabricare suas naues.

2581 — Hoc anno 22.Othonielis, Israël seruit Eglõ regi Moab annis 18 *Iud.3. verf 14* qui complent 40.annos Othonielis: & ita de aliis similis seruitutis, *vt noto qq cap 9 num 7.*

2584 | Bellopares. — Bellopares Rex 20. Assyriorum, annis 30. *Euseb.* ab aliis Balatores nominatur.

2599 | Aod 80. annis. — Aod filius Gera, de Tribu Beniamin, Iudex Israël annis 80. *Iud.3. verf 26.30.* Hic ambidexter Moabitarum regis Eglonis excussit iugum.

2614 | Lãprides. — Lamprides Rex 21. Assyriorum, annis 32. *Euseb.*

2619 — Dynastia Ægyptiorum 19 incipit, & durat annis 194. *Euseb. de his Dynastijs qq cap.6.*

2630 — Circa hæc tempora, præsertim sub Ducatu Iudicis Aod, ponitur Tros Dardaniæ rex tertius, quem secuti sunt alij, quos *vide in anno 2524. & Euseb. libro decimo, de Præp. Euang.* Hic Tros, (à quo Troiani) bellum intulit Tantalo Regi Phrygiæ ob raptum Ganymedem. *Euseb.*

& qq. cap. 8. vbi de Phrygiæ regno. Iuxta Regum Catalogum anno 2524. notatum, sequitur hunc annum 2630. esse nobis annum 5. quo regnauit Tros. quod rectè consentit, tum cum Ilij excidio, tum cum Chronologia belli inter hunc Troem & Tantalum; ac denique cum anno, quo Pelopidæ Mycenis soli regnarunt, pulsis Heraclidis. Nam σύγχρονοι sunt Tros & Tãtalus: à Trois autem morte, vsque ad Atreũ Tantali ex Pelope nepotem, vix sunt anni 71. iuxta Regum annos notatos; Dardaniæ quidem, anno Orbis 2524. & Mycænarum, *qq. c.* 8. consurgunt quoque anni tantùm 20. ab obitu Trois, vsque ad mortẽ Acrisij, cæsi à Perseo nepote, quando cœpit Mycenarum regnum. nec ab his alienus est *Tatianus*, qui Pelopis è Phrygia exitum, refert ad Acrisij tempora.

CORINTHI. REG.

2640 RVTH Moabitidis Historia ad hæc tempora sequentia pertinere videtur, & fortassis ad annum orbis 2706. vt colligi potest ex iis, quæ notaui, *Matth. cap.* 1. *vers.* 4. 5. *&* 6. *de Booz. vide qq. c. 9. in fine.*

Nũc incœpisse videtur prima Corinthiorũ Dynastia: durat vsque ad annũ *2899. vide qq. c. 8. n. 9.* primus Rex Sisiphus Isthmia mutauit. *ibid.*

2646 | *Sosares.* SOSARES rex 22. Assyriorum annis 20. regnat. *Euseb.* Sub hoc rege Assyrij superiorem Asiam occupant, vsq; ad Arbacen, & Medos ab illis deficientes. *Herod. l.* 1. variant authores an fuerit circa hæc tempora rapta Io à Phœnicibus, & Europa, Regis Phœnicum filia, ducta in Cretam *Herod. li.* 2. *&* 4. Hoc tempore Achæus nomen dedit Achaiæ, vbi regnabat. *Euse. vide Strab. l.* 8. de Ione, qui nomen etiam postea Ioniæ dedit. Cadmus literas & doctrinam ex Phœnicia in Græciam intulit, & Thebas Bœotiæ condidit. *Herod. libr.* 4. *&* 5. Varia *Scaliger in Euseb. anno* 451 *scribit* de Io Iasi filia, & altera Io filia Innachi. *Et ann.* 431. 524. *&* 637. de Europa.

2658 ISRAEL seruit Iaben rege Chanaan annis 20. *Iud.* 4. *vers.* 3. scilicet vsque ad Ducatum Delboræ. *Vide annum* 2581.

2666 | *Lampares* LAMPARES 23. rex Assyriorum, an. 30. *Euseb.*

IANI REG.

2678 IANVS Dynastiæ Aboriginum Rex primus in regno, quod Latinorum postea dictum est. *qq. cap.* 8. *sub finem.*

2679 | *Delbora. 40. annis.* DELBORA Prophetissa, vxor Lapidoth, cum filio Barac iudicat annis 40 *Iud* 5. *v.* 31. hæc superat Sisaram Ducem regis Iabin

MYCÆN. REG.

2693 vel 2694 Deficit Argiuorum Dynastia, *de qua* 2148. translata in Regnum Mycænarum (quod proinde iam exoritur) quando Acrisius vltimus Argiuorum rex occisus est per imprudentiam à Perseo nepote; qui tamen timore perculsus Argos reliquit, & Mycænas imperium transtulit. hic Perseus, Persen filium habuit: vnde Persæ nomen acceperunt. *Herod. libr.* 7. *Iosephus* posuit initium regni Mycænarũ sub Ducatu Delboræ, sed anno eius 12. parum distamus. Mycænis regnatum est vsque ad Heraclidarum descensum, *qq. cap* 8. *& anno* 2899.

2696 | *Panyas.* PANYAS 24. Rex Assyriorum, annis 45. *Euseb.*

2712 ISRAEL seruit Madianitis annis 7. *Iud.* 6. *vers.* 1.

2719 | *Gedeon 40. annis* GEDEON, qui & Ierobaal de Tribu Manasse, de Madianitis victoriam reportauit. Iudicat annis 40. *Iud.* 5. *vers.* 28.

2741 | *Sosarmus* Sosarmus Rex 25. Assyriorum, annis 19. *Euseb.* Huius anno 2. notauit Exodum *Scaliger*, certè aberrans à veriore Assyriorum Epocha, ob 4. quos ille inseruit nouos Reges, *vt noto qq. cap.* 5.

2749 Hercules ante hos annos ponitur regnasse Argis. ante, inquam, nam obiisse videtur anno Orbis 2743. vt alibi obseruo. fuit hic, Theseo Atheniensium Regi amicus. *Plut. in Theseo*, vbi etiam de fuga Dædali; maritima enim fuit, in qua periit filius Icarus, & causam dedit fabulæ apud Poetas, quibus vela alæ dictæ sunt. Nunc ferè Euander venit in Italiam, *qq. cap.* 8 *sub finem.*

2759 Abimelech 3. an. ABIMELECH filius Gedeonis iudicat Israel 3. annis. *Iud. 9. vers.* 22. Israel post mortem Gedeonis percussit fœdus cum Baal, vt esset ipsorum Deus. *Iud. cap. 8. vers.* 33. Ab Hercule occiditur Cacus *Ex Dio. Halicar.*

2760 Myrteus. MYTREVS 26. Rex Assyriorum, annis 27. *Euseb.* Theseus incipit Athenis. *qq. cap.* 18. *in Appendice.*

2761 Thola. 23. annis. THOLA, filius Phua, de Tribu Isachar, Iudex Israel annis 23. *Iud.* 10. *vers.* 3.

2779 HERCVLES hoc anno apparet cum AEsculapio relatus in Deos, *de quo qq. cap.* 8.

LYDI.

2758 CIRCA hunc annum Argon primus Heraclidarum, fit rex Lydorum, vbi ante Heraclidas regnauerat Lydus cum sua posteritate. *Herod. Vide an.* 2899 *& qq. cap.* 10. *n.* 29. *& deinceps.*

2786 Iair. 22. annis. IAIR Galaadites, ex Tribu Manasse, Iudex annis 22. *Iud. cap.* 10. *vers.* 3.

2787 Teutamus. TEVTAMVS 27. Rex Assyriorum, annis 32. *Euseb.* sub hoc Rege captam Troiam *Euseb.* putat. Teutamen vocant alij.

2789 ISRAELITÆ seruiunt Philistiim an. 18. *Iud. ca.* 10. *vers.* 6. 7. 8. liberandi per Iephte,

2800 CIRCA hunc annum contigisse putamus Argonauticam expeditionem in Colchidem ad Vellus Aureum, vel potius ad aurifodinas; hoc est, vix annis 20. ante Troianum excidium. Ita ad annum Eusebianum 754. obseruauit *Scaliger*, cùm tamen *Euseb.* multò ante collocet hanc nauigationem. Interfuerunt huic expeditioni Principes Græciæ: Iason, filius Regis Thessaliæ: Admetus, Peleus Achillis pater, Telamon pater Aiacis, Castor, & Pollux, Periclymenus frater Nestoris, Meleager, Orpheus, & alii. Orphei Poetæ exstant Hymni & Argonautica. Florebant etiam tunc Musæus, & Linus Apollinis filius, Orphei præceptor. Cæterùm si ille Hercules interfuit huic expeditioni, cui us ἀπωθέωσιν locauimus ad annum 2779. oportebit adhuc, vt hæc expeditio præcesserit tempora Iairi Ducis Israel: sed de re incerta satis, *lege Herodotum lib.* 4.

2807 Iephte. 6 annis. IEPHTE Galaadites, ex Tribu Manasse, Iudex annis 6. *Iud. cap.* 2. *vers.* 7. vicit Ammonitas, filiam immolauit.

2813 DYNASTIA 20. Aegypti nunc cœpit, durat annis 178. Incipiente hac dynastia *Euseb.* ait euersam Troiam.

Abesan, annis ABESAN ex Tribu Iuda oppido Bethleem. Iudex an 7. *Iud. cap.* 12. *vers.* 9. hoc tempore floruit Sibylla 5. dicta Erythræa, quæ Græcis prædixit victoriam, & Troiæ excidium vt putat. *Lact. lib.* 1. *de vera Relig. vide an*, 3263. viuebat Cassandra Priami filia, Teucris nunquam credita. Agamemnon præterea & Menelaus *qq. c.* 8. *nu.* 9.

2819 Teutaus. TEVTÆVS 28. Rex Assyriorum, ann. 40. *Euseb.* Post hunc Regem, quatuor esse præteritos queritur *Scaliger*, *de qua re vide qq. cap.* 5 *num.* 12.

DE TROIANO EXCIDIO.

2820 Si quod supra indicaui, condita Troia est anno orbis 2524. in quem incidit initium ducatus Iosue; cum steterit Ilium annis 296. vt probatissimi autores magno fere consensu testantur: necesse est excidiũ hoc incidisse in annum 2820 ab orbe condito. Et rectè. sunt enim sic ab euersa Troia ad primam Olympiadem anni 407. quod interuallum doctissimi quique probarunt. *Scaliger lib.* 5. *de emen.* pro hac sua ac vera sententia veteres citat Ephorum, Calisthenem & Damasten Sanè tabula Eratosthenis quam habet *cap.* 18. *in appen.* idem perspicuè refert. Hanc tabulam laudat & sequitur Dionysius Halic. Idemque interuallum ex Diodoro colligit citatus Scaliger. Ab hoc autem excidio ad Palilia anni consurgunt 432. hunc numerum sæpius repetit Dionysius Halicar. quem Glareanus & alii libenter sequuntur.

Veteres græci scriptores, & recentiores Merca. ac Scaliger mensem tiam obseruant, & tempus solstitii vergente iam æstate sub τροπαῖς ἐπὶ ταῖς Sed de his plura qq. c.8.nu.10.

REGVM LATINORVM SERIES VSQVE AD ROMVLVM

Post captam exeunte Attico anno Troiam, Taoiani Ænea duce per Hellespontum in Thraciam venere, vbi totam commorati sunt hyemem. Appetente vere in Siciliam delati, moram ibi trahunt vsque ad finitū primum à capta vrbe annum. Anno secundo in Italiam ventum, vbi icto fœdere cum Latino rege, acceptaque agri parte Lauinium condunt. Tertio anno Æneas Lauiniam Latini filiam (vnde Lauinio nomen impositum) coniugio accepit. Quartus annus habet pugnam soceri & generi aduersus Turnum Rutulorum ducem. In qua desiderato Latino regnat iure affinitatis Æneas, imperatque annis tribus. Anno septimo ab excidio, Æneas in pugna ad Numicum amnem aduersus Etruscos, & Mezentium, vltimùm visus est. lege qq. c. 10. in fine.

Ascanivs Creusæ filius Lauiniæ priuignus, rex Latinorum secundus regnat annis 38. Hic regni anno 25. condidit Albam Longam, & nouercæ Lauinium concessit.

Sylvivs Aenææ ex Lauinia filius Posthumus, Ascanii frater, tertius Latinorum rex regnat annis 29. ab eo Albani reges dicti sunt Syluii. Ipse id nominis assecutus quòd in syluis educatus fuisset.

Aenæas Syluius, 4. rex annis 31.
Latinus Syluius, 5 rex annis 51.
Alba Syluius 6. rex annis 39.
Atys Syluius, 7. rex annis 24.
HIC A DIONISIO VOcatur capetus.
Capys Syluius, 8. rex annis 28.
Capetus Iunior Syluius 9. rex annis 13.
Tyberinus Syluius 10. rex annis 8.
Agrippa Syluius 11 rex annis 40.
Alladius Syluius, 12. rex annis 19.
Auentinus Syluius. 13. Rex annis 37.
Procas Syluius 14. rex annis 23.
Amulius Syluius, 15 rex annis 44.

In annum Amulii 20. incidit prima Olympias & in annum eius 44 incidunt prima Palilia. Ergo collectis annis his ab excidio Troiano ad primam Olympiadem erūt anni 407 & ad Palilia anni 432.

Elon, vel Ahialon, ex Tribu Zabulon, Iudex Israel annis 10.
2820 | Elon 10. annis. | *Iud. cap 12. vers. 11.*

2823 Æneas iam Lauinii Rex esse cœpit. Nam expleto anno 2. post captum Ilium, veniunt Troiani Laurentum ad Aboriginum littus, & accepto agro condunt ibi Lauiniam. *Dionys. Halic.* hic annus est 33. regnantis Latini *Dionys. & qq. cap.* 8. *nu.* 9. hinc natum bellum contra Turnum, vxoris latini nepotem. Hic Rutilos ad rebellandum impulit, indignè ferens non sibi sed Æneæ datā Lauiniam. In eo bello occubuerunt Turnus & Latinus. Quando etiam Anchises Æneæ pater obiit in Italia ex Dionys. Halicar.

2825 Æneas mortuo Latino socero, & anno quinto ab excidio, successit Latino in regnum Latinorum. *Dionys. Halicarn.* cùm ante eum in Latio, seu inter Aborigines (vt ferunt) regnassent Ianus, Saturnus & Faunus. *Euseb. qq. c.* 8. *& supra an.* 2678.

2828 Aeneas exactis tribus vti commemoraui annis à morte Latini soceri, & anno excidii 8 moritur ipse, anno 3. sui regni, pugnans contra Mezentium Tyrrhenorum regem & Rutilorum ducem iterum rebellantium post Turni obitum. Mezentius ab Ascanio victus ad pacem coactus est. Tunc Ascanius oblatis Ioui vini primitiis, Vinalia instituit. Successere reges quos supra recensui. Vt vero ab excidio Troiæ ad Romam conditam sunt anni 432. quod supra demonstraui: ita ab inchoato regno Æneæ consequenter ad

Anni Mund.	Anni Regum Iud.	Assyriorum Reges		Anni Chronologici.
			Vrbem conditam tantum sunt anni 427. scilicet subductis illis 5. annis *de quibus ad an.* 2825. & ferè resultat idem numerus ex annis regum Latij vsque ad Romulum positorum ab *Euseb. vide annum* 3252. Mopsus Diuinator viuit. *Cic.* 1 *de Diuin. Strab lib.* 9. *&* 14 Calchas illi σύγχρονος. hic in Troiana expeditione; ille in Argonautica fuit.	
2830	Abdon 8. annis.		ABDON Pharatonites, ex Tribu Ephraim, Iudex Israël annis 8. *Iudicum capit.* 12. *vers.* 14. Hectoris filij, ope Heleni, recuperant regnum Troianum, quod Antenoris filij occupauerant. *Eusebius.*	
2838	Samson 20. an.		SAMSON Iudex Israël annis 20. *Iud.* 16. *vers.* 31. erat de Tribu Dan. *Iud.* 13. *vers.* 2 An vero solus habeat 20 annos incertum. Conditur vt ferunt ab Antenore Patauium in Italia. Plin.	
2838 vel 2858	Heli 20. annis.		HELI ex tribu Leui generis Ithamar, Princeps Sacerdotum, & ab Othoniele Iudex 14. iudicat annis 20. *ex* 1 *Reg.* 4 18. Sequimur autem ibi 70. Interpr. quoad hos 20. annos. nam Editio Hebraica dat illi 40. Ita verò scripsisse 70 *aiunt Eusebius, Lucifer, & vetusti Codices, vt notatum est qq. cap.* 9. *nu.* 2. Sunt qui velint Heli solum quidem rexisse populum annis 20. tamen prioribus 20. annis fuisse collegam Samsonis, & proinde Heli Duci annos dari 40. Sed res in idem recidit, & annus expansus, vt vides, communis erit. Ascanius Latinorum Rex condit Albam longam quæ deinceps Latinorum Regia fuit. indeque Latini dicti sunt Albani: condita est anno orbis 2852.	
2859		Tynæus	TYNÆVS 29. Rex Assyriorum, annis 30. *Eusebius.* An sint intermissi Reges alij, *vide qq. capite* 5. *numero* 12. huius regis anno 9. *scribit Scaliger,* captum Ilium. Sed de eius calculo in Assyriorum rebus, *vide qq. cap. citat.*	
			SICYONII.	
2868			Circa hæc tempora defecit regnum Sicyoniorum, occupatum à Lacedæmonijs, *ex August.* 18. *de ciuit. cap.* 19. (Lacedæmon alio nomine Sparta dicta est, *de qua* 2899 *&* 3238.) Post Reges apud Sicyonios constituti sunt Sacerdotes Carni, per annos 32. nempe vsque ad annum 2900. *Vide qq. cap* 6. *num.* 6. De huius regni duratione vt varient *Suidas & Eusebius, lege apud eosdem, & Mercatorem anno* 2832. Nos hîc, cum *Eusebio,* putamus regnatum annis 962.	
2878	Samuel 20. ann		SAMVEL, vltimus Iudex ex Tribu Leui, Ephratæus, annis 20. & & non 40. *vt in qq. cap.* 9. *in fine.* Arca Domini capta mansit apud Philistæos 7. menses 1. *Reg.* 6. *vers.* 1. de reditu Arcæ, 1. *Reg.* 6. *vers.* 13. *& cap.* 7. *vers.* 2. De loco Arcæ, *dixi Matth* 12. *vers.* 3.	
2889		Dercylus.	DERCYLVS Rex 30. Assyriorum annis 40. *Euseb.* Dauid nascitur. vixit enim 70. annis 2 *Reg.* 5. *vers.* 4.	
			REGNVM ISRAEL.	
2898	Saul primus Rex 20 ann.		SAVL primus Rex Israelitarum creatur à Samuele, cœpit regnare tempore messis triticeæ: vir de Tribu Beniamin. 1. Reg. 10. 1. *& cap.* 13. 1. *& c.* 12. *vers.* 17. *vide qq. c.* 9. *in fine.*	
			CORINTH. REG.	
2899 2900			CORINTHIORVM regnum nouum circa hæc tempora exortū, in Alete Rege, ferè ad annum 2899. aut circiter. *vide supra anno* 2693. Deficit ergo nunc Mycenarum regnum pristinum illud, Peloponesum occupantibus Heraclidis in reditu: *ex Thucyd. sub principium lib* 1. & regnant Corinthi, vbi post annos plusquam 300. succedunt Magistratus, vt Athenis. *Vide* 3222. Rectè putat *Euseb.* exortum hoc regnum sub Dercylo Assyriorum rege: quia coincidit, vt vides, hoc initium cum Heraclidarum descensu, seu regressu in Peloponesum (annis scilicet 120. post Herculis ἀποθέωσιν) quando regnante Dercylo expulerunt Pelopidas, & regnârunt ipsi deinceps per aliquot annos. hic porrò descensus contigit ferè anno 80. post captam Troiam. *Ex Vell. Pater.* & sic incidit in hunc annum 2899. De his etiam	

80.annis ſatis conſentit *Eraſtothenes apud Clem.li.1.Stromat. vide etiam Diodorum in Præfat. Hiſt.Idem author numerat* ab Heraclidarum deſcenſu ad primam Olympiadem annos 328. tot autem ſunt hinc ad annũ Orbis 3227 *vide qq.c.8.Et Tabulam Eratoſthenis qq.c.*18.Heraclidæ ergo, ſeu poſteri Herculis, aliquot ante annos pulſi auito Argiuorum regno, tandẽ iam redeunt in Peloponeſum; & Lacedæmonem, ſeu Spartam occupant (quando etiam ceſſat prima Lacedæmonum Dynaſtia) Argos item & Mycenas. De Lacedæmoniis iterum *vide ann.*3239.

Talis ergo Regnorum ſucceſſio fuit, Argiuorum 2148. Mycenarum 2695.& Corinthiorum. de Heraclidis *an.*2785.

2918 SAMVEL paulò ante fugam Dauidis moritur. *Colligitur ex* 1. *Reg.* 25.*verſ.*1. *cum cap.*26.*verſ.*2.*& cap* 27. *verſ.*1.2. Dauid autem fugiens ad Achias Regem Geth Philiſtæum, manet ibi 4.menſes 1.*Reg.*27.*v.*2.7.

2919 *Dauid 40 annis.* DAVID eligitur Rex Iuda in Hebron, regnante Hisboſeth ſuper Iſraël 2.*Reg.*2.*v.*8.9 10.Regnat Dauid in Hebron, 7.annis, & 6.menſibus, & poſtea in Hieruſalem annis 33 1.*Paralip.*3.*verſ.*4. vixit annis 70.2.*Reg.*5.*verſ.*4. *Hic poſt alios obſeruat Mercator*, Scripturam non valde curare fracturas annorum, & quod in vno omittitur, in alio ſæpè compenſari. *Vide qq.cap.*1.

2926 *Dauid* DAVID regnat tandem in Hieruſalem, pulſis Iebuſæis, 1. *Reg.*5. Prophetæ Gad, & Nathan.1.*Reg.*22 *&* 2.*Reg.*27.

2929 *Eupales* EVPALES 31. rex Aſſyriorum, annis 38. *Euſeb.* Eupacmes ab alijs nominatur.

2931 HERACLIDÆ Athenienſibus bellum indicunt, quòd eiectos à ſe exules è Peloponeſo recepiſſent. Moniti Heraclidæ oraculo, ſi victores eſſe velint, ne hoſtium regem occiderent: Codrus verò rex Athenienſium audito oraculo, ſe alium ſimulans obiecit morti pro ſalute patriæ: occiditur, redeunt conſternati Heraclidæ ad ſua. Poſt Codri mortem ceſſat regnum Athenienſium, & ſuccedunt Magiſtratus.*qq.c.*18.*in Append.lege de his Euſebium in Chron.Strab.lib.*9. *& annum* 2899. De inchoato illo regno Athenienſium, quod iam ceſſat, *vide ad annum* 2443. Hoc tempore Dauidis, Amazones occupant magnam partem Aſiæ minoris. De his *lege Strab.lib.*11. *&* 12. Idem fecerunt Cymmerij

2938 In hunc Dauidis annum 19. incidiſſe probabile eſt raptum Berſabeæ 2.*Reg.*11, poſt biennium naſcitur Salomon ſub annũ Dauidis 21. Quod ex mora temporis interiecti vſque ad Dauidis exceſſum ſatis colligi videtur. Nam, vt ait ibidem ſcriptura cap.13. Abſalon poſtea occiſo fratre fugit ad regem Geſſur. Nec redijt ad patrem in Hieruſalem niſi exacto ferè triennio, de quo agitur *cap.*14. Deinde aliquot interiectis annis rebellat Abſalon, vt narratur *cap.*15.& deinceps. Et cum conſtet regnaſſe Dauidẽ annis quadraginta; oportet à cæſo Abſalone vſque ad Dauidis exceſſum excurriſſe vt minimũ duodecim annos. Vnde conſequens eſt Salomonem cum regnare cœpit attigiſſe annum ætatis ſuæ 18.

2952 HIRAM Rex Tyri nunc regnare cœpit poſt mortem patris. eius verò anno 11. vel 12. cœptum eſt ædificari Templum Salomonis. *Vide Ioſeph lib.*8 *Antiq.cap.*3. quamuis de Tyri Regum annis vſque ad conditam à Didone Carthaginem non ſatis conſtet. *Vide tamen annũ Orbis* 3108.

2958 Hic annus eſt qui Dauidis Regis obitũ præceſſit, & quo natus eſt Salomoni filius Roboã, vt narratur *li.*2. *Par.c.*12. Vbi regnaſſe dicitur Roboam ætatis anno 41. Genitus ergo anno ætatis Salomonis 17. vel 18. *vide annum* 3938. Perſuaſum habebant Hebræi (quos ſequitur Hieronymus epiſtola ad Vitalem) Salomonem cœpiſſe regnare anno ætatis ſuæ 12. Ac ſic genuiſſet Roboam anno ætatis 10. Sane *lib.* 1. *Paralip. cap.* 29. puer & tenellus vocatur cum regnare cœpit. παιδάριον Hebraïcè eſt נַעַר. Attamen hæ voces etiam ado-

lescentem significant. Et anni his regibus consignati, dant Salomoni annos vt minimum 17. cum genuit Roboam. probãtque Salomonem regnare coëpisse anno ætatis 18.

2959 Salomon — SALOMON 3. Rex Israël nunc cœpit regnare. 3. *Reg.* 6. *ver.* 1. Regnat annis 40. 3. *Reg.* 11. *vers.* 41. vixit annis 60. *aut certè* 59.

TEMPLVM.

2962 Hoc anno 4. Regni Salomonis inchoatum est Templum, mense
3963 Ziu. 3. *Reg.* 6. *vers.* 1. Finitur hic, quarta Periodus annorum 480. 3. *Reg.* 6. *vide qq. c.* 9. *n.* 2. Mensem Ziu ad Maium retulerunt multi. *vide qq. capite* 7. *n.* 10.

PERIODVS QVINTA,
A Templo inchoato ad Captiuitatem, annorum 412.

De hac Periodo *vide qq. cap.* 10. 11.

2967 | 5 | Laostenes — LAOSTENES 32. Rex Assyriorum annis 45. *Euseb.*

Hoc anno videtur Salomon inchoasse domum regiam, quam 13. annis perfecit. 3. *Reg.* 7. *vers.* 1. *Adde* 3. *Reg.* 9. *vers.* 10. & 11.

2970 | 11 — Hoc anno 11. Salomonis mense 8. absolutum est Templum, anno. 7. ex quo cœpit ædificari. 3. *Reg.* 6. *vers.* 38.

2971 | 12 — Dedicatio Templi anno 12. Salomonis, die 8. Mensis 7. *ex.* 3. *reg.* 38. *v.* 1. 2.

2979 | 20 — Hoc 20. Salomonis ãno, absoluta est domus regia, deditq; Regi Hirã oppida in terra Galilææ. 3. *Reg.* 9. *v.* 10. 11. dedit etiam Hiram Salomoni oppida 2. *Paral.* 8. *vers.* 1. 2. ea muniuit Salomon. *ibid.*

2988 | 29 — Iam natus est Homerus, hoc est, annis post Ilium euersum 168. *Vt rectè colligit Herodotus in Vita Homeri in fine.* Sed quod ibi additur, ab Homero nato, vsque ad expeditionem Xerxis esse annos 622. falsum est, *vt patet ex nostris annis expansis; & bene obseruat Scaliger Eusebij* anno 908. Tot tãmen sunt anni ab exordio regni Corinthiorum seu descensu Heraclidarum, ad illam expeditionem Xerxis, vt anni expãsi ostendunt, Homerus ante mutatum nomen dictus est Malesigenes. Cæterùm cùm infra ponatur mors Homeri ad annum 3092. oportet vixisse annos ferè 104.

2991 | 32 — Dynastia 21. Ægypti iam incipit, & durat annis 130. Incidit in tẽpora Salomonis.

2999 | Roboam — Hoc anno contigit diuisio Regnorum in Israël. 3. *reg.* 14. Copulamus verò deinceps hos Reges, vt possumus. non enim exactè fieri hoc potest. Causam *refert Geneb. anno* 3356. *pag.* 62. vel sola diuersa initia multum obstant.

Iuda | Anni Regũ Israel. | Assyriorũ Reges.

REGNVM SALOMONIS
Diuisum.

2999 | Roboã 17. an. | Ierobo am 22. an. — ROBOAM ergo filius Salomonis regnat in Hierusalem annis 17. *ex* 3. *reg.* 14. *vers.* 21. & 2. *Paral.* 12. *vers.* 13. & Ieroboã filius Nabath, serui Salomonis, Rex Israël super 10. Tribus annis 22. *ex* 3. *reg.* 14. *v.* 20. Prophetæ Ahiaz. 3. *reg.* 11. & 2. *Paral.* 9.

3000 — IEROBOAM Altare facit in Bethel, constituens Sacerdotes Excelsorum & Idololatriæ. 3. *reg.* 12. *vers.* 32. idque ne populus ob consuetas solemnitates rediret ad Roboam, 3. *Reg.* 12. *vers.* 27. 28.

Anni Mundi	Anni Regũ Iudæ	Anni Regũ Israel	Assyriorum Reges		Anni Chronologici
				Prophetat Semeias, & à bello dehortatur Roboam, 2. *Paral.* 11. 12 & 3. *Reg. cap.* 12.	
3003	3			ROBOAM etiam adorat sculptilia. 2. *Paral.* 11. *vers.* 17. vbi dicuntur Hebræi in Iuda tantùm 3. annis rectè ambulasse.	
3005	5	5		Anno ferè 5. Regni Roboam Sesac 4. Rex Ægypti spoliat Hierusalem, & Templum. 2. *Paral.* 12. *vers.* 2 & 3. *Reg.* 14 *vers.* 25. Addo prophetat. 2. *Paral* 6. *vers.* 29.	
3012	12	12	*Pyrithiades.*	PYRITHIADES 33. Rex Assyriorum annis 30. *Euseb.*	
3016	*Abia 3. annis.*			ABIAM Rex Iuda filius Roboam. 3. *Reg. cap.* 15. *vers.* 1. & 2. *Paral.* 13. *vers.* 1. Regnat tantùm annis tribus *ibidem.*	
3019	*Asa 41. annis.*	20		ASA filius Abiæ, 2. *Par.* 14. *vers.* 1. regnat annis 41. & incipit anno 20. Ieroboam. 3. *Reg.* 15. *vers.* 9. 10. Rex pius & bello felix. Prophetat Azarias, 2. *Paral.* 15. 1.	
3021	2	*Nadab.*		NADAB Rex Israël, filius Ieroboam, cœpit anno 2. Regis Asa, Regnat 2. annis. 3 *Reg.* 15. *vers.* 25. Regnat cum patre ferè anno vno.	
3023	3	*Baasa.*		BAASA, filius Ahiæ, de domo Isachar, percusso Nadab, regnat 24. annis. 3. *Reg.* 15. *vers.* 28. sed hi anni 24. comprehendere debent duos filij annos. Prophetat Hanani. 3. *Reg.* 16. *v.* 7.	
034	15	11		ASA anno 15. Regni sui tollit idola. 2. *Par.* 15 *vers.* 9. & 10.	
042			*Ofratæus*	OFRATÆVS 34. Rex Assyriorũ an. 20 *Eus.* vel, *vt alij.* Ophratęus.	
045	26	*Ela.*		ELA filius Baasa, regnat duobus annis. 3. *Reg.* 16. *vers.* 8. & ferè cum patre, ac proinde non numeratur.	
3045	26	*Zambri*		Hic Dux Regis Ela, occiso domino, vsurpat Regnum 7. diebus, & se cum Palatio incendit. 3. *Reg.* 16. *vers.* 10. 15 18.	
045	26	*Amri*		AMRI Dux exercitus regnat ann. 12. *ex.* 3. *Reg.* 16. *vers.* 21. 23. Samariam extruxit. *Ibidem vers.* 24. & regiam fecit.	
057	38	*Achab*		ACHAB, filius Amri, regnat in Samaria annis 22. cœpit anno 38. Asa 3. *Reg.* 16 *vers* 29. putatur vno anno regnasse cum patre, aut amplius: quare vix habet 22. annos Chronologicos; nisi duos illi ascribamus annos Ochosiæ. *vide* 3077. Eutropius vult nunc conditam in Italia Capuam à latinorum rege Capys. At Velleius ad Procam regem id retulit.	
3060	*Iosaphat*	4.		IOSAPHAT, filius Asa, cœpit regnare 4. anno Achab Regis Israël. regnat annis 25. 3. *Reg.* 22. *vers.* 41. 42. & 2. *Paral.* 20. *vers.* 31. Rex fuit pius, iustus, & felix. Prophetat Elias. 3. *Reg. c.* 17. & 18. *initio.* Item Iehu *c.* 16. *vers.* 1. Elias queritur se solum esse in Israël, & iubetur vngere Elisæum. 3. *Reg. c.* 19.	
3062			*Ophratanes.*	OPHRATANES Rex 25. Assyriorum ann. 50. *Euseb.* Qui in hoc ordine regnat postea, ab alijs vocatur Ephacheres.	
3063	3			IOSAPHAT aufert Excelsa, & iubet populum erudiri 2. *Par.* 17. *v.* 7. Prophetat Eliezer Pseudopropheta. 2. *Par.* 20. *v.* 17.	
3077	17	*Ochasias. 2. annis.*		OCHASIAS, filius Achab, regnat annis hîc notatis 3. *Reg.* 22. *vers.* 52. & magnam fortè eorum partẽ cum patre regnauit, *vt apparet* 4. *Reg.* 1 *vers.* 1. 2. Duos tamen illi do annos, patri detractos. *vide* 3057.	
3079	18. *finit.*	*Ioram 12. annis.*		IORAM 9. Rex Israël, & frater Ochasiæ, cœpit regnare annis hîc notatis 4. *Reg.* 3. *vers.* 1. ac proinde cœpit regnare non diu post patris obitum, vt anno Ochasiæ notatum est. Prophetat Elisæus. 4. *Reg.* 2. *v. vltimo,* & *c.* 3. *v.* 1.	
3085	*Ioram 8. annis.*	*5 completo.*		IORAM Rex Iuda, primogenitus Iosaphat, regnat annis hîc notatis. 4. *Reg.* 8. *v.* 16. regnat verò 8. annis. Scilicet post patris mortem 2 *Par.* 21. *vers.* 5. & 4. *Reg.* 8. *vers.* 17. Regnauit quoque cum patre annis aliquot. Hic vxorem duxit Athaliam, filiam Achab Regis Israël. *Vide qq. cap.* 11 *num.* 6. 7. & 8. Sub rege Iorã albula nomen mutauit, & Tiberis vocatur à Tiberino Latinorum rege, qui eo in flumine perijt. De hoc rege lege Dionys. Halicar.	

Anni mundi.	Anni Regum Iuda	anni Regum Israel	Assyriorum Reges.	
3092	7			HOMERVS nunc moritur, anno post captam Troiā 272. anno verò 160. ante Vrbem conditam. *Solin cap.* 43. annis saltem 138. ante Hesiodi mortem, *ibid. Vide Gellium lib.* 17 *capite* 21. *& annum expansum* 3227. *&* 2988. *Herod. in Vita Homeri.*
3093	*Ochosias anno.* 1.	11 *Completo*		HIC Ochosias, filius Ioram Regis Iuda. 2. *Par.* 22. *vers* 21. 25. regnat anno Ioram hîc notato. 4. *Reg* 8. *vers.* 25. regnat anno vno. 4. *Reg.* 8. *vers.* 26. Occisus est simul cum Rege Israël à Iehu. 2. *Par.* 22. *vers.* 8. 9. *&* 4. *Reg* 9. *vers.* 24. 27. *Vide qq. cap.* 11. Non fuisse hîc succisam stirpem Salomonis verius est.
3094	*Athalia.*	Iehu.		ATHALIA, *de qua* 3185. regnat post filium Ochosiam annis 6. & aliquot mensibus. 4 *Reg.* 11. *vers.* 3. 4 *&* 2. *Par* 22 *vers.* 12. *cum initio sequentis capitis. & qq. cap.* 11. *num.* 1. 7. Hoc ergo eodem anno, quo Athalia cœpit regnare in Iuda, Iehu filius Iosaphat, filij Nauisi, occisis duobus Regibus *(vt supra anno* 3093*)* regnat in Israël annis 28. *ex* 4. *Reg.* 10. *vers.* 35. Hic Dei iussu extirpator est seminis Achab, occisis 70. filijs Achab cum Iezabele.
3101	*Ioas 40. annis.*	7		IOAS filius Ochosiæ, puer 7. ann. Rex Iuda. 4 *Reg* 11 *vers.* 21. *&* 2. *Par.* 24. *vers.* 1. regnat annis 40 & anno 7 Iehu. 4. Reg. 12. *vers.* 1. *&* 2 *Par.* 23. *vers.* 2. *&* 2. *Par.* 24. *vers.* 1. hoc tempore Ioiadas est Sacerdos, filius eius Zacharias occiditur. 2. *Par.* 24. *de quo Matth* 23 *agitur, si creditur Hieronymo.*
				CARTHAGO.
3108				CARTHAGO nunc primùm condita est à Didone, sorore Pygmalionis Regis Tyri. *Vide annum.* 2952. Condita verò est annis 143. post Templum Salomonis, *vt ait Iosephus*, numerando scilicet, vt ego interpretor, à 1. anno inchoati Templi, qui est Orbis, 2965. Iterum condita, & munita fuit Carthago post annos 81. anno orbis 3189. ab hac verò 2. ædificatione, vsque ad primam Olympiadem sunt anni 38. *ex Dion. Halic. lib.* 1. Tandem autem euersa est eadem Carthago anno vrbis 607. Consf. Cn. Corn. Lentulo, & L. Mummio, *ex Velleio, & Dionysio*, hoc est anno Orbis 3858. cùm stetisset annis 670. à secunda ædificatione: licèt *Velleius* detrahat 3. annos. *qq. cap.* 10. *num.* 6. Hinc patet tantùm 62 annis conditam secundò, ante Vrbis Palilia, mendumque est in Iustino, vbi pro 62 annis, ponuntur 72. Lycurgi seculum est, qui tulit Leges Lacedæmonijs, de quarum initio vide an. 2298. Lycurgi tutela spectat ad an 3119. vt habet tabula Eratosthenis c. 18. in appendice. lege Plutar. & Clem. Alexandrinum. Hic Lycurgus Legislator apud Lacedæmonios, fuit regis Polydectis frater. gessit nepotis sui tutelam annis 299. post captum Ilium ex citato Eratosthene.
3112			*Astrapes.*	ASTRAPES 36. Rex Assyriorum regnat annis 42. *Euseb.* aliâs vocatus Amacyndarapes, vel Acracarnes.
3121				DYNASTIA 22. hîc incipit, durat annis 49.
3122	23	*Ioachas 17. annis.*		IOACHAS, filius Iehu, Rex 11. in Israël, regnat annis 17. Incipit regnum circa annum Ioas 23. omittuntur enim fractutæ annorum incertæ. Hoc eodem anno Ioas instaurat Templum. 4. *Reg.* 12 *vers.* 6.
3139	37	*Ioas 16. annis.*		IOAS, filius Ioachas, Rèx 12. Israël, regnat annis hîc notatis. 4. *Reg.* 13. *vers.* 10. *Mercator colligit* regnasse duobus annis cum patre.
3141	*Amasias 29 annis.*	2		AMASIAS, filius Ioas Regis Iuda, Rex Iuda, regnat annis 29. 4. *Reg.* 14. *vers.* 2. *&* 2. *Paral.* 25. *vers.* 1. regnare cœpit anno 2. Ioas Regis Israël. 4. *Reg.* 14. *vers.* 1. Cæterum vixit 15. annis post mortē Ioas Regis Israël. 4. *Reg.* 14. *vers.* 17. quibus si ad-

3154 Sardanapalus. das 14. annos, quos vixit cũ Ioa, erũt 29. anni *qq. cap.* 11.
SARDANAPALVS Rex vltimus Assyr. & Babyloniæ, regnat annis 20. *Vide annum* 3173 Circa hoc tempus fundata est Vienna Allobrogum, nunc in Delphinatu. *Ado Chron.* ab exule Africano sic dicta, quod biẽnio fuisset extructa. à Romanis Senatoria vocata.

3155 15 Ieroboam 41. annis. IEROBOAM quem Iosephus Iessaban vocat, filius Ioas, reguat in Israel annis hic notatis, *ex* 4. *Reg* 14. *vers.* 23. Hic Rex 13. est pronepos Iehu. *Mercator ad annum* 3123 *putat*, aut regnasse annis 53. aut fuisse Interregnum 12. annorum. *De quo qq. cap.* 11. *num.* 1. Ionas Propherat. 4. *Reg.* 14. *& Ion.* 3.

3170 DINASTIA 23. hic incipit circa principium Regni Oziæ. Durat annis 44. *Euseb.*

3170 Ozias 52. annis. 15 OZIAS, qui est Azarias, 4. *Reg.* 15 filius Amasiæ, regnat in Iuda annis 52. *ibid. vers.* 2. *&* 2. *Paral.* 26. *v.* 3. *Cæterùm cùm* 4. *Reg.* 15. *vers.* 1. *dicitur*, cœpisse regnare anno 27. Ieroboam, videtur aliquibus notari annus vitæ Ieroboam, alioqui annus ille videtur esse Regni 15. Sed iam notaui non posse accuratè conferri Reges Iuda & Israel. *Vide rem explicatam qq. cap.* 11. *num.* 1. Prophetant nunc Ozeas, & Amos.

3173 3 Deficit Assyriorum Monarchia. ASSYRIORVM Monarchia (*de qua ad annum* 1935) deficit nunc in Sardanapalo, destructa à Medis, quando scilicet Arbaces Medus, victo Sardanapalo, cœpit regnare. *Euseb. Diod. lib.* 2 *pag.* 78. *& alij* Quamdiu steterit *collige ex citato anno* 1. *Nini, & qq. cap.* 5. *pag.* 2. vbi citantur opiniones *à numero*, 14. Ex hac destructâ Monarchia pullularunt varia Regna. Primò quidem, vt hic subijcio, Regnum Medorum in Arbace Rege, vsque ad Darium Medum, & Cyrum, sub quibus soluta est Captiuitas. Mox, ac ferè eodem tempore, nempe post 8. vel 10. annos, incohatum est regnum Babyloniæ in Phul, primo Rege vsque ad ànnos mundi 3269 *&* 3273. quàndo cœpit nouum ac potentius Regnum in Babylonia sub Merodach, vsque ad Baltassarem, & tempus solutæ Captiuitatis *Vide qq. cap.* 10. *&* 12.

Medorum Reges | Babylon. Reges.

DIVISIO MONARchiæ *Assyriorum in duo Regna sequentia.* vide qq. c. 10.

3173. Arbaces. 28. annis. HIc primus Rex Medorum ponitur, post euersum Imperium Assyriorum. *Euseb. & Diod.* Regnat annis 28. alias Arbactes dictus. Debellator Sardanapali. *qq. capite* 10.

3182 Phul. 48. annis. Phul Belochus, post euersam Monarchiam Assyriorum, ponitur primus Rex Babyloniæ, & partis Assyriæ 4. *Reg.* 15. *vers.* 19. vbi etiam Rex Assyriæ vocatur. *Vide qq.* 10. *num.* 8.

3189 CARTHAGO secundò condita, & mucita. *Vide* 3108.

Anni Mundi	Anni Regñ Iuda	Anni Regñ Israel	Medorum Reges	Babylonia Reges.	Anni Chronologis.
3196		Interregnum 12. annis.			
3200		Mandanes 40. annis.			
3206					
3208	38	Zacharias 6. men.			
3209	37	Sellum.			
3209	39	Manahen 10. annis.			
2134		.			
3220	50	Phaceia 2. annis.			
3222	52				
	52	Phaceia 20. annis			
3223	Ioathan 16. annis.	2			
	1				
3224	2	3			

INTERREGNVM
Regni Israel per annos ferè 12.

MANDANES *Eusebio* Medidus, Dux Medorum & Rex Assyriorum 40. fere annis, *ex Euseb.* quare *Diod.* dans ei 50. putatur computare 10. annos, quibus regnauit cum patre.

MACEDONICVM Regnum hoc anno inchoatur, vsque ad Alexandrum Magnum. *Vide qq. cap. 10. num.* 12 vbi de Regibus.

Zacharias, filius Ieroboam, sex mensibus regnat. 4. *Reg.* 15. *vers* 8. *vide annum* 3155 *de Interregno*, *& qq. cap.* 11. *num.* 1.

SELLVM, filius Iabes regnat in Israel mense vno. 4. *Reg.* 15. *vers.* 43. occiso Zacharia.

MANAHEN, Gaddi filius, de Thersa, interfecto Sellum, regnat annis 10 *ex* 4. *Reg.* 15. *vers.* 17.

DYNASTIA 24 incipit, & durat annis 44. Bocchore Rege, sub quo agnus locutus est. *Euseb.*

PHACEIA, filius Manahen, regnat in Israel his annis 4. *Reg.* 15. *vers.* 23.

HOC anno deficit 2. Corinthiorum Regnum, *iuxta Eusebium in Antomene qq. cap.* 8. *Vide* 2899. *Scaliger addit* duos Reges, & annos 70.

PHACEIA, filius Romeliæ, occiso Phaceia filio Manahen, regnat annis 20. *ex* 4. *Reg.* 15. *vers.* 27 Sub hoc Phaceia, Rex Assyriæ Theglath-Phul-Assar trãstulit in Assyrios Tribus Rubẽ, Gad, Nephtalim, & dimidiam Tribum Manasse. 4. *Reg.* 15 *vers.* 29 *&* 1. *Par.* 5. *qq. cap.* 10. *num* 5. Esaias prophetat. Cœpisse debuit Prophetare anno orbis 3195. si inde sunt putandi illi 65 anni, quos *c.* 7. dat vsque ad captiuitatem 10. tribuũ, quæ contigit anno 3260. at sic oportuit longæuum fuisse, si ad Manassen Regem peruenit. Sed consule Lyranum ad c. 7. Isaię, & Hieronymum ibidem. Prophetauit. Item Michæas. *Mich.* 1. & Obed. 2 *Par.* 28. & Abdias, cuius quidem non facilè annus inuenitur, siue quia Reges siluit, siue quia veteres Scriptores valde discrepant de tempore quo prophetauit. *Euseb. in Chron. posuit* Abdiam sub Rege Iosaphat, ad annum 1086. quod intactum *Præteriit Scaliger.* Rectè tamen *Aug. lib.* 18. *de Ciuit. cap.* 31. errorẽ esse aduertit Librarij, & positum Iosaphat, pro Ioahan. & certè. vt plures veteres cencedunt, fuit Micheæ σύγχρονος Abdias.

IOATHAN Rex Iuda, filius Oziæ, regnare cœpit anno 2. Phaceiæ, filij Romeliæ. 4. *Reg. cap* 15. *vers.* 32. *&* 2. *Par.* 27. *vers.* 1. *&* 8. attigit annum Regni 16 *ex citato cap* 5.

LYDORVM Regnum incipit in Ardiso. *Euseb.* de hoc tamen initio, *vide qq. cap.* 10. *num.* 28. *& annum* 3458.

LECTORI AVTHOR.

CERNIS Olympiadum prisca hic redeuntia lustra,
Nexaque quadrato tempora Græca iugo.
In Monadas laxata vides quadriennia, gressu
Ire per assuetas lucidiore vias.
Prima viam gestis aperire palilia rebus,
Longa per obscuras secla reducta moras:
Et fastos, dare secla suis Romana Kalendis.
Quatuor en stabili tempora iuncta fide.
Nempe renascuntur curis congesta secundis
Tempora cuncta tibi, perlege, disce, faue.

OLYMPIADVM INITIVM.

bis ãni.	Iuda.	Israel.	Medorum.	Babylona.		Olympiad. Olympia. anni.
3227 3228	5 *Ioathan.*	6 *Phaceia.*	27 *Mandanes*	46	OLYMPIADVM origo iuxta veriorem temporis rationem incidit in hunc quintum annum Ioathan, solstitio æstiuo. & perspicuè hoc euincitur *qq. c.* 10. *nu.* 15. *&* 16. Hic idem annus, est 407. ab excidio Troiano, de quo dixi ad annum 2820. repete porro annos 2899. 3108. infra 3252. 3444 Desijsse vero celebrari notat quidem Genebrar. ætate Theodosij maioris, substitutis indictionibus ex Cedreno, at rectius Constantino imperante. *Vide tom. 2. an.* 312. Idem obserua annis hic insequentibus ab Olympiade prima putandis, quod infra notatum est ad annum vrbis conditæ, de duplici adiecto anno expanso. Hesiodus obijt sub principium Olympiadum seu paulo post *Solin.. c.* 43. Post Homerum annis circiter 138. Hinc enim, & aliunde petitis huius generis argumentis, abundè firmatur hæc res. *vide annum.* 3092.	1 *à Solstitio anni antecedentis.*
3229	6	7	28	47	PLINIVS *lib.* 36. *c.* 5. Sculpturæ artem & Cælaturam adinuentam scribit excurrente prima Olympiade, forte de Europa id dixit. nam in Asia ante 260. annos ædificatum Salomonis templum, Cælaturam habuit. *Exodi c.* 29. *&* *de lamina habes Reg.* 3. *c.* 6. *vers.* 29.	2
3230	7	8	29	48	SCRIBIT *Eusebius* hoc tempore floruisse Arctinum Milesium Poetam. *Suidas* Homeri discipulum facit, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἅ Ὀλυμπιάδα.	3

Orbis Anni.	Iuda.	Israel.	Medorum.	Babylonia.		Olympiad.
3231	8	9	30	Teglath. 1	TEGLATH. Phul assar regnat in Babylonia annis circiter 24. Hic etiam dicitur rex Assyriæ 4. *reg. c.* 16. *vers.* 7 *& lib.* 1. *Paralip. c.* 5. *vers.* 26. viuebat hic princeps tempore Phaceiæ. *lib.* 4. *reg. c.* 15 *vers.* 30. hoc eodem tempore claret Ioel Propheta, nempe simul cum Hosea: vt notat Hieronymus. in c. 1. Hoseæ sub initium.	4
3232	9	10	31	2	TEMPORE Phaceiæ regis Israel, Babylonius Teglath Phul, cepit Asor, Galaad, Galilæam, & vniuersam tribum Nephtalim; & incolas transtulit in Assyrios. 4. *reg. c.* 15 *ver.* 29. *vide qq. c.* 10. *nu.* 5. habet porro *liber* 1. *Paralip. c.* 5 tribum Ruben, Gad, & dimidiam Tribum Manasse.	1
3233	10	11	32	3	ASMONEI pulsi patriis sedibus ab Argiuis; dāt se in fidem Lacedæmoniorum. *Pausan. lib.* 4.	2
3234	11	12	33	4	Annus tertius est Olympiadis secundæ, ac proinde Iphiti septimus.	3
3235	12	13	34	5	Secundæ Olympiadis annus quartus est, & Iphiti Octauus.	4
3236	13	14	35	6	Hic est tertiæ Olympiadis annus primus. Prout numeri hic in margine positi indicāt. Sic enim deinceps habes Olympiadum annos, tum explicatos sub nomine Iphiti, tum inuolutos in suis quadrienniis.	1
3237	14	15	36	7	Tertiæ Olympiadis annus est secundus, est Iphiti decimus.	2
3238	15	16	37	8	Tertiæ Olympiadis annus est ordine tertius, & Iphiti expansus annus vndecimus.	3
3239	16 Achaz.	17	38	9	Hoc anno quarto Olympiadis tertiæ, diem clausit Ioathan rex Iuda, cùm attigisset regni annum 16. Achaz filius Ioatham regnat annis 16. *ex lib.* 4. *Reg. c.* 16 *vers.* 1. *& lib.* 2 *Paralip. c.* 28. *vers.* 1. incipit regnare sub huius anni finē Lacedæmoniorum regnum in Peloponeso, si creditur Eusebio, defecit iterum sub initium primæ Olympiadis in Alcmene rege, anno regni 37. saltem ille plures reges non numerat. Pausanias sanè protrahit reges, idque rectè, vsque ad Cleomenem Leonidæ filium. De hoc Leonida *vide an* 3765. *& qq. c.* 8. *nu.* 9 inter reges Lacedæmonios. At quo tempore Lacedæmonii occupauerint regnum Sicyoniorum, *vide an.* 2868. Historiam habes & reges *qq. c.* 8. citato. Et breui instituentur cum regibus Ephori, nempe anno 3245.	4
3240	1	18	39	10	Hoc anno primo Olympiadis quartæ, qui est ex parte secundus Achab regis Iuda, *Esaias c.* 7. in colloquio cum eodem rege, prophetauit de aduentu Messiæ, his verbis. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* ibidem vaticinatur de captiuitate decem tribuum. *adhuc* inquit, 65. *anni sunt, & desinet Ephraim esse populus.* verum ab hoc anno quo loquitur Esaias tātum sunt 20. anni ad captā Samariam. ergo vt Hebręi, Hieronymus & Lyranus ad caput illud 7. notant, hi 65 anni sunt numerandi à vaticinio Amos, & ab anno orbis 3193. qui est annus Oziæ fere 23. Amos enim, qui vt ait Hieronymus aliquantulum ante Esaiam prophetauit, loquutus maximè est contra decem Tribus, eorum prædicens captiuitatem. Ergo Esaias hoc idem denuo reponens vaticinium, designat tēpus, notatque esse 65. annorum; nisi velis Esaiam coepisse vaticinari ab ipso 23 anno Oziæ, vt subindicaui	1

Orbis	Iudæ.	Israel.	Medi.	Babyl.		Olympia.
					ex Hieronymo supra ad an. 3222.	
3241	2	19	Sarsomenes. 1	11	Anno hoc secundo Olympiadis quartæ, Sarsomenes regnat apud Medos annis 25. Eusebius Sosarmum vocat, datque illi 30. annos: nempe superaddens (inquit Mercator) quinque annos quibus regnauit cum filio, qua tamen ratione admitti possint hi trigninta anni, tanquàm vere Chronologici, attigi. *qq. cap.* 10. *nu* 12.	2
3242	3	20	2	12	Annus est tertius Olympiadis quartæ, & Iphiti expansus decimus quintus.	3
3243	4	Osee. 1	3	13	OSEE filius Ela, vnus ex ducibus militiæ, occiso Phaceia filio Romeliæ vsurpat regnum Israel, anno vigesimo Ioathan regis Iuda. *lib* 4. *reg. c.* 15. *vers.* 30: hoc est, anno quarto Achaz, qui sanè est vigesimus annus ab inchoato regno Ioathan.	4
3244	5	2	4	14	Annus est primus quintæ Olympiadis, & Iphiti expansus decimus septimus.	1
3245	6	3	5	15	Iuxta Eusebium, sub hunc Olympiadis annum, constitutus est Ephororum magistratus Spartæ, seu apud Lacedæmonios, id agente Theopompo. accidisse hoc annis 130. a Lycurgo, notat *Plutarchus* in Lycurgo, de quo ad an. 3108. Hi præsides erant numero quinque, ab ἐφορᾶν dicti, & quidem annui. *vide qq. cap.* 8. *nu* 9. vbi de regibus & Ephororum istorum tempore.	2
3246	7	4	6	16	Annus excurrens habet Olympiadis quintæ annũ tertium, & Iphiti expansum 19.	3
3247	8	5	7	17	Quartus est annus Olympiadis quintę, & expansus Iphiti annus vigesimus.	4
3248	9	6	8	18	ATHENIENSIVM decennale imperium inchoat Carops Archon, hac fere ineunte Olympiade sexta, *authore Pausania lib.* 4 licet Eusebius referat ad 7. Olympiadem. Et probabile quidem est, solitũ fuisse deinceps iniri hunc magistratum Athenis circa solstitiũ, mẽse qui vocatur Ἑκατομβαιῶν Et Atheniensibus est anni initium, attingens nostrũ Iuniũ, *vide tamen qq c.* 10. *nu.* 19. *c.* 18. *& c.* 19. *de annis Græcorum. Præsertim nu.* 26 Sũt ad magistratus annuos anni 70. *vide an.* 3316. *& Sigonium de repub. Atheniensium.* Dionysius pag. 45. videtur coniungere primum initium huius decennalis magistratus cum principio Romuli: sed obiter ille loquitur, & tantum distamus quadriennio, suadente Pausania libro 4.	1
3249	10	7	9	19	Est hic sextæ Olympiadis annus secundus, & Iphiti expansus annus 22. florebat hoc sæculo Cinæthon, qui Telegoniæ author putatus est. *Euseb.* γινεαλογούμενα videntur. Falluntur qui pro Telegonia legunt in Eusebio Theogoniam. cæterum Telegonus non vnus fuit. *vide Pontacum ad Euseb. ad an.* 520. Theogonia vero est Hesiodi opus.	2
3250	11	8	10	20	Florebat quoque his annis Eumelus poeta qui Bugoniam scripsit, inquit *Eusebius*. prodiderunt veteriores grammatici, apes a poetis dictas *Βεγονίς. & Βεγόνας.*	3
3251	12	Osee. 1 Iuste	11	21	OSEE filius Ela nunc fit legitimus rex Israel, anno regis Achaz duodecimo. Et regnat deinceps annis nouem. *vt habetur lib.* 4. *Regum cap.* 17. *versiculo* 1.	4

Orbis Anni.	Iuda.	Israel.	Medorum.	Babylonia.		V.C.	Olymp.
					ROMA CONDITA. *Palilia.*		25
3251 3252	13	2	12	22	Roma nunc condita, anno primo Olympiadis septimæ, mense Aprili. *Ita Liuius. Dionysius, & Solinus c.* 2 id ex professo probat. idem prolixè satis asseritur hic *qq. c.* 10 *nu* 21. vbi etiã de Palilib'. Romulus hinc regnat annis 37. ex eodẽ Dionysio, cum interregno anni vnius. Duos annos expansos orbis, hic in margine apposui, indicium illius inæqualitatis, quæ ex variis annorum initiis resultans, non patitur primo vrbis anno, respondere vnum orbis annum à Kalendis Ianuarii designatum. De qua annorum orbis & vrbis comparatione *vide qq. c.* 18. *in appen.* Vides porrò hic & deinceps, componi, & comparari annos vrbis & Olympiadum. Qui similiter sua habent diuersa initia, Aprilem nempe, & solstitium æstiuum. & quidem ita, vt ex duobus annis qui hic & deinceps in columnis componuntur; initium anni Olympici, antecedat initium anni Romani per octo menses. Sicque in præsentia (exempli causa) contingit, vt pene exeunte anno 1. Olymp. 7. (qui est Iphiti 25.) incipiat primus annus vrbis. Eusebius in Chro. scribit palilibus Remum occisum à Fabro Romuli duce ob transmissũ saltu vallum: & ob Asili impunitatem magnã Romulo coniunctam multitudinem. Primus Romulus, 100. senes nobilissimos dixit Senatores & patres.	1.	7 1
3253	15	3	13	23	Hic annus vrbis secundus, iniens nunc à Martio, comparatur vt vides cum anno secundo Olympiadis 7. inchoato ab anni antecedentis solstitio.	2	2
3254	16 *Ezechias.* 1	4	14	24	Exit annus 16 regis Achaz Et incipit regnare Ezechias filius, in Iuda, completo tertio anno, legitimi regni Osee, seu 4. inchoato, vt ait *Iosephus lib.* 9. *Antiq. c.* 4. at tertius annus ponitur 4. *reg.* 18. *vers.* 1. regnat annis 29 ibidem. *Et* 2. *Paralip.* 24. Prophetat iam Nahum de excidio regis Assyr. & Niniuitarum.	3	3
3255	2	5	15	*Salmanasar.* 1	SALMANASSAR (quem aliqui ex Ptolemæo vocant Nabonassarum,) rex Babyloniæ & Assyriæ regnat annis nouem, de cuius initio *vide qq. c.* 10. *&* 11. *& c.* 18 *in appendice.* Ab eo deportatæ sunt decem Tribus: vide annum 3259. & 3268. hinc ad Christum sunt anni 746. vt notant Mathematici.	4	4
3256	3	6	16	2	Cum hoc quinto vrbis anno componitur annus primus Olympiadis octauæ. Cui respondent anni Iphiti expansi 29. vt hic, vides in margine. eadem ratio deinceps seruanda.	5	29 8 1
3257	4	7	17	3	SALMANASSER rex Assyriorum anno 4. Ezechiæ & septimo Oseæ obsedit Samariam. *lib.* 4 *Reg. cap* 8. *vers.* 9. post duos vero annos capitur. Hoc eodẽ quarto anno à morte Achaz, ablata est gloria Moab per Salmanassarem, de qua loquitur Esaias *cap.* 16. *vers.* 14. *& cap.* 14. *vers.* 28.	6	2

Orbis.	Iudæ.	Israel.	Medorũ.	Babyl.		V.C.	Olympia.
3258	5	8	18	4	Notat Eusebius in Chron. ad Olym. 5. circa hæc tẽpora, a Theræis conditã Cyrenem, conditorem dat Battum Aristotelem (*Βάττος* a linguæ tarditate dictus est.) probabile tamen est non semel deductam fuisse hanc coloniam, nec ab vno Batto. Imo Batti Coloniam longe posteriorem fuisse scribit *Solinus* his verbis. *Maior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas vocant, quod Battus Lacedæmonius Olympiade 45. rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam 486. condidit. Quæ domus Callimachi poetæ fuit & patria.* Ita quidem habet Solinus ex vetere Dominicanorum Burdigalensium codice restitutus. Tamen Scaliger *ad an. Euseb.* 1259. legit Olympiadem 41. & captæ Troiæ annum 468. sanè locus deprauatus ab aliquo fuit. Et quicquid sit de anno illo ab excidio Ilii, propius ad verum accedit quod de Olympiade habet Scaliger. Attingitque finem regni regis Martii. Incipit Ægypti Dynastia 25. & durat ad annum 3302.	7	31 8 3
3259	6	9	19	5	SAMARIA capitur a Salmanassare anno 3. a prima obsidione, & annis hic notatis. *Ex lib. 4. Reg. c. 18. vers. 10.* Deportatæ sunt decem Tribus Israel in Assyriam *lib. 4. Reg. c. 17. vers. 23.* ac in regionem incultam, & incolis destitutam, Arsareth vocatam. 4 *Esd.* 13. *vers.* 40. nunquam redierunt. Vide *qq. c. 10 nu. 4. & annum* 3222. CESSAT REGNVM ISRAEL. *Hic annus quo cessat regnum Israel, est Romuli octauus. Vnde iam initium hic sumitur putandi annos regum Romanorum. Donec his postea eiectis ventum fuerit ad consules.*	8	32 8 4
3260	7	Roma. 9	20	6	Romuli hic annus nonus est, compositus cũ anno Iphiti expanso 33. qui est Olympiadis nonæ annus primus, iuxta rationem putandi hos annos, supra traditam, & initio Tomi secundi. Incipit Lacedæmoniorum bellum cum Messeniis. vide 3280.	9	33 9 1
3261	8	10	21	7	DIONYSIUS Halicar. & alii raptum Sabinarum, & hinc natum bellum referunt ad annum vrbis quartum. alii citius ortum bellum narrant, cui datur triennium a Liuio & Plutarcho. victi a Romulo Ceninenses, Antemnates, & Crustumeni, *Euseb.* Tarpeia clipeis Sabinorum obruta. Vnde Tarpeius mons. Constituta tandem cum Sabinis, & his legibus pax firmata. Sabini donati ciuitate Romana sunt, & vocati a natiuo oppido Quirites. Quibus, & eorum regi Tatio concessus ad habitandum mons, inde dictus deinceps Quirinalis. Idem concessum Tuscis qui adfuerunt Romulo in hoc bello, & eorum regi Cœlio, a quo etiam mons illi datus, dictus est Cœlius. Duobus aduenis regibus æqua erat erga suos potestas, ac Romulo. *Plutar. Diony.* Liuius *Fabius pictor.* Atque hæc fuere prima Romani imperii initia. Circa hunc vrbis annum decimum, se-	10	34 9 2

Orbis	Iuda	Roma	Medi	Babyl.		V.C.	Olymp.
					quutum est bellum cum Fidenatibus. Narrat Dionysi. Tatium anno 5. ex quo Romam venit occisum, ab his qui Laurentum incolebant. ac sic totum imperium recidisse ad Romulum.		
3262	9	11	22	8	Circa hunc vrbis annum 11. Romulus Fidenates subiugauit, capta eorum ciuitate. Eo Coloniam duxit 2500 ciuium Romanorum.	11	35 9 3
3263	10	12	23	9	Florebat his temporibus Sibylla Erythræa, si creditur Eusebio. Et adhuc Eumulus Corinthius poeta de quo supra idem.	12	36 9 4
3264	11	13	24	*Sennacherib.* 1	SENNACHERIB annis 7. regnat in Babylonia ex Metasthene. an hic sit Nabonassar *vide qq. c. 10.* Eusebius quidem *in Chro. ad* 8. *Olymp.* putat eundem esse regem cum Salmanassare, de quo dixi ad an. 4. v. c. at Tobiæ c. 1. distinguuntur, vt pater & filius. Pontacus suum excusans Eusebium, vult patrem plura nomina habuisse. Hoc fere anno Sabuchus Aegypti atque Aethiopiæ rex, postquam annis 50. regnasset, sponte se regno abdicat: ne, ad quod Deorum suorum monitu impellebatur, sacerdotes Aegypti omnes teneretur occidere. *Diodor. Sic. & Herod. lib. 2.*	13	37 10 1
3265	12	14	*Artecarmus.* 1	2	ARTECARAMVS Medorum rex, annis regnat 32. solent aliqui huic regi annos dare 50. probabilius tamen est quod ait Mercator, cum annis tredecim regnasse cum filio, & quinque cum patre. Ac sic tantum anni trigninta duo erunt illi Chronologici.	14	38 10 2
3266	13	15	2	3	Scribit *Eusebius* in Sicilia nunc fundatam Naxum. Plinius Naxum vult prius Tauromenium vocatam. Idem sentit Solinus. Scaliger ad Eusebium putat vtrumque falli.	15	39 10 3
3267	14	16	3	4	SYRACVSÆ conditæ in Sicilia circa hunc annum. Eusebius interponit iuxta aliquot codices triennium a condita Naxo. Thucydides vnum tantum post annum. Syracusæ vrbs fuit inter maximas Europæ vrbes tempore Hieronis & Gelonis. *vide an 3296.*	16	40 10 4
3268	15	17	4	5	Tobiæ historia contigit circa hæc tempora. Nam Tobiæ cap. 1. fit mentio Sennacherib. Deportatus est, non quidem cum Tribu Nephtalim, de qua ad an. 3222. sed postea, ex *Tobiæ c. 1. vers. 2.* scilicet sub Salmanassare, anno 9. v. c. & orbis 3259 vixit vero diutius, nempe sub Manasse. De qua re Pererius *Tom. 2. Genes. lib. 15. disput. 8. vide hic infra qq. c. 5. nu 14.* SENNACHERIB (hoc anno vt apparet) obsidet Hierusalem 4. *reg.* 18. *vers.* 13. & relicto ibi Rapsace ducit expeditum exercitum contra Aegyptum. *Ioseph lib. 10. antiq. c. 2.* reuersus in Assyriam occidit (ob rem male a suis gestam Hierosolymis) multos ibi Israëlitas. *Tob. 1. vers 21.* sed ipse rex breui occiditur *ibid & 4. reg. c. 19. vers 37.*	17	41 11 1

Orbis	Iude.	Roma.	Medo.	Babyl.		V.C.	Olymp.
					Ezechiæ Aegrotanti dantur 15. anni lib. 4. regum.c.20.		
3269	16	18	5	6	Circa hunc annum gessit bellum Romulus cum Camerinis, de quo Plutarchus scribit. victi tandem, & subiugati Camerini, cæsis sex hominum millibus vnico conflictu. Deportati Romam media ex parte Camerini, submissis in eorum locum longe pluribus Romanis.	18	42 11 2
3270	17	19	6	7	Diuturnum & vicennale bellum gesserunt Lacedæmonii aduersus Messenios Peloponesi incolas. Et quidem notat Eusebius in Chronico, captam Messenem sub finem Olympiadis vndecimæ: cùm tamen ponat huius belli initium ineunte Olympiade 9. ibi enim notat vicennale hoc bellum contra Messenios. Sanè si capta hac vrbe finitum est bellum vt præpropere sibi persuasit Scaliger Eusebianus, non satis constabit ratio temporis Eusebiana. sed vide infra. an. v.c. 29 cæterum de progressu huius belli; de iuramenti religione qua se astrinxerunt Lacedæmonii, non redituros domum, nisi deuictis penitusque excisis hostibus; ac demum de parthenogenitis & lacenarum querelis, ob longam maritorum ab vxoribus absentiam, *lege Strabonem lib.6. Lactan. lib.1. Diodorum Sic. & Oros. lib.1.c.21.* ab his parthenogenitis, condita posteà fertur Sparta in Italia. An etiam Tarentum condiderint, vide an.v.c.48.	19	43 11 3
3271	18	20	7	*Assaradō.* 1	Assaradon filius Sennacherib, occiso patre a conspiratoribus, constituitur rex Babyloniæ, natu minimus, exclusis fratribus parricidis. *vide 4 reg.19 vers 37. & Esai.c. 26. & 27.* a Iosepho vocatur Assaracoldas, *lib.* 10. *antiq.c.* 2. Metasthenes Anni dat ei tantum 10. annos. alii 18. sed perinde est. quia in hoc rege nobis finem habent reges Assyriæ; quando post hunc, scriptura aliorum non meminit. Cęterum aliquandiu simul regnarunt, iste quidem in Niniue Assyriorum & Merodach in Babylonia, 4 *reg.* 19 *vers.* 36 & c 20. *vers.* 12. Tandem tamen Merodach aucto suo imperio regnabit etiam in Niniue. 3273.	20	44 11 4
3272	19	21	8	2	Excrescens in dies Romanorum sub Romulo ditio & potentia, vicinis populis timorem incutiebat; ac tandem eos impulit ad bellum, quo se tutiores fore sperabant fractis Romanorum viribus. in his primi fuere Veientes in Etruria.	21	45 12 1

Orbis.	Iuda.	Roma.	Medorũ.	Babyl.			V.C.	Olym.
3273	20	22	9	*Meroda.*		**FIT MVTATIO DEINceps, & varium incrementum regni Babylonici.** Post cæsum vt dixi à conspiratoribus regem Assyriæ Sennacherib, Assyrii Assaradon filium natu minimum regnare fecerunt, cuius iam hic annus tertius est exclusi regno fratres, quod in patrem Sennacherib conspirassent. De quibus loquitur *Esai.c.*37. præsertim in fine, & liber Tobiæ. hinc natum inter fratres bellum. Interim ergo dum Assaradon Niniuem tenet, bello implicatus fraterno in Assyria: Merodach dux qui Babyloniam administrabat, & forte è Medorum principibus vnus, vsus hac belli occasione, se regem Babyloniæ dicit, conciliatis sibi vicinis regibus. Tunc misit munera ad Ezechiam *Esa.c.*39. vbi rex Babyloniæ nuncupatur. & *ibidem c* 37. Sennacherib vocatur rex Assyriorum: diciturque sedem habere in Niniue. Itaque, vti ex his colligo, nunc saltem vetus regnum Babylonicum, quod etiam Assyriam continebat, in duo regna cœpit esse diuisum. Cæterum ne nomen Assyriæ aliquid ferat ambigui, obserua veteres Hebreos generali nomine vocasse Aram, omnem regionem quæ Euphrate & Tigri irrigatur, & hinc porrigitur ad Ægypti terminos. Græcorum antiquissimi Assyriam dixerunt, quicquid inter Tigrim & Ægyptum est interiectum. At postremo euicit vsus, vt Assyria diceretur Syria, idque tempore etiam Hieronymi, vt ipse notat *Isai.c.*20.	22	46 12 2
3273	20	22	9	3 *Assyriæ deinceps.*	*Babylonis.* 1	Regni Babylonici initium quasi nouum ponitur nunc, in Merodach filio Baladan. Alii Mardokempadum vocant. an etiam Nabuchodonosor dictus, *vide qq. cap.*10. *nu.* 10. Rectè nunc regnare dicitur Merodach: qui viuebat tempore Ezechiæ regis Iuda. *lib.*4. *reg. c.* 20. *verʃ.*12. & hinc quidem regnat annis 12. postea de eius Monarchia, quæ erit. 44. annorum. Hic Merodach putatur nepos Salmanassari.	22	46 12 2
3274	21	23	10	4	2	Ex Etruria primi cum Romanis bellum gerunt Veientes. Diuiso exercitu, pars vna in Romulum mouet, a quo reportata victoria cœsi sunt hostium 8000. altera contra fidenates missa, vicit quidem primo congressu. Sed succedens Romulus hostes profligat, cœsis 4000.	23	47 12 3
3275	22	24	11	5	3	Protrahitur adhuc Lacedæmoniorum cum Messeniis bellum. De quo dixi ad annum vrbis 19.	24	48 12 4
3276	23	25	12	6	4	Nunc apud Messenios viuebat ille Ophidneus cæcus, qui *vt scribit Pausanias lib.*	25	49 13 1

Orbis Anni.	Iude.	Roma.	Medi.	Assyria.	Babyl.		V.C.	Olymp.
						4. insignis habebatur Hariolus. Hippomanes iniit magistratum apud Athenienses. vide an. v.c. 65.		
3277	24	26	13	7	5	Narrat Pausanias lib. 4. Lacedæmonios nunc iusta acie victos a Messeniis.	26	50 13 2
3278	25	27	14	8	6	Messeniorvm Rex Aristodemus mali dæmonis oraculo credulus, filiam immolat pro salute patriæ, & mox ipse super filiæ tumulum voluntaria morte extinguitur. *Pausan. lib.* 4.	27	51 13 3
3279	26	28	15	9	7	Polydorvs apud Lacedæmonios Rex, de quo qq. c 8 nu 9 nunc obiisse potuit, postquam regnasset annis 53. & post triennium obiisse putatur Lacedæmonio in altera familia rex, ut hinc videas iuxta id quod citato capite 8 notatum est; recte potuisse ante 35 annos institui Ephoros, vti obseruo ad annum orbis 3244. 3245	28	52 13 4
3280	27	29	16	10	8	Post mortem Aristodemi, res Messeniorum in deterius prolapsæ semper sunt, & nunc vrbs Ithome Ἰθώμη primaria, post quinque mensium obsidionem a Lacedæmoniis capta est: & pulsis extra patriæ fines Messenis, finem accepit hoc Lacedæmoniorum bellum vicennale, cœptum anno vrbis 9, seu ineunte Olympiade nona. Vide quæ dixi an. v. c. 19. hoc anno. Olympiadis *notat Pausanias lib.* 3. finitum hoc bellum.	29	53 14 1
3281	28	30	17	11	9	Hic annus est in quem putatur incidisse mors Theopompi, Lacedæmonii regis. sub finem nempe beli Lacedæmoniaci, vt ait Pausanias.	30	54 14 2
32 83	29	31	18	12	10	Caræ populi insulani, piratica famosi, quorum meminit Virgilius 8. *Aeneid.* hi nunc mare obtinuerunt, vt aliqui legunt apud Eusebium. Et post hos, interiectis aliquot annis Lesbii. *Euseb.*	31	55 14 3
3283	Manasses. 1	32	19	13	11	Manasses filius Ezechiæ, regnat annis 55. in Iuda, *ex 4 reg. c.* 21. *vers.* 1 *&* 2. *para. c.* 33. *vers* 1. hic vixit initio regni impiè. Vt sacra testatur historia. Et sanguinem fudit innocentem in Hierusalem, citato cap. 21 de cæde Esaiæ infra anno v. c 43.	32	56 14 4
3284	2	33	20	14		Hic dici potest vltimus annus regis Assaradon, quem supra anno vrbis 20. cœpisse regnare dixi; & exacto biennio factum Niniueum. Sed parum refert, siue hoc anno regni 12. siue etiam decimo, numerando a Niniue dicatur regnasse. sequitur Monarchia Merodach.	33	57 15 1
3285	3	34	21	Merodach 1		Merodach, aucto per hos exactos annos regno Babylonico, putatur nunc Monarchiam constituisse: & hoc nouo titulo imperabit deinceps annis 40. Mercator ex Eclipsi partē etiā anni designat, ad annum suum 3246. extinctum deinceps in vm-	34	58 15 2

Orbis	Iudæ	Romæ	Medi	Babyl.		V.C.	Olymp.
					ni historia, reperitur Assyriorum regum, vt hinc grauis sit coniectura à Merodacho esse deletũ, qui iam latè incipit imperare, *vide an.* 3271. *& qq. c. 5. in fine.* Prophetat Abacuc sub Manasse.		
3285	4	35	22	2	THASVS Θάσος vrbs nunc cõdita, ex Clem. Alex. Thraciæ vrbs fuit, vel in insula Thaso Ægæi, maris, & Thraciæ proxima. Vide Appollodorum, πρὸς τῇ θράκῃ νῆσος inquit Stephanus.	35	59 15 3
3287	5	36	23	3	Ad hoc tempus referunt aliqui certamen illud inter Lacedæmonios & Argiuos; in quo à trecentis vtrinque pugnatoribus delectis depugnatum est, lis erat de agro Thyreatico. Occubuere omnes præter duos Argiuos, & Lacedæmonium vnum, qui graui vulnere accepto habitus est pro mortuo. Hic tamen, cum abiissent duo superstites Lacedæmonii velut victoria potiti, ad se reuersus spolia cæsorum detracta erexit in Trophæum, & signum victoriæ, lege Pausaniam *lib.* 3 Hoc tempore gestum bellũ istud in Thyrea author est Eusebius. at Solinus hoc Thyreaticum bellum ad alia retulit tempora. meminit quoq; Ouid. in fastis de Termino.	36	60 15 4
3288	6	37	24	4	GYGES 5. Lydorum Rex nunc incipit regnare, occiso Candaule, & excurrente anno quo obiit Romulus. Ab hoc Lydorum Rege Herodotus inchoat suam historiam. Succedũt alii Reges vsque ad Crœsum abnepotem captũ à Cyro, anno vrbis 207. *vide qq. cap.* 10. *num.* 28. Incidit mors Romuli in hunc vrbis & regni annum 37. de eius Apotheosi, & interregno, anno insequenti. CICERO, & post eum *Plin. lib. 19. ad Luciliũ*, narrant, die quo obiit Romulus contigisse eclipsin anno primo Olympiadis 16. à quibus Iphiti annis sexaginta & vno expansis, si subducas annos 24. exibunt anni 37. quibus regnauit Romulus à primis palilibus huc vsque inclusiuè. quæ res satis confirmat prima palilia, & fundamenta vrbis incidisse in annum primum Olympiadis septimæ, vti alibi est probatum. Hoc tempore floruisse dicitur Sibylla quæ Samia vocata est. *ex Cicerone 1. Tusculana quæstione.* Sed de Sibyllis quarum tempora satis non sunt explorata, dicendũm alibi est. de his lege *Solinum, & hic ann.* 3293.	37	61 16 1
3289	7	0	25	5	ROMVLVS qui apud Capreæ Paludem (inquit Eusebius) nusquam comparuit, suadente Iulio Proculo Quirini nomine consecratus est. Mortuo Romulo hic annus interregnum habuit, quãdo per quinos dies, Senatores rempub. rexerũt, & sic per vices regiũ mun' obibãt. *Plut.*	38	62 16 2
3290	8	Numa. 1	26	6	NVMA Pompilius secundus REX ROMANORUM, regnat annis 43. *ex Solino cap. 2. & Dionysio Halicar.* qui affirmat potitum regno post mediũ Olympiadis 16. incidit ergo in hunc orbis annũ, & vrbis 39. Hic rex castigato anno dicitur, adiecisse menses Ianuarium, & Februarium. vide *Plutarchũ* in vita Numæ, & Macrobiũ *Saturnal.*	39	63 16 3

Orbis	Iude	Rom	Medo.	Babyl.		V. C.	Olympia.
					*lib.*1 *cap.*13.lege tamen *infra hic qq. cap.* 10. *nu.* 26. & 27. Numæ ad regni ſtatum formandum profuit Pythagoras quidam Lacedæmonius, & victor Olympicus. *Plutar. in Numa.*		
3291	9	2	27	7	NVMA Martiam vrbem Romam, & tantũ bella ſpirantem, ad pacis ſtudium ac politicam viuẽdi rationem efformauit hic multa de Deo & religione edixit, ſeruarique fecit. tẽpla fidei & Termino erexit. Deum nec pati, nec videri poſſe docuit. veſtales virgines Romæ inſtituit. his aliiſque modis à bellis ad pacem, & Agriculturæ ſtudia; à vitiis ad honeſtam viuendi rationẽ ſuos auocabat, opinionem quoque de eius ſapientia auxit anni reformatio, cum oſtendiſſet lunæ curſum peragi 354. diebus: ſolis vero diebus 365. totis 43. an. quibus regnauit, clauſũ māſit Iani templum. *vide Plutar. in Numa.* Dici poſt obitũ felix ſeruata lege naturæ potuit hic Rex.	40	64 16 4
3292	10	3	28	8	ASTACVS condita, quæ poſtea, Nicomedia dicta eſt. *Euſeb.* ſubindicat *Strabo li.* 10. duas fuiſſe Aſtacos. Pauſanias *lib.* 5. à quodam Zipoete Thrace conditam ſcribit Strabo Megarēſium opus eſſe dicit fuit hic Zipoete, pater Nicomedis, eius qui nomen vrbi Nicomediæ dedit.	41	65 17 1
3293	11	4	29	9	SIBYLLA Herophila in Samo inſignis habetur. Euſeb. Chron. de Sibyllis vide Lactantium & Auguſtinum. nouem à Clemente hæ numerantur. Σαμία, Κολοφωνία, Κυμαία, Ερυθραία, φυλὼ, Ταργ.ξανδεχ, Μακέτις, θετταλή, θεσπρωτίς. Cic. 1. *Tuſcu.* ait Archilochũ philoſophũ floruiſſe ſub Romulo.	42	66 17 2
3294	12	5	30	10	Habet Euſebius in Chro. à Manaſſe interfectum Iſaïam, & poſitã ſtatuam quinque facies habentem. vtrumque habet, Cedrenus. ſed Statius ait fuiſſe τετρ. πρόσωπον εἴδωλον τοῦ Διὸς. eadem habet Suidas.	43	67 17 3
3295	13	6	31	11	Apud Euſebium in Chron. hæc habentur, *Numa Congiarium dedit, aſſes ligneos & ſcorteos.* quibus oſtendit à Numa vſum nũmorũ ligneorum & ſcorteorum introductum. Cedrenus tamen ſcribit ab eodem rege ſublatum, & cum aſſes æreos largitum. de his hæc Iſidorus. *Numi à Numa rege vocati ſunt, qui eos primũ apud latinos imaginibus notauit, & titulo nominis ſui proſcripſit.*	44	68 17 4
3296	14	7	32	12	CROTONA in Apulia his annis fundata eſt à Miſcello, aliquot annis poſt cõditas Syracuſas. quas fundauit Archias Corinthius. *lege Dionyſ. Halic. li.* 2. alii aliã dãt Chronologiã. *vide ã.* 3267.	45	69 18 1
3297	15	8	Arbianes 1	13	ARBIANES ſeu Cardiceas videtur filius Artecarmi. regnat apud Medos. *Diodorus* dat ei annos 22. *Euſebius* vero tantum 13. ſanè 13. annis regnaſſe cum patre, non malè colligit Mercator. & ſic tantum 9. annos ſolus regnauit: quibus mortuo iam patre, certabit de regno cum Deioce. vide annum V. C. 55.	46	70 18 2
3298	16	9	2	14	Ante paucos an. Ægyptus cœpit eſſe ſine rege. Mortuo enim Sethone Vulcani ſacerdote, electi sũt 12. optimates, qui rẽpublicam adminiſtrarũt ſub ariſtocratia ã 14. *Hero. l.* 2. *n.* 92. & 93. *Diod. l.* 2	47	71 18 3

Orbis.	Iude.	Roma.	Medorū.	Babyl.		V.C.	Olympia.
3299	17	10	3	15	PARTHENIÆ seu Parthenogeniti de quibus supra ad an. vrbis 19. prouectioris iam ætatis effecti, *Sparta* pulsi sunt. qui in Italiam delati duce Phalanto, aliam ibi condidisse Spartam dicuntur. narrat *Strabo* condidisse eos Tarentū. tamen *Iustinus lib.* 3. vult vrbem hanc tantum ab his auctam pulsis incolis, & inde nomen cōditorum inuenisse.	48	72 18 4
3300	18	11	4	16	CORCYRA à Corinthiis conditur. hāc esse Corinthiorum coloniam, notat etiam Thucidides. est hæc vrbs in insula cognomine, quæ vulgo hodie Corfou, nominatur.	49	73 19 1
3301	19	12	5	17	TERPANDER musicus insignis floret nūc ex Clemente Alexandrino, citat Xanthum Lydium. Terpander primus, poeticam orationem adhuc arctiore lege solutam, constrinxit numeris. *vide an. V.C.* 109.	50	74 19 2
3302	20	13	6	18	DYNASTIA Ægyptiorum 26. ad hunc annum consignatur, post aristocratiam 14. annorum. Durat hæc Dynastia annis 174. *vide annū V.C.* 216.	51	75 19 3
3303	21	14	7	19	NVMA Rubigalia instituit, seu festos dies quo tempore rubigo segetes occupare solet, vt notat *Plin. lib.* 8. *c.* 29. tria erant tempora inquit ille, quib⁹ homines metuebāt frugib. hīc instituta Rubigalia, floralia & vinalia. refert tamē Plinius instituta Rubigalia, anno vndecimo Numæ.	52	76 19 4
3304	22	15	8	20	PARION vrbs in ora Hellespōti iuxta Lāpsacum, nunc condita putatur. *Euseb.* Hinc prodiit Neoptolemus Parianus poeta retinere hodie dicitur vetus nomē. *Scaliger* vult Eusebium loqui non de primo conditu, sed de instauratione, aut deducta colonia à Milesiis & Erythræis.	53	77 20 1
3305	23	16	9	21	SIBARIS inquit Eusebius sub idem tempus quo Parion condita. nempe ab Achæis. sepius euersa iterumque instaurata. *vide Diodor. lib.* 12 *& Athenæum lib.* 12. Sibaritæ certamen Olympicum ad se trahere conati sunt, ob id semel à Crotoniatis oppressi.	54	78 20 2
3306	24	17	Deioces 1	22	DEIOCES exactis 9. annis contentionis cū Cardicea, tandem absolutè regnat. Huic *Diodorus* rectè dat 40 annos. quòd autem *Herodotus* det annos 53. est, quia addit annos qui non sūt Chronologici, de quibus dixi ad annum vrbis 46. sequor Diodorum. *Eusebius* dat illi annos 54. ex eodē fonte petitos quo Herodotus. Hic Rex Ecbatanam condidit. *Euseb.* In libro Iudith vocatur Arphaxad. *vide qq. cap.* 10. *nu.* 12. *& nu.* 36. de nomine Ecbatana, multa congerit apud Eusebium *Scaliger. ad an.* 1309.	55	79 20 3
3307	25	18	2	23	IVDITHÆ historia circa hæc tempora accidit, idque tempore Manassis, forte anno hoc orbis 3307. rediit ille è Babylone, 2. *Paralip. c.* 33. *vers.* 13. & fortassis hoc anno, vt infra ad annum vrbis 63. Ab eius reditu vsque ad Ioachaz Regē, pax perpetua fuit, quę describitur Iudith capite vltimo. *vers.* 30. Conformis quoque huic anno est Pontificatus Eliacim de quo in historia Iudith. *vide qq. c.* 10. *nu.* 36.	56	80 20 4

Orbis	Iudæ	Roma	Medo	Babyl.		V.C.	Olympia
3416	29	10	43	Teſte *Liuio*, annis 200. ante captam duce Brenno a Gallis Romam,Galli præſertim Celtæ, duce Belloneſo nouas quærentes ſedes (quod patriis ob anguſtias contineri non poſſent)eam Italiæ partem nunc occupare incipiunt, quam poſtea Romani Ciſalpinã galliam dixerũt.Hi ergo reſerato per alpes aditu,	165	189 48 1

Orbis	Iudæ	Romæ	Medo.	Baby.		V. C.	Olymp.
	Sedecias.				24 & *Ieremia*. Est hæc quã voco cum aliis plerisque secũdã Babyloniæ captiuitatẽ; ad annos hic positos cõsignanda,& tribus maxime rebus insignis,morte Ioachimi & deportatione cùm Ezechielis Prophetæ,tùm ipsius Iechoniç post tres regni menses ducti in Babylonem, cum se sponte tradidisset. *Ierem. c.* 24. *&* 4. *Reg.* 24. Tũc Nabuchodonosor præfecit regno Mathaniam tertium Iosiç filium.quem ille Sedeciam vocauit. regnat annis vndecim. *ex lib.* 4 *reg. cap.* 24 *vers.* 18. *& lib.* 2. *Paral.* 36. *v.* 11. *& Ierem. c.* 52 *vers.* 1. *&* 3. *Esd* 1 *ver.* 46. regnante Sedecia Ieremias missus est in lacum. Ierem. c.38.		
3382	1	19	16	9	DRACO nunc floruit iuxta Eusebium. Legislator primus apud Athenienses. Clemens Alex. scribit dedisse Atheniensibus leges, Olymp. 39 de qua re infra.	131	155 39 3
3383	2	20	17	10	EPIDAMNVS condita. *Euseb.* à Corcyræis *Ex strabone lib.* 7. alij alium dant conditorem, & Græcos instaurata vrbe aliqua non raro se conditores appellare. Dyrrachium postea oppidum nominatum. *Scaliger* Pyrrachium Epidamni nauale fuisse vult.	132	156 39 4
3384	3	21	18	11	Ostia, vrbs Latij est, in ostiis tiberinis condita, ab Anco Martio nunc Romanorum rege, author est *Diony. Halic.*	133	157 40 1
3385	4	22	19	12	Spatia vrbis dilatata, accesſione Auentini & Ianiculi, quos colles Martius Rex Romanis mœnibus inclusit. floret Xenophanes Colophonius *authore Clemente Alex.*	134	158 40 2
3386	5	23	20	13	Si ineatur numerus ab incluso vrbis anno 106; hic annus nunc excurrens est ille trigesimus, de quo fit mẽtio apud Ezechielem capite primo: est que annus deportati Iechoniæ quintus, quem explicatum à difficultatibus habes *qq.c.* 12. *nu.* 12. *& c.* 10. *nu.* 11.	135	159 40 3
3387	6	24	21	14	SABINI Romanos bello aggresſi, vincuntur à Martio Rege. vt notat *Diony. Halic.*	136	160 40 4
3388	7	Tarquinius 1.	22	15	TARQVINIVS Priscus Romanorum rex quintus, regnat annis 38. *ex Dionysio Halic.* alii 37. dant annos. Hic rex pacẽ nactus post aliquot annos vrbem munit, & Theatra extruit vt obseruo ad annum vrbis 146 de capitolio vide an. V. C. 173. sanè ab hoc rege iacta capitolij fundamenta notant *Dionysius & Liuius.* sub eodem rege Romam venit Sibylla Cumæa, *ex Solino, Varrone, & Lactantio lib.* 1. *de falsa religione.* Exustis sex libris Tarquinius emi fecit & seruari tres reliquos, qui casu postea exusti sunt, vna cum Capitolio sub Sylla dictatore, *ex citato Solino.* vide item *Appianum, Paterculum, Dionysium Halicarnas. lib.* 4. *& Cornelium Tacitũ, libro* 19. de anno quo Romæ hoc contigit, *vide, an. V.C.* 173.	137	161 41 1

Orbis	Iuda.	Romæ	Medo	Babyl.		V.C.	Olymp.
3389	8	2	23	16	Panætius nunc tyrannidem occupat in Sicilia inquit *Euseb. in Chro.* at, cùm ait primum extitiſſe Siciliæ tyrannum, διβλογία putatur in Euſebio, iuxta quem longe antea tyrannus extitit Phalaris.	138	162 41 2
3390	9	3	24	17	Tarquinius priſcus iterum rebellantes Sabinos domat. florebat nunc Sapho Lesbia; inter poetas lyricos numerata.	139	163 41 3
3391	10	4	25	18	NABVCHODONOSOR exeunte nono anno Sedeciæ, cœpit obſidere Hieruſalem. Sæpe enim, *vt notat Ieremias c. vlt.* deportati ſunt Iudæi a Chaldeis. nam poſt deportatum Ioachimum anno 1. Nabuchodonoſori, *de quo Danie.* c. 1. iterũ deportati ſunt vt cõmemoraui; anno 7. exeunte regni Nabuchodoſor. dein de cœpta vrbis obſidio penè triennalis: qua finita euertetur templum, pluribus depotatis. quod incidet in annum vndecimum Sedeciæ. *vide Ierem.* 52. *nu.* 4. & 5. & *c.* 39. *Initio* & 4. *reg.* 25. *verſ.* 1. 2. permiſit Nabuchodonoſor, vt Ieremias permaneret in Iudæa, nec ductus eſt in Babylonẽ. ſuaſitq; reliquis Iudæis ne irent in Aegyptũ. *Ierem. c.* 42. & 43. at contẽpto oraculo Aegyptum petunt. & cum illis (aut ſponte, aut inuitus) Ieremias *ibid.*	140	164 41 4
3392	11 *Ceſſat.*	5	26	19	Captiuitas tertia Babylonica, anno 19. regni Nabuchodonoſori, incipit: quando euerſis vrbe & templo, Nabuzardan princeps Babylonicæ militiæ, intulit rebus Iudaicis deſolatis extrẽmam ruinam. *lib.* 4. *reg. c.* 25. *verſ.* 8. 9. 10. 11. ceſſat regnum vſque ad Ariſtobulum. De hac triplici captiuitate, *vide qq. c.* 12. & 13 *item Ierem. c.* 39. & *c.* 52. *Ioſep. lib.* 10. *Antiq. c.* 9 Eſt hic annus prophetantis Ieremiæ 41. nempe ab anno 13. Ioſiæ.	141	165 42 1
3393	0	6	27	20	Regum in Aegypto nomina propria varia his annis dantur a ſcriptoribus, niſi quòd ſcriptura paſſim generali nominè vocet Pharaones. Poſt Nachaonem, de quo ſupra, ſcribunt regnaſſe Pſammim. quem ait *Herodotus*, periiſſe in bello Aethiopico. aut ſi coniecturæ hic locus eſt, forte in bello Chaldaico contra Nabucho donoſorum; vt ſubindicant *Hieremias a c.* 42. *ac deinceps*, & *Ezechiel à capite* 29. quando vt mox dicam, ſubacta Aegypto, captiſque qui eò transfugerant Iudæis, cœpit Monarchia Nabuchodonoſori. Verum ſi ita eſt, referendum id erit ad annum 23. Nabuchodonoſori, vti eò loci recenſeo.	142	166 42 2
3394		7	28	21	Anno primo huius Olymp. 42. Phrymon Athenienſis ſæpe antea in Olympicò certamine victor, victus narratur a Pyttaco Myteleneo, qui habitus fuit unus è ſeptem Græciæ ſapientibus. *Euſeb. Stra. lib.* 13.	143	167 42 3
3395		8	29	22	Nihil habet memorabile hic annus, preter annos ipſos hic in margine notatos. Ieremias qui cum populi reliquiis ſe contulit in Aegyptum, ibi apud Taphnas lapidibus eſt obrutus a Iudæis, vt habent Martyrologium Romanum, *Dorotheus*, & *alii cum Iſidoro in lib. de vita & morte ſanctoru m.*	144	168 42 4

Orbis	Roma	Medo	Babyl.		V.C.	Olymp
				cum esset Atheniensium, tradidit se Megarensibus: eodem anno Echechiel in Babylonia vaticinatur de restauratione templi. nam cap. 40, notat ipse annum 14. ab vrbe euersa, & vigesimum quintum a sua captiuitate, quæ incidit in annū vrbis 130.		
3407	20	Astiages.	34	Astiages Artabani seu Cyaxaris filius (*Diodorus* vocat Apandam) regnat annis 37 *ex Herodoto* quos finiri existimo, ineunte principatum Cyro: nempe initio Olympiadis 55. ad annum vrbis 193. *vide hic qq. c. 12. nu.* 14. & 18. vbi hæc res ex professo tractata est.	156	180 45 4
3408	21	2	35	Superstes adhuc erat Epimenides Philosophus, qui Athenis aram erexit ignoto deo, & qui familiaris Soloni, *vt scribit Plutarchus*, viam struxisse putatur ad Solonis leges. hunc vixisse ferunt annis 157 quod de eius multorum annorum somno refert Pausanias, fabula est. Cæterum apud Eusebium, legendum est, hunc Athenas lue purgasse. non autem vt aliqui codices habent, euertisse. nam vt rectè aduertit Scaliger, in Græco non quidem καθαιρεῖ, sed καθάιρει, esse debet. ex quo Epimenides καθάρτης cognominatus est apud Iamblicum.	157	181 46 1
3409	22	3	36	Solon hoc anno prætor Athenis fuisse perhibetur, post Philombrotum *ex Eusebio*. verius tamen est eius præturam pertinere ad annum in sequentem, qui est tertius Olympiadis 46.	158	182 46 2
3410	23	4	37	Hoc anno 3. Olymp. 46. cœpit Solon in sua prætura leges suas dare Atheniensibus. & qui annus vrbis notatur 170 apud Gellium lib. 17. errorem habet. restitue 160. sic abrogatæ sunt leges Draconis velut asperiores, atque acriores, in quorundam delictorum pœnis constituendis. adeo vt Demades dicere soleret, Draconis leges fuisse scriptas non atramento sed sanguine. Draconis esse leges, non hominis dictitabant alii. *vide an. v. c.* 170.	159	183 46 3
3411	24	5	38	Hoc tempore, *inquit Eusebius*, certantibus in Theatris (ἀγωνιζομένοις) τράγος, id est hircus in præmio dabatur. vnde aiunt Tragœdos nuncupatos, & τραγῳδίαν.	160	184 46 4
3412	25	6	39	Anacharsis è Scythia philosophus, nunc venit Athenas: & factus Soloni familiaris, ei profuit in legibus condendis: quas iam a biennio aggressus est. Diogen. Laert.	161	185 47 1
3413	26	7	40	His temporibus, vt ait *Solinus. c.* 4. Milo corpore robustissimus habitus est, & hoc nomine celebris. quem scribunt potuisse taurum & pugno occidere, & vno die deuorare. alii tamen hunc referunt ad annum vrbis 242.	162	186 47 2
3414	27	8	41	Gestum narratur bellum his annis inter Medos & Lydos. Herodotus regem tunc Medorum profert Ciaxarem. quem alii Astiagem vocant.	163	187 47 3
3415	28	9	42	Sabini iterum mouent in Romanos, iterumque vincuntur. in quo bello enituit Seruii Tulli virtus. quæ res illi postea gradus fuit ad regnum.	164	188 47 4
3416	29	10	43	Teste *Liuio*, annis 200. ante captam duce Brenno a Gallis Romam, Galli præsertim Celtæ, duce Bellonefo nouas quærentes sedes (quod patriis ob angustias contineri non possent) eam Italiæ partem nunc occupare incipiunt, quam postea Romani Cisalpinā calliam dixerūt. Hi ergo reserato per alpes aditu,	165	189 48 1

Orbis	Roma	Medo.	Babyl.		V.C.	Olymp.
				pulsisque Etruscis & Tyrrhenis, Mediolanum condunt. occupatam a se prouinciam nominant Insubriam: & Rhetum Etruscorum ibi antea regem, in eas alpes coegerunt, quæ ab eo postea Rhetiæ sunt nuncupatæ. vbi nunc sunt qui vulgo Grisones vocantur. accessit etiam Gallis Aemilia, & Flammin a. nec abstinuisse putantur ab agro Piceno.		
3417	30	11	44	Cyrrha Ptolemæo Phocidis in Achia vrbs est; & ex Pausania Delphorum Nauale. a Cyrrhæis violatum Apollinis Pythii templum. quibus propterea Amphictyones bellum indixerunt duce Clistene, Sicyoniæ tyranno, qui Solonis vsus consilio victoria potitur, & Cyrrhæorum vrbem ac ditionem apollini sacram fecit. Pythacus sapiens, electus reipub. princeps apud Mitylenæos, vna cũ Alcæo poeta, hoc anno 2. Olympiadis 48. abdicant se Magistratu. quem anni huius characterem dant *Diony. Halic. lib. 5 Diogen. Laer. & Theophrastus lib. de regno.*	166	690 48 2
3418	31	12	45. Inchoat. Euilmerodach.	Vt scribit, *Plinius lib. 2. c. 12.* Thales Milesius, Olympiadis 48. anno quarto (qui init à solstitio æstiuali huius anni 3418) prædixit futuram post biennium solis eclipsin. acciditque proinde, quod idem notat Plinius ille solis defectus, anno v. c. 170. tamen *Solinus, c. 25.* refert ad annum vrbis 171. vel 172. Tunc primùm Gręcis innotuit ratio & causa defectus solis. peperitque ea res Milesio magnũ nomen. cęterũ de anno vrbis Plinii calculus verior est.	167	191 48 3
3419	32	13	Euilmerodach. 1	Sub annum 45. regis Nabuchodonosor (quando diem clausit) renuntiatur Euilmerodach rex Babyloniæ. variant scriptores de regni annis. damus ex communiori sententia, penè 23. *vide qq. c. 12. nu. 5,* Anno exeunte 37. deportati Iechoniæ, Euilmerodach primo regni sui anno, Ioachinum seu Iechoniam eductum è carcere, honorificè habuit. vti habetur 4. *reg. c. 25. nu. 28 & Ieremiæ cap. 52. sub finem, recte de his Scal. lib. 5. de Emend.*	168	192 48 4
3420	33	14	2	Arionis Musici supra memini ad annum v. c. 91. quem aliqui nunc floruisse scripserunt. certè quocunque ex his duobus locis ponatur, verum esse potest quod ait *Plutarchus lib. de Sympos.* fuisse Arionẽ σύγχρονον quibusdam è septem sapientibus. Eodem tempore Aristoxenus & Archilochus floruisse dicuntur. Sed prochronismus est. nam ille auditor fuit Aristotelis. Hic vixit sub Dario Histaspis filio.	169	193 49 1
3421	34	15	3	Solon hoc Tarquinii anno 34 dat leges Atheniensibus. nunc inquam opus perfecit, cùm cœpisset eas condere anno vrbis 159. Hinc vsque ad annum 18. Philippi Macedonis, numerantur anni 240, a Demosthene, oratione περὶ παραπρεσβείας. *vide Plutarchum in Solone.*	170	194 49 2
3422	35	16	4	Scribit Eusebius in Chronico, Isthmia & Pythia primùm acta in Græcia anno tertio Olymp. 49. inde ergo recte prima Pythias putari debet. Quod prolixè Scaliger de Emen. lib. 1. cap. de periodo Delphorum Pythica obseruat, ex Prisco Pindari scholiaste. congruit hic noster Iphiti annus 195. quare	171	195 49 3

Orbis	Roma.	Medo.	Baby.	Periodus 6.	V.C.	Olymp.
				si quis ex annis Iphiti datis subducat 194. exibit Pythias quæsita, seu Pythichus annus desideratus. fuerũt quidẽ prima Pythia instituta in Græcia *an.3. Olym.* 48. Sed nũc secũda Pythiade Agõ ille factus est στεφανίτης. & inde Euseb. vocauit primã Pythiadẽ. tũc quoq; institutus putatur in honorem Apollinis hymnus qui Pæan vocabatur. *Strab. lib.9. Pausan.* Cæterũ Pythia instaurabãtur ãno tertio Olympiadis; & sic trieterica ab hoc anno erant, vt etiam Isthmia, & Nemea. Atque primo & tertio quoque anno Olympiadis celebrabantur. Non ergo pentaterica vt aliqui cum Ausonio putarunt, ex hoc eius versu. *Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis, Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo.* idem malẹ Olympiada vocat quinquennium.		
3423	36	17	5	Non satis conuenit inter scriptores de horum tẽporum Rege in Ægypto. *Plin. lib. 32. cap. 31.* Regem Ægypti, tempore Cyri regnãtem, eum dat qui Sesostris dicebatur. Sed ex magis recepta sententia nũc regnat Amasis, seu Anamasis, ob probitatem & præclaras animi dotes electus rex; cui Herodotus dat regni annos 55. laudatur hic princeps ab *Herodoto. Diodoro lib.3 & Iustinio Martyre in Parænesi ad Græcos, seu Gentiles.*	172	196 / 49 / 4
3424	37	18	6	Sub Tarquinio Prisco iacta capitolii fundamenta, consentiunt scriptores. At quo regni anno non est compertum; an anno octauo, an hoc regni anno 37. vt nonnulli suspicantur. Nauius diuinator, disparuit nunc, nec postea inuentus. Sibylla Cumæa, quam alii Heriphilen vocant, hac Olympiade ineunte Romam venit, *ex Solino.* Tarquinio nouem libros obtulit pretio trecentorum aureorum nummorum. Et sex libris exustis, tres reliqui manserunt soluto eodem pretio. Factum hoc sub Tarquinio superbo aliqui scribũt. *Plin. Gelli. & Diony. vide an.* 3388. vbi sub Prisco refertur.	173	197 / 50 / 1
3425	38	19	7	Nunc artem poliendi marmora adinuenisse dicitur Diopenus Cretensis, cùm adhuc staret regnum Medorum. & nondum Cyrus Persas in libertatem asseruisset. *Plin. lib.36. c.4.*	174	198 / 50 / 2
3426	Seruius 1	20	8	ONOMACRITVS Poeta Atheniensis nunc florebat, quem ferunt authorem esse eorum poematum quæ Orpheo adscribuntur. Huic æqualis tempore fuit Anaximander Philosophus. SERVIVS TVLLVS Rex sextus Romanorum regnat annis 44. *ex Dionysio.* Successit Tarquinio socero, inchoato anno 4. Olymp. 50. hic ter Romæ triumphauit.	175	199 / 50 / 3
3427	2	21	9	ETRVRII populi, cum sibi persuaderent morte Tarquinii prisci, se pacis constitutæ legibus solutos, mouent arma in Romanos pro libertate patriæ, fuitque hoc bellum vicennale. *Dionys.*	176	200 / 50 / 4
3428	3	22	10	Romæ primũ lustrũ factũ, seu census primum habitus à Seruio, & Censorinus hinc numerat 650. annos, ad vltimum lustrum sub quinto consulatu Vespasiani. & quidem tot sunt ad annum Christi 76. ad quẽ consigno illum consulatum, & lustrum vltimũ.	177	201 / 51 / 1

Orbis.	Roma	Medorũ.	Babyl.		V.C.	Olympiad.
3429	4	23	11	Circa hos annos, Phalaridis Agrigenti fit mentio. Cuius tamen initia referunt aliqui ad an. V.C. 100. vide Ciceronem *lib. 2. Offic.* Periit postea ille in suo tauro extinctus, conspirantibus in hanc eius necem Agrigentinis. *Euseb.*	178	202 51 2
3430	5	24	12	AMASIS Ægypti Rex, dicitur nunc Cypriotas sibi subiecisse, & reddidisse vectigales. *Herod. lib* 1.	179	203 51 3
3431	6	25	13	SERVIVS TVLLIVS, insignem reportat de Etruscis victoriam. ille Romam reuersus de hostibus triumphauit.	180	204 51 4
3432	7	26	14	PHALARIS Agrigentinus tyrannus, Siciliam vniuersam sibi reddit subiectam hac, & sequente Olympiade 53.	181	205 52 1
3433	8	27	15	EVGAMON Poeta genere Cyrenæus floret, qui *ex clemente lib 6. Strom.* scripsit τὰ περὶ Θεσπρωτῶν. Hic apud Eusebium dicitur aliam scripsisse Telegoniam *vide an.* 3249.	182	206 52 2
3434	9	28	16	In hunc annum incidit altera Seruilii Tulli victoria in bello Etrusco, ex qua etiam iam secundùm triumphauit.	183	207 52 3
3435	10	29	17	Scribit *Plinius libro* 15. Oliuam nunc primùm delatã in Italiam. Adhuc viuebat Æsopus. De cuius morte à Delphis illata, *Eusebius Olympiade* 54. *vide Suidam.*	184	208 52 4
3436	11	30	18	ABARIS è Scythia venit in Græciam hoc tempore, *ex Eusebij Chron.* De quo scribit *Herodotus libro* 4 *vide Lilij Gyraldi collectanea, dialogo tertio de Poëtis.* Ab hoc scripta ferunt poemata de oraculis Scythicis. *Strabo lib.* 15. *Pausan. lib.* 3. *Suidas.*	185	209 53 1
3437	12	31	19	Prorogato inter Romanos & Etruscos bello, iam tertiâ pugnâ hostes vincit Seruius Tullus, & tertiùm Romæ triumphat.	186	210 53 2
3438	13	32	20	Obseruat quidem *Eusebius* ad annum tertiũ Olympiadis 54 venisse Pisistratum, Atheniensium primum tyrannum, in Italiã. Hic tamen annus tertius Olympiadis 53 ille est, quo putatur Athenis tyrannũ se præbuisse, dum Archon esset Aristodemus, sub Seruio Tullo, *ex Gell. lib.* 17. *c.* 21 & sub initium Crœsi ex Herodoto.	187	211 53 3
3439	14	33	21	AGON Gymnicus, quam Panathenæon vocant, actus anno 3 Olym. 53. notatur *ab Eusebio.* fiebãt Athenis Panathenæa, in honorem Palladis. A Theseo primum instituta. & quidem initio solebant singulis annis instaurari: postea vero quando præmium (amphora Olei erat) & corona victori proposita sunt; tantum quinto quoque anno redibant. tunc inquam ἀγὼν στεφανίτης καὶ πενταετηρικὸς esse cœpit, & retenta priora Panathenæa, vocata sunt μικρά.	188	212 53 4

Orbis.	Romæ	Medorũ.	Babyl.		V.C.	Olympias.
				hæc posteriora μεγάλα παναθήναια ex Isocrate. Obseruat passim Scaliger non recte deprehendi periodum atticam, nisi concedendo Panathenaica, instaurari solita tertio anno Olympiadis. (vide supra ad an. V C. 171.) quia verũ principium anni attici pendet à primis panathenæis illis, quæ iam dixi celebrata anno tertio Olymp. 53. qui nobis est annus Iphiti 211. concurrebant ergo panathenaica cum anno Pythiorum, de quo dixi loco iam citato. Cæterum non licebat Athenis oleum exportare aliunde, nisi ei qui vicisset Panathenæa.		
3440	15	34	22	In hunc annum Eusebius coniicit Æsopi qui fabulas dedit mortem, occisi à Delphis, de quo etiam Suidas & Plutarchus in Solone.	189	213 54 1
3441	16	35	23 *Baltasar.* 1	Evilmerodach inchoato regni anno 23. fato cessit. Rex Babyloniæ constituitur Baltasar filius, & ex Daniele ac scriptorum consensu Babyloniæ Rex vltimus, regnat annis fere tribus. *vide qq. c. 12. nu.* 6.	190	214 54 2
3442	17	36	2	Pisistratus de quo ad an. V.C. 187. vt mitiorem redderet & aduersario Soloni acceptam tyrannidem, voluit Solonis leges manere saluas. Solon tamen breui Athenas relinquet De hoc tyranno plura *Arist. lib. 5. Polit. c. 12. Clem. Alex. & Plutarchus in Solone.*	191	215 54 3
3443	18	37 *Darius.*	3	Hic Darius Medus, est filius Astyagis, qui nondum mortuo patre regnat aliquandiu. *Hierony. ad cap* 5. *&* 9. *Danielis, Lyrannus ibidem ad cap* 9. *& Ioseph. lib.* 10. *Antiq. & hic infra qq. cap.* 10. 12. *&* 13 Senex iam erat, & 62. annorum putatur tempore belli Babylonici. Hæreditatem Cyro reliquit *qq cap.* 12. *num.* 15. *& cap.* 13. *num.* 8. Ab aliis non numeratur in regibus Medorum. Nec nos hic ei damus annum Chronologicum. Nam hic annus in quo locatur est patris vltimus. quare si dicatur plures annos habuisse, cum patre poterat regnasse, & cum Cyro sororis filio saltem anno vno, ad eum modum quem explico *qq. cap.* 12. *num.* 17 *&* 18.	192	216 54 4

PERIODVS SEPTIMA
annorum 248.

A Cyro ad regnum Seleucidarum.

Anni Orbis	Iud. Duces	Persarū	Roma		V.C.	Olymp.
3444		Cyrus 1	19	PERSARVM monarchia nunc initium accipit in Cyro, qui Astyagis senioris ex filia nepos est, & iam euertit Babylonem cum Dario auunculo. Inchoatur hæc Persarum Monarchia Olympiade 55 ineunte, destructo regno Babylonico. *Euseb.* & passim alii. *vide lib. 2. Paralip. c. vlt. in fine.* Plura de his Dario & Cyro, *qq. c. 12, 13. & 15.* Captiuitas Babylonica soluitur hoc eodem anno. *lib. 2. Paralip. cap. vlt. vers. 21. 22.* iuxta vaticinium *Ieremiæ c. 25 v. 12. & c. 29. v. 10. & lib. 1. Esdr. cap. 1. vide qq. c. 13. & 14.* annus orbis hic notatus respondet ex parte anno Olympiadis, vt sæpe alibi notatum est.	193	217 55 1
3445	Zorobabel 1	2	20	SOLVTA vt commemoraui captiuitate, redeuntiū in patriam Iudæorum Dux constituitur Zorababel filius Salathielis *lib. 1. Esdræ c. 2 vers. 2.* & principatum tenet annis 58 *Philo Anny. Mercator* Cur autem ex his authoribus, ducum annos putemus, *vide qq. c. 15. initio.* de Zorobabiles ducatu habes *Aggæi c. 1. & apud Iosephum. lib 11 antiq. c. 4.* Redeunt 42360. exceptis seruis. *lib. 1. Esdræ c. 2.* restituit Cyrus vasa templi, *ibidem c. 1.*	194	218 55 2
3446	2	3	21	Hoc tertio Cyri anno, & forte ineunte, cœperunt Zorobabel & Iosue Sacerdos ædificare templum, nēpe anno secundo aduentus in Iudæam. *lib. 1. Esd. cap. 3. vers. 8. & lib. 3. Esd. c. 5. vers. 56. 57. & qq. c. 14. in fine.* concessa ad id facultate anno primo Cyri, *ex lib. 1. Esd. c. 6 vers. 3.* est etiam annus vltimus visionis Danielis, *lib. Daniel. c. 10. vers. 1. vide Perer. lib. 12. in Daniel.* initio. Denique hic annus est quo primùm cœperunt filii Israel seu Iudæi post reditum colere agros. quod addo, vt sciatur nunc primùm post reditum cœpisse supputari sabbata terræ, hebdomadas & annos Iubilæi. *vide annū orbis 2537. & 2530.* Contigit eodem tempore colloquium Solonis & Croesi, de quo Herodotus li. 1. reliquit enim Solon Athenas anno 1. Olymp. 55. ex Diony. & Dione lib. 38. primùm venit in Ægyptum; inde in Cyprum. postremo in Asiam, vbi Croesum conuenit. vnde potuit tandem rediisse in Cyprum.	195	219 55 3
3447	3	4	22	Anno excurrente vigesimo belli cum Etruscis, Etruria cœpit Romanis subesse legibus, & imperio regis Seruii Tulli. *Diony. Halic.*	196	220 55 4
3448	4	5	23	PISISTRATVS Megacle & Lycurgo nitentibus, pulsus Athenis venit iterum in Italiam. Sed cum Lycurgus ad tyrannidem quoque aspiraret, breui reuocatur Pisistratus, ipso Megacle authore. *Herod.*	197	221 56 1

Sribit

Orbis	Iud.	Persarum	Romae		V.C.	Olymp.
3449	5	6	24	Scribit *Herodotus* iterum Athenis pulsum Pisistratum nitente Megacle. nec restitutum ante exactos vndecim annos. *vide annum V.C.*209.	198	222 56 2
3450	6	7	25	Florebat nunc Athenis Thespis poeta. Ad idem tempus ab Eusebio referuntur Anaximenes, Anaximandri discipulus, & Simonides poeta Lyricus, quem *Cicero de orat.* ait primum scripsisse de arte memoriæ. *Plinius etiam lib.*8.*c.*28.inuentorem facit quatuor characterum quos suis prioribus adiunxerunt Græci.	199	223 56 3
3451	7	8	26	Xenophanes de quo supra *ex Eusebio* adhuc florebat, philosophus & poeta. Eum sequuti discipuli sūt post aliquot annos Parmenides, Leucippus, Zeno, Protagoras, Diogenes Smyrneus, Anaxagoras, Epicurus, & Metrodorus è Chio oriundus.	200	224 56 4
3452	8	9	27	Est apud *Eusebium in Chron.* templum Appollinis Delphicum iterum incensum. quod aliqui ad hanc Olympiadem ineuntem, alii ad sequentis initium referunt. Certum est sæpius incensum hoc templum. Duas habebant Athenienses his temporibus factiones, Pisistratidas & Alcmæonidas à Pisistrato & Alcmæone ducibus. Scaliger interpretatur, hoc de quo Eusebius incendium, immissum à Pisistratidis, & instauratum postea templum ab Alcmæonidis. Atque ad hanc instaurationem plurimum contulisse Amasim Ægypti regem.	201	225 57 1
3453	9	10	28	Pyttacus princeps Mitylenensis, habitus vnus è sapientibus Græciæ, & Croeso regi amicitia iunctus, nunc obiisse putatur *ex Herodoto.* Diogenes Laertius eius excessum aliò refert. de Aristea philosopho, poeta & Mago, Suidas.	202	226 57 2
3454	10	11	29	Croesus consulit oraculum de bello in Cyrum, responso ambiguo decipitur. vt Scribit *Herodotus lib.* 1.	203	227 57 3
3455	11	12	30	Cyrus, Scythas bello inuadit, & victis acie hostibus Amorgen regem abducit captiuum. Sed vxor Sparetha collecto nouo exercitu, Cyrum victum capit, quo remisso in regnum, maritum recuperat *Ctesias.*	204	228 57 4
3456	12	13	31	Solon Atheniensis ex longa profectione reuersus in Cyprum, diem ibidem claudit anno ætatis 80. vt narrat *Diogen. Laert.* tamen *Plutarchus* in eius vita scribit obiisse Athenis.	205	229 58 1
3457	13	14	32	Thales Milesius vnus è septem Græciæ sapientibus, & institutor sectæ Ionicæ, moritur sub exeuntem annum primum Olymp. 58. plus quàm nonagenarius. *Diog. Laert.*	206	230 58 2

Orbis.	Iuda.	Persar.	Roma.		V.C.	Olymp.
458	14	15	33	SARDIS Lydiæ vrbs primaria obſeſſa à Cyro capitur. in qua etiam captus eſt Croeſus vltimus Lydorum Rex, licet honorificè cuſtoditus & habitus deinceps à Cyro. ſic ceſſat Lydorum regnum, cui initium cum Euſebio dedimus per triennium ante primam Olympiadem. atque ita ſtetiſſet annis 133. ſi deſtructum eſt hoc tertio anno Olympiadis 58. captis Sardis. vt notat *Euſeb. in Chron.* Aut ſi cum aliis referatur captus Croeſus ad annum primum huius Olympiadis, quod etiam ſubindicat *Euſebius*; ſic ſtetiſſet regnum annis circiter 130, demum Scaliger hunc caſum refert ad exeuntem hanc Olympiadem, aut etiam ineuntem 59. in tanta varietate Sententiarũ, elegi annum Olympiadis huius 58 tertium. *Plura c.10. num.28.* Narrat Herodotus codẽ tempore pugnatum à 300. Lacedæmoniis, aduerſus totidem Argiuos, eodem euentu quo ſupra ad annum V.C.85 de Horatiis dictum eſt	207	231 58 3
459	15	16	34	Poſt captum Croeſum Lydii rebellant, ſed miſſo in eos exercitu iterũ ſubiugati ſunt, & ſeucrioribus quàm antea legibus conſtricti. *Herod.* Cyrus eodem tempore mouet in Græcos, qui minorem Aſiam incolebant. *Euſeb. Chron.*	208	232 58 4
3460	16	17	35	Anno V C. 198. pulſus Athenis fuit Piſiſtractus. nũc vero exactis ab eo tempore annis vndecim, poſt pulſos in exilium Alcmœnidas, reſtituitur patriæ, & principatum tenet reliqua vita. *Herod. lib. 1. Iuſtin. Euſeb. Ariſtot. lib. 5. Politic.*	209	233 59 1
3461	17	18	36	Ab hoc Cyri tempore vſque ad Darium Hiſtaſpis, nihil memorabile in Græcia geſtum in re militari. regebantur enim ciuitates à ſuis quæque tyrannis. quibus hoc tantum curæ fuit, vt quiſque ſuam conſeruaret, ne quid caperet detrimenti reſpub. *Thucid. lib. 1.*	210	234 59 2
3462	18	19	37	PHERECIDES Syrus hoc tempore florebat. viuebat etiã Pythagoras eius diſcipulus ſectæ Pythagoricæ author. *Cic. 1. Tuſcul. Plin. lib. 7. Diog. Laert.*	211	235 59 3
3463	19	20	38	PYTHAGORAS nunc in Ægyptum venit. & doctus Aegyptiorum diſciplinam, primus dicitur in Græciam philoſophandi inueniſſe rationem accuratam. Authores iam citati.	212	236 59 4
3464	20	21	39	Tempore Cyri & Solonis viuebat Sibylla Helliſpontica, oriunda è Phygia, vt narrat Lactantius.	213	237 60 1
3465	21	22	40	HIPPONAX Poeta fuiſſe putatur. Olymp. 23. *ab Euſebio in Chron.* rectius tamen *Plin. lib. 26. c. 5.* ſcribit floruiſſe hac Olympiade 60. de eius cum Bupalo & & Anthemo ſculptoribus contentione vide eundem Plinium.	214	238 60 2
3466	22	23	41	ANACREON poeta Lyricus, vt obſeruat in Chro. *Euſebius*, hoc tempore agnoſcitur. quam etiam temporis ſedem dat Phocylidi, & Simonidi Lyrico. quibus addit Xenophanem Phyſicum & poetam. At de Phocylide lege *Scaligerum ad annum Euſeb.* 1480.	215	239 60 3

Orbis.	Iuda	Persa.	Roma		V.C.	Olympia.
3467	23	24	42	Inter alias huius temporis res tragicas, Dionysius Halicar. meminit improbæ illius Tulliæ Romanæ, quę Tulli Seruii Regis filia, potione venenata maritum extinxit, vt alio potiretur quem regem fore sperabat. cœca est ambitio, & præceps malum si animo semel plenè insederit.	216	240 60 4
3468	24	25	43	CYRVS crebris victoriis dominator iam Syriæ & Asiæ effectus, Scythas bello aggreditur, qui Massagetæ dicti sunt, quibus Tomyris regina imperabat. & primo congressu fusus est Scytharum exercitus, capto & occiso reginæ filio. *Herodo. lib.1. & Iustin.*	217	241 61 1
3469.	25	26	44	Scribit Metasthenes hoc Scythicum Cyri bellum durasse annis sex. Nec nisi morte Cyri finitum. id si verum est, error aut scriptoris aut numeri est in Iornãde, qui ab excidio Troiano huc vsque, ex Trogo Pompeio numerat annos tantum 630. Prochronismus est annorum 19.	218	242 61 2
3470	26	27	Tarquinius 1	POLYCRATES in Samo & vicinis insulis nunc regnator agnoscitur, qui etiam cum fratribus maris illius obtinet imperium. *Euseb. Thucid. lib. 1. & Herod. lib. 3. Cicero lib. 5 de finibus.* SERVIVS Rom. Rex occiditur à genero L. Tarquinio, qui regnare nunc incepit. est hic Tarquinius superbus, rex septimus & vltimus Romanorum, regnat annis 35. *Dionys. lib. 4 Solin. c. 2.* contigit hoc ad initium anni quarti Olympiadis 61. *ex Dionysio.* quæ omnia rectè confirmant sedem Olympiadũ, siue per annos expansos putes ad Tarquinium, siue ad Cyrum.	219	243 61 3
3471	27	28	2	Narrat Herodotus nunc regnasse Arcesilaum apud Cyrenenses. quo etiam tempore Anaximandro attribuit Diogenes Laert. artem fabricandi horologia & Sphæras.	220	244 61 4
3472	28	29	3	Iuxta historiam de Cyri rebus quam dant Herodotus, & Iustinus, protrahitur huc vsque Cyri bellum vltimum. iam à quinquennio inchoatum cum Scythis.	221	245 62 1
2473	29	30	4	Hic vltimus est Cyri annus, de cuius excessu varia scribunt authores. Ctesias libro vndecimo de rebus persicis, scribit supremum Cyro bellum fuisse cum Amorrhæo, apud Derbices rege. quibus ad Caspium mare dat sedem Pomponius; & Cyrum victoria potitũ, sed ex vulnere accepto obiisse post triduum. addit *Strabo lib 15.* sepulturæ mandatum apud Pasagardas in vrbe à se extructa. denique *Xenophon* author est Cyrum non in bello, sed domi diem clausisse. verum ab his dissentit quod habent *Herodotus & Iustinus*, qui scribunt Cyrum à Tomyride regina victum & occisum.	222	246 62 2
2474	30	Cãbyses 1	5	CAMBYSES CYRI filius natu maximus regnare incipit apud Persas. regnat annis 8 integris. *qq. c. 15. nu. 13.* Si recipiendus est Ctesias dans illi plures annos, intellige regnasse aliquandiu cum patre. Ptolemæus Cãbysis annum 7, componit cum 225 Nabonassari. Hic Cambyses, à multis putatur ille Assuerus Artaxerxes, qui *Esdræ lib. 1. cap. 4.* prohibet templi instaurationem, vsque ad secundum Darij Histaspis annũ. Nam alter ille Artaxerxes, dictus longimanus, nõ prohibuit,	223	247 62 3

Anni Orbis	Iud.	Persarū	Roma		V.C.	Olymp.
				conceſſit potius inſtaurari templum. vt infra ad annū V.C. 308. & hæc temporis ratio ſatis conſentit cum Ioannis capite ſecundo, vbi dicitur 46 annis ædificatum templum. Habuit enim à prima conceſſione interuallum, annos 30. Cyri; Cambyſis & magorum 9. Darij duos ſaltem inchoatos, & ſtructuræ annos 6. vel 7. vide *qq. cap* 14. *num.* 21. 22.		
3475	31	2	6	Scribit Philo miſſum Ioſedechi filium Ioſue ſeu Ieſum Pontificem, vt fungeretur legatione apud Aſſuerum ſeniorem; & à rege, quem aliqui hunc Cambyſen interpretantur detentum. notat Philo annum regni 12. niſi fortè ſit error pro. 2. quotus nunc agitur Cambyſis regis à morte patris. Aut forte annus 12 eſt ex quo regnat cum patre. Cauſa legationis putatur templi reſtauratio.	224	248 62 4
3476	32	3	7	PISISTRATVS quē dixi anno V.C. 209 reſtitutū Athenis, nunc tandem moritur, anno 17. poſt reditum *ex Ariſt. lib.* 5. *Polit.* aut anno 18. ex *Thucid. lib* 6. Eundē tenuerunt principatum duo filii Hippias & Hipparchus. Sed alternis annis, ac ſi eſſent Prætores annui: & moderato regimine. Dicæarchia in Apulia fundatur à Samiis. nomen impoſitum à bonis legibus & æquitate regiminis. extructa Scaligero videtur, à deducta colonia Piſiſtrati tyrānidem fugiente. Lucilius Delum minorem vocat. Poſteriora tempora dixerunt Puteolos. Romæ Papirius Iuriſconſultus viuebat, qui leges à regibus datas, in vnū collegit, dictas inde ius Papirianum. florebat Superbo rege regnante.	225	249 63 1
3477	33	4	8	In hunc vel ſequentē annum incidiſſe videtur mors Amaſis regis Ægypti. de quo *Herod. lib.* 3. Dynaſtia 26 cœpit anno V.C. 51 nunc vero Dynaſtia 27 inchoatur mortuo Amaſe. rectè enim Mercator illi vltimo regi dat plures quàm 44. annos *vide an V.C.* 172. Atque ſic Dynaſtia 26 durauerit vt minimum annis 174. cuius finis iam incidit cum morte Amaſis, in hūc fere annum Olympiadis 63; ſeu in tempus quo Cambyſes inuaſit Ægyptum, ad initium huius Dynaſtiæ 27. quam ille nunc interrumpit. fuit Amaſis (Rex ille vltimus Dynaſtiæ 26.) Crœſo confœderatus, & ſub quo valde floruit Ægyptus. *vide Diodo. lib.* 1. *& Heroditum lib.* 3.	226	250 63 2
3478	34	5	9	Dum anno qui proximè præceſſit Cambyſes parabat expeditionem in Ægyptum, obiit vt dixi Amaſis Rex. cui ſucceſſit filius Pſammeticus. Iam Cambyſes anno regni ſui quinto (πέμπτῳ ἔτει habet Euſebii Chron.) ducit exercitum in Ægyptum; omniaque in ſuam redigit poteſtatem parta nobili victoria. & Pſammeticū victū, præficit Aegypto proregem. Sed cū res nouas moliri eſt deprehenſus, periit; & ſubacta penitus Aegyptus eſt à Perſis. Diodorus perſpicuè dat tertium annum huius Olympiadis, & regni Cambyſis quintum.	227	251 63 3
3479	35	6	10	CAMBYSES ſubacta Aegypto, Cyprum quoq; inſulā ſuo adiecit imperio. Et regem Eueltonem ſuū ibi conſtituit clientē ac beneficiariū. Miſſus eodē tempore à Cambyſe exercitus in Lybiā ad euertendū Iouis Ammonii templū, obrutus in itinere eſt ab Arenis. *Strabo. et Iuſt. lib.* 1. Hæcatæus Mileſius, hiſtoricus floret. nūc Cābyſes fratrē qui Smerdis vocatur occidi fecit occultè.	228	252 63 4

Orbis	Iuda	Persa	Roma		V.C.	Olymp.
3480	36	7	11	Nunc à Cambyse condita in Ægypto Babylon, in loco vbi antea Lotopolis fuit. *Iosep. antiq. lib. 2. c. 5. in fine*. condidit quoque in insula Nili vrbem de nomine sororis suæ dictam Meroen: vbi antea steterat Saba gentis Æthiopicæ quondam regia *ex eodem Iosepho, citato cap. 5. Strab. lib. 17.*	229	253 64 1
3481	37	8	12	Vt scribit *Plinius lib. 33. c. 4.* Polycrates Samiorum tyrãnus supra humanã sortẽ habitus est fortunatus quod etiam annuli in mare proiecti & postea reperti indicio demõstrat. Sed hoc pene anno V.C. 230. cæsus à quodam Cãbysis duce qui Ortanes vocabatur, miserrimè vitam finiuit. *Herodot. Strabo, & Cicero lib. 5. de finibus.* Eodem anno Cambyses viuendi finem fecit in Ægypto, morbo consumptus in flore ætatis. regnum Persicũ magus occupat. *Ctesias. Herod.*	230	254 64 2
3482	38	*Magi.* 1	13	Post Cambysen duo fratres magi regnum Persicum occupant inquit *Euseb. in Chro.* horum vnus, qui à Græcis Smerdes, à Ctesia vocatur Spendatatus, probè se Cambysis fratrem (quem negabat occisum) simulans, regnum tenuit plus quam 7. menses, *Ctesias Herodotus.*	231	255 64 3
3483	39	*Darius.* 1.	14	In Perside detecta Magorum fraude, septem Satrapæ communicato consilio perditos homines tollũt è medio, electusque est Rex Darius filius Histaspis, qui regnat annis 36. *ex Herodoto lib. 7. Eusebio. Iulio Africano & Hieronymo.* Anapha vnus è. 7. percussoribus magorum accepit in præmium restituti regni, Cappadociã, ab omni vectigali immunem, quam ipse & successores retinuerunt vsque ad Romana tempora.	232	256 64 4
3484	40	2	15	Hoc anno secundo Darij, Zorobabel & Iosue Pontifex, vt habet communior scriptorum sententia, inchoant iterum templi structuram, *3. Esd. c. 5. vers. 57. & c. 6. Itẽ Agg. ei c. 1. & Zachar. 1. vide tamen qq. c. 14. nu. 22.* vbi de anno secundo Darij nothi tractatur quæstio. vide quoque annum vrbis 329. Hoc insuper secundo anno huius Darii Prophetauit Aggæus & Zacharias. *Aggæi primo. & Zachar. 1. vide qq. c. 14. nu. 22.* Post annos 10, Hippias, propter tyrannidẽ pulsus Athenis, veniet ad Darium. *Herod. lib. 5.* contigit anno V. C. 243.	233	257 65 1
3485	41	3	16	PLATÆÆ vrbs Beotiæ mediterraneæ, posthabita cum Thebanis societate, fœdus init cum Phocẽsibus, durauitque vsque ad belli Peloponesiaci annum quintum, quo Lacedæmonij Platæas ceperunt. *Thucyd. lib. 3.*	234	258 65 2
3486	42	4	17	Babylonij post Cambysis mortem rebellantes, sustinent biennio bellum Persicum. tandem tamen obsessa aliquandiu Babylone potitur Darius, industria vsus Zopiri inter Persas Satrapæ, qui simulata defectione à Dario, Dux militiæ Babylonicæ constituitur. cui sic facile fuit rebelles iterum Persico subiicere imperio. ita quidem *Herod. lib. 3. & Iustin.* tamen *Ctesias* hoc ad Xerxis regnum vult pertinere, & à Megabiso Satrapa gestum.	235	259 65 3

Orbis	Iuda.	Persa.	Roma		V.C.	Olymp.
3487	43	5	18	TARQVINIVS, superbus quidem, sed bello strenuus bis de Sabinis insignẽ reportauit victoriam, & primus Romana arma mouit in Volscos, cum quibus sæpe & feliciter pugnauit. *Diony Halic.*	236	260 65 4
3488	44	6	19	ANNO DARII sexto expleto, templum interius completum est. *lib.*1. *Esd.cap.*6.*vers.*15.& *lib.* 3. *Esd.cap.* 7.*vers.* 5. celebratur Pascha, & azymorum solennitas. *lib.*1.*Esd.cap.*6.*vers.*19. at plenè anno Darij nono templi opus absolutum fuit, *Iosephus lib.*11. *antiq.* qua ratione tamen id sub hoc Dario acciderit, *vide qq. c.* 14. *nu.* 22 & *c.* 15. *nu.* 23.	237	261 66 1
3489	45	7	20	POLICRATES apud Samios tyrannus periit anno V.C. 230. iam vero eius frater Siloson, comparatis aliunde copiis, principatum Samiorum recuperat, pulso Mæandrio hoste. *Herodotus lib.* 3. licet in anno dissentiat, leui prochronismo.	238	262 66 2
3490	46	8	21	HERODOTVS *lib.* 4. & *Iustinus lib.* 2. narrant bellum nunc gestum à Dario cùm Scythis. in quo feliciter initio pugnauit superatis Getis. sed ad proferendum vlterius imperium progressus, magna passus est damna à Scythis. coactusque redire in Persidẽ. In hoc itinere pontem istro imposuit. citati authores.	239	263 66 3
3491	47	9	22	Athenis Hipparchus occiditur, quatuor annis antequàm Hippias eius frater vrbe pelleretur. verũ cum hoc accidisse dicatur quo tempore Panathenæa celebrabantur maiora (de quibus anno V.C. 188.) cum hæc trieterica fuerint, debet mors Hipparchi consignari ad annum tertium huius Olympiadis 66. *vide Herod. lib.* 5. *Thucy. lib.* 4. & *Plato. in dialogo qui inscribitur Hipparchus.*	240	264 66 4
3492	48	10	23	Sunt qui nunc tantum putent iacta capitolij Romani fundamenta à superbo rege. scribit Herodotus iam à Dario missum in Africam exercitũ, à quo capta vrbs Barca, & vindicata mors occisi Arcesilai regis Cyrenensium.	241	265 67 1
3493	49	11	24	Gestum bellum inter Sibaritas & Crotoniates, magnis vtrinque congestis copiis. hi tamen licet numero longè inferiores, acie vincunt duce Milone Sibaritas, & ingenti ædita hostium strage Sibarim vrbem expugnant *Diodor. lib.* 12. *c.* 3. si tamen verum est quod ait *Plinius lib.* 7. *c.* 22. captam vrbem tempore ludorum Olympicorum, pertinebit hoc ad annum qui proximè antecessit.	242	266 67 2
3494	50	12	25	Hoc tandem anno Hippias Pisistrati filius Athenis pulsus est, authore Clistene Atheniensi, impellentibus ad id Lacedæmoniis, & Alcmæonidis, qui apud Lacedæmonios exulabant. *Herod. & aly.* Hippias ad Dariũ venit, qui post 20. ferè annos Dux Persarum ad pugnã Marathoniam rediit. *Thucyd. lib.* 6 sic Athenis restituta est forma reipub quam dedit Solon, pulsis tyrannis à Chistene auo Periclis, & *ex Isocrate, Alcibiadis Abauo.* Thracia subditur Persis. *Herodo. lib* 5. Plutarchus est, qui in Aristide scribit nunc Athenis pulsos 30. tyrannos. sed idem author in Pericle ait esse Pisistratidas; nempe duces tyrannidis quam Pisistratus cum filiis inuexit. Cæterum eodem penè anno, Roma & Athenæ excusso vnius principis imperio, reipub. formam amplectũtur.	243	267 67 3

DE CONSVLVM ROMAnorum Catalogo, cum annis vrbis, & Olympiade deinceps composito.

HABES deinceps, Lector, quasi nouam Consulũ seriem, nempe à recentiorum quorundam collectionibus aliquantulum diuersam; & cum annis, ac rebus, vt vides, variis comparatam. De qua si non omnium eadem est sententia, nihil est quod mireris. Nos sanè hic Consulum catalogum probabiliorẽ damus, & à doctioribus meritò probatum. Alij aliũ magis probabunt. Si tamen dissentionis causas desideres, has paucis accipe. Palilia nondum acceperunt fixam apud omnes & certam sedem: sed initia ista vrbis locantur ad annũ Iphiti 23. 24. vel 25. iuxta diuersas, quas cap. 10 recensui, de hac re opiniones. Atque hinc primùm potuit accidere: quod iidem Cõsules alio atque alio anno apud varios scriptores collocẽtur. Cuius rei indicium habes tomo 2. ad Christi annũ 49, de ludis secularibus. Alia est huius discrepantiæ causa, quia vnus annus Consularis integer, si à Ianuario incipiat, inuoluit semper partes duorum annorũ vrbis, ob initia diuersa. Nam hinc etiam facilè fieri potuit, vt temporũ scriptores componerent cum Coss. aliqui priorem illum annum vrbis exeuntem mense Aprili, aliqui posteriorem tunc subsequentem, licet semper accipiendũ priorem nonnulli sibi persuadeant. Præterea incertitudinem aliquam admittit hæc per fastos Consulares Chronologia, ex ipsa Consulum varietate: partim dum à quibusdam interponitur annus sine Coss. vt fecerunt Onuphrius, an. vrbis 421. & Sigon. an. 420: *partim dum plerique volunt tantũ notatos esse in fastis ordinarios. Quod collegit sibi ex Dione* Baronius, *& putat esse certum characterẽ inueniendi veros Consules. Alii tamen, omissis ordinariis, dant locum aliquando Suffectis, aut etiã honorariis: quod in Diocletiano post depositam purpuram accidisse, aliqua est, nec leuis cõiectura. Notauit quidem* Dio *Ordinarios fuisse fastis adscriptos à Cæsare vsque ad Seueri tempora, & ita fere fiebat. Tamen aliter interdum accidisse nemo negabit, qui legit apud* Dionem, & Suetoniũ in Caio cap. 17. *Caium singulis Imperij sui annis fuisse Ordinarium Consulem: cum tamen idem* Baronius anno Christi 41. *fateatur, & fasti omnes testentur, non omnes quatuor Caij annos fuisse notatos Consulatu Caij. Locus ergo fa-*

ctus est suffectis: ac proinde character ille excludens penitus à fastis suffectos, certus non est, sed vacillat, & non leuem dat occasionem turbandi seriem Consulum. Nos siue in hoc Catologo Consulum huius primi tomi, siue ad illos difficiliores Christi annos 73. 74. 75. 111. 113. 117, & deinceps notauimus Consules, more à probatissimis authoribus magis recepto. Si quæras (quod hic restabat) verum primorum Consulum annum; illud receptum quidem est, Romæ accidisse Regifugium (opera potissimum Iunij Bruti, & Valerij Publicolæ) cum regnatum esset annis 244. ex Dionysio & Tito Liuio. *Sed en tibi nouam inter scriptores, nec exiguam discrepantiam. Nam licet demus anno, quem notarunt* Liuius & Dionysius, *expulsos fuisse Reges, idque mense Februario; quis tamen certò affirmabit statim tunc & nulla interposita mora, creatos primos Consules? Præsertim cum dicat* Dionysius *tantum quatuor menses illius anni currentis restasse cum designati sunt. Scio quosdam hoc referre ad annum Olympiadis. Verum hoc est vel diuinare, vel diuerticula quærere. Scribit etiam Plutarchus in vita Publicolæ, occisum Brutum ipso mense Februario. His demum adde, admodum incertum esse verum tempus, quo durarunt tres primi Consulatus. Legimus quidem Bruto mortuo substitutum Lucretium, Lucretiæ Patrem: & Collatino (qui coactus est magistratũ deponere) Publicolam: breui etiam substitutum esse Horatium, quem nos hic componimus, ex aduerso cum Publicola, & qui proinde diutius, quam cæteri, magistratum gessisse videtur. Sed cum nec facta sit Consulum creatio statis temporibus; vt postea: nec de numero mensium quibus durarunt priores consulatus consentiant scriptores: aut etiam de mense Regifugij, & ineuntis primi Consulatus; fit vt tota res ferè in ambiguo, & coniectuirs posita sit. Cæterum quod de primi huius Consulatus anno certius est, ponitur hic initio insequentis anni. & explicatũ satis dedimus cap. 15. nu. 15. Trium verò sequentium annorum Consules certius puto locari, vt in hac nostra fastorum serie referuntur. Notat* Dionysius *cladem Marathoniam contigisse annis ferè 17. post mortẽ Bruti;* & Polybius *scribit obijsse Brutum annis 28 ante expeditionem Xerxis. Hæc, qui conferet cum nostris annis expansis, reperiet rectè omnia constare.*

Orbis	Iudæorum duces.	Persarum.	CONSVLES ROMAE.	Vrbis.	Olymp
3495		13	Romæ ſublatis regibus firmatur libertas, annis hic notatis *Liuius. & Diony. Halicar. lib.* 1. conſentiunt faſti Capitolini, *Sigonius*, & plures recentiores ſcriptores. *Polybius Caſaubonianus* notat annum vrbis 245. de quo *qq. c.* 15. *nu.* 15. & *c.* 10. *nu.* 21. 22. Eiecti putantur 5. Kal. Martii, & ante initium Olym. 68. ſeu expanſo Iphiti anno 268. vti nos hinciam, deducere incipimus. Conſtituuntur Conſules Brutus & Tarquinius collatiuus. *Diony Liuius, & faſti.* Templum Ioui Capitolino dicatum Romæ. *vide Sigon. an.* 246. illam loci inaugurationem, annis 28 ante primam xerxis transfretationem in Græciam, notat factam *Polybius lib. 3. pag.* 176 *Caſauboniana*. nec diſſentit hoc a noſtris annis expanſis, ſi illa xerxis profectio contigit circa annum regni ipſius quartum. Bizantium a Perſis capitur ſub Dario. *qq. c.* 15. *nu.* 14. Pithagoras Samius author ſectæ Pythag. nunc venit in Italiam. *Solin. c.* 21 *Strabo lib.* 14 *Gell. lib.* 17. *c.* 21 Hic primus philoſophi nomen accepit, *ex eodem Solino* ille e go Pythagoras qui veneris ſtellæ curſum adinuenit, alius eſt. de quo ſcribit *Plinius lib.* 2. *c.* 8.	244	268 67 4
	Reſa.		Reſa Miſciolam ſeu Meſillam Dux Iudæorum conſtituitur annis, 66. ſi creditur Philoni Annii. cur hic omiſſis pōtificibus, notentur deinceps duces quos dedit Philo Annii, *vide qq. c.* 14. *nu.* 19. & *initio c.* 15.		
3466		14	*Conſules Valerius Poplicola ſecundùm & T. Lucretius Tricipitinus.* ſub quibus inuentus eſt, habito cenſu ſeu luſtro, ciuium numerus ad 130 millia pertingens *ex Diony & Liuio* Rex ſuperbus eiectus nunc armauit Porſennam in Etruria regulum in Romanos. *Liuius. Diony* fuit Porſennæ regia Cluſium.	245	269 68 1
3497		15	*Conſules Valerius Poplicola tertium, & Horatius Puluilius.* Ariſtagoram Mileti tyrannum ſeu regulum defeciſſe nunc a Perſis ſcribit *Herodotus lib.* 5. qui Iones & Athenienſes in belli ſocietatem vocauit. durat 6. annis hoc bellum.	246	270 68 2
3498		16	*Conſules Sp. Lartius Flauus & T. Herminius Exquilinus.* Porſenna Romam obſidet; ſed coactus obſidionem ſoluere a Mutio Scæuola. *Plutar. in Poplicola.* Capitolium nunc perfectum penitus *Tac.* 19.	247	271 68 3
3499		17	*Conſules M. Valerius Voluſus & P. Poſthumus Tubertus.* Deinceps habētur tyranni ſeu reges Siciliæ: & nunc incipit regnare Cleander Patareus, Gelæ. regnat annis 7. *ex Herod. lib.* 7.	248	272 68 4
3500		18	*Cōſules P. Valerius Poplicola quartùm & T. Lucretius Tricipitius ſecundum.* Ottanes Militiæ præfectus ſub Dario Thraciā adhuc vaſtat, & Chalcedoniam. *Herod.* Poplicola nunc domuit rebelles Sabinos *Diony Plutar.*	249	273 69 1
3501		19	*Conſules P. Poſthumus Tubertus ſecundùm & Agrippa Menenius Lanatus.* Sardes ciuitatem Lydiæ in Aſia, occupant Iones. hinc natum inter Darium & Iones bellum Ionicum. *Herod.*	250	274 69 2
3502		20	*Conſules. Sp. Caſſius Viſcellinus, & Opiter Virginius Tricoſtus.* Iterum victi Sabini Perſæ vincunt Iones. Miletum capiunt. inde Ariſtagoras fugit in Thraciam *Herod.* Idem author *lib.* 4. deſcribit ingentem Darii exercitum 700000. hominum *qq. c.* 14. Hecateus hiſtoricus floret.	251	275 69 3
3503		21	*Conſules Poſt. Cominius Auruncus, & T. Lartius Flauus* Sabini iterum victi a Romanis. Nunc obiiſſe putatur Poplicola ſumptu publico tumulatus. *Dionyſ. Liuius Plutarc.*	252	276 69 4

Orbis	Iudæorum duces.	Persarũ.		Vrbis.	Olympia.
3504		22	*Consules Ser. Sulpitius Camerinus & M. Tullius longus.* Mardonius Darii gener & Militiæ præfectus,subigit Macedones. sed ad Athos Macedoniæ montem fœda iactatus tempestate, magnam exercitus partem amisit,ad 20000. hominum. *Herod. lib. 6,*	253	277 70 1
3505		23	*Consules Veturius* Geminus *& T. Æbutius Helua.* Aristagoras Milesius antea princeps,dum ciuitatem quæ postea Amphipolis dicta est sibi parat. eiicitur a Thracibus & trucidatur. *Thucid.lib* 4. *Herod. lib* 5. detecta Romæ coniuratio de reducendo Tarquinio:si annum rectè notat Liuius.	254	278 70 2
3506		24	*Consules T. Largius Flauus secundùm,& Q. Clælius Siculus.* In Sicilia regnat Gelæ Hippocrates Cleandri frater. *Herod lib.* 7. Romani obsessos adhuc tenent Fidenates.& Latinorum copias auxiliares profligant. *Dionys. Halicar* ac vrbem tandem expugnant.	255	279 70 3
3507		25	*Consules A. Sempronius Attratinus & M. Minucius Augurinus.* In bello contra Latinos,qui Tarquinio superbo fauebant,T. Largius Dictator primus creatur hunc annum designat *Dionysius* huic Dictaturæ quamuis *Liuius* ante biennium videatur ei locum dedisse. Dictator,Latinis profligatis inducias firmat ad biennium.	256	280 70 4
3508		26	*Consules A. Posthumius Albus & Tit. virg. Tricostus Cœliomontanus.* Hoc tantum anno volunt aliqui expugnatas Fidenas. Hoc eodem vrbis anno templum Saturno dedicatum, & Saturnalia instituta. *Diony. lib.* 6. Romana plebs deficit a patribus & breui reuocatur. *Diony.* Triennio ferè postea creantur plebis Tribuni.	257	281 71 1
3509		27	*Consules Ap. Claudius Regillensis,Sabinus. & T. Veturius Geminus,Cicurinus* Romani exactis induciis, repetunt bellum aduersus Latinos,& creato Dictatore insignem reportant victoriam.ea res omni spe reditus deiecit Tarquinium, qui iam nonagenarius diem Cumis clausit, & sic bello 14 annorum finis impositus est.nempe ab anno V.R.244. *Dionys. & Plutar.*	258	282 71 2
3510		28	*Consules A. virg. Tricostus Cælimontanus. & T. Veturius Geminus Cicurinus.* In Sycilia Hippocrates tyrannus Gelonem sacrificulum præfecit suæ militiæ, per quem insignes consecutus est victorias,etiam contra Syracusanos. *Herodot. lib.* 7.	259	283 71 3
3511		29	*Consules Post. Cominius Auruncus secundùm , & Sp. Cassius Viscellinus secundùm.* nunc contigit populi secessio Romæ in montem sacrum.quem reduxit Menenius Agrippa ad fabulam alludens.promissa tamen est,& instituta tunc Tribunitia potestas.& hoc quidem anno duo tantum Tribuni creati. *Diony.*qui consignat annum 1. Olymp.72. quod attingit pene annum v. c. 261.acciditque annis 16. post exactos reges. *Cic. oratione pro* C. *Cornelio.* non extat illa quidem , sed fragmentum hoc habetur ex Asconio & Prisciano. Darii expeditio paratur in Græcos.	260	284 71 4
3512		30	*Consules T. Geganius Materinus , & P. Minutius Augurinus* Marathonia clades hũc habet annum. Expeditio Darii in Græcos & præsertim Atheniensis, ob vastatas incendio Sardes. numerabat quinquiès centena millia. Datis dux exercitus. certatur in campo Marathonio Athenis vicino. Athenienses vix 12. millia numerabant duce Miltiade, cui aderant Aristides & Themistocles. *Gellius lib.* 17. *& Sulpitius* notant consulatum Macerini.hanc persarum memorabilem cladem narrant *Herod. lib.* 6. *Thucid. lib.* 1 *& Iustin. lib.* 2. Darius tres sequentes annos ponit in nouo apparatu contra Græcos parando.quar-	261	285 72 1

Orbis	Iudæorum duces.	Persarum.	PERIODVS 7.	Vrbis.	Olymp.
			to anno deficit Ægyptus, subacta nempe antea a Cambyse. anno 6 a clade moritur Darius.		
3513		31	*Consules M. Minutius Augurinus secũdum & A. Sempronius Atratinus secundum.* anno præcedẽte qui est v.c. 261. & primus Olymp. 72. vt narrat *Dionysius Halicar.* Cominius, bellum illud in Volscos sustinet, in quo Marcius quidam enituit in expugnanda ciuitate Corioli. vnde ipse Coriolanus dictus est. *Plutar. in eius vita.* Iam vero hoc vrbis anno 262, Romani legatorũ mittunt ex eodẽ *Dionysio*, ad Gelonem Hippocratis in Sicilia olim præfectum militiæ; nunc & deinceps regulum (de quo ad an. 3510.) qui Romam frumentum adueherent. sed hoc frumentum populo Romano malè distributum, causam dedit exilio Coriolani. *Plutar. in eius vita.*	262	286 72 2
3514		32	*Consules Q. Sulp. Camerinus Cornutus. & Sp. Lanius flauus secundum.* post Marathoniam pugnam, Miltiades re male gesta in quadam noua expeditione, conijcitur in carcerem ab Atheniensibus vbi breui moriens filium reliquit Cimonem magnis ducibus æqualem. Plutar. in Cimone. Numerare deinceps facilè quis potest ex Pausania, quos dedi qq. c 8. nu. 9, Lacedæmoniorum reges. quamuis apud Diodorum & alios non ita recenseantur. nempe a morte Leonidæ Cleomenis fratre de qua 3523.	263	287 72 3
3515		32	*Consules* C. *Iulius Iulus*, & P. *Pinarius Mamertinus Rufus.* Iam Romæ prodigia multa accidisse narrantur. Volsci duce Coriolano Romam in extremum adduxerunt discrimen, & vrbem cepissent nisi orante matre, arma deposuisset Coriolanus. *Plutarch. Diony.* periit ille anno vrbis 265, in tumultu apud Volscos.	264	288 72 4
3516		34	*Consules Sp. Nautius Rutilus & Sex. furius Medullinus.* Darius audita Ægyptiorum defectione, mouet arma in Ægyptum, relicta nunc quidem Græcia. prius tamen Xerxem filium designat regni successorem, quamuis natu minorem. *ex Herod. lib. 7.*	265	289 73 1
3517		35	*Consules C. Aquillius Tuscus, &* T. *Sicinius Sabinus.* Apud Carthaginenses nunc summa rei potitur Amilcar. his consulibus Volsci extincto iam antea Coriolano, facilè a Romanis subiugantur. Aristides dictus iustus apud Athenienses præcellebat hoc tempore bellica laude. proximè accedebat Themistocles.	266	290 73 2
3518		36 *Xerxes.*	*Consules Proclus Virg.* Tricostus, *Rutilus. & Sp. Cassius Viscellinus tertiũm.* Prior horum consulum post reportatam victoriam contra Æquos, affectans tyrannidem promouet in fauorem populi legem de diuisione agrorum. sed deprehenso crimine damnatus occiditur. *Dionys.* dissentit in anno *Diodorus.* Xerxes Darii filius, succedit patri, regnatque vt minimum 20. annis. *Diodor.*	267	291 73 3
3519		1	*Consules Q. fabius* Bibulanus *& Ser. Cornel. Maluginensis* C*ossus.* Xerxes hoc anno debellat Ægyptum. adhuc Romanis contra Volscos pugna est, victis semper Volscis. In Latio littorali populus hic erat, & Campaniæ limitibus, Auxur seu Tarracina Volscorum caput.	268	292 73 4
3520.		2	*Consules L. Aemilius Mamertinus; & K. fabius Bibulanus.* xerxes a debellata Ægypto quadriẽniũ ferè ponit in paranda expeditione contra Græcos. Athenienses suasore Themistocle centum parant triremes & naues ducentas. fuit illis vsui hic apparatus postea contra xerxem. *Herod. Plutarch.*	269	293 74 1
3521		3	*Consules M. fabius Bibulanus & L. Valerius Volussus Potitus.* adhuc Volsci Romanis facessunt negotium. scribit *Liuius* nunc Æquos a Romanis domitos, & obsessum Tusculum. rectè hunc vrbis annum 270, comparat *Dionysius Halicar.* cum anno 2. Olympiadis 74.	270	294 74 2

Orbis	Iudæorum	Persarũ		V.C.	Olympia.
3522		4	*Consules* C. *Iulius Iulus & Q. fabius Bibulanus secundùm.* Xerxes parata nobili expeditione hominum vt ferunt 3317920, mittit legatos in Græciam petentes dedi aquam & terram. per Hellespontum in Gręciam peruenit. *qq.c.14.nu.*3. Græci sepositis priuatis contentionibus armantur in Persas. societatem cum Gelone Syracusarum rege ineunt. Athenienses remisso Ostracismi rigore reuocant Aristidem, aliosque exules. Themistoclem suæ præficiunt militiæ. qui Eurybiadem Lacedæmoniorum præfectum admisit pacis studio, supremum belli imperatorem.	271	295 74 3
3523		5	*Consules K. fabius Vibulanus secundùm & Sp. Furius Medullinus fusus.* Hoc demum quarto xerxis anno exeunte itur in Græcos a Persis, nempe anno 4. Olymp. 74. & intra biennium quater cæsus est xerxis exercitus. Artemesia Halicarnassea regina in re militari probè versata, xerxem socia belli sequuta est. Gelon Syracusanus tyrannus Amilcarem Carthaginensium ducem in acie victum occidit. Oppia virgo vestalis dat incesti pœnas. Persæ traiecto Hellesponto pene exeunte hoc anno 4. Olympiadis 74. magnam faciunt exercitus iacturam ad Thermopylas, vbi tamen Leonidas Lacedæmonius rex Cleomenis frater, cum suis paucis sociis fortiter pugnans occubuit. huic Leonidæ regi successit Plistarchus filius sub tutela pausaniæ. *Pausa. lib.* 3.	272	296 74 4
3524		6	*Consules* C*n. Manlius Vulso, &* M. *Fabius. Bibulanus secundùm.* sub hunc annum malè pugnatum sepius est a Persis. cæduntur ad Artemisium ab Euribiade ; ad Salaminam a Themistocle; mox a Pausania ad Platæas; ac demùm a Leotychide altero Lacedæmoniorum rege ad Micalem Asiæ promontorium. Euripides poeta nascitur ipso die victoriæ ad Salaminam insulam. Veientes & Hetrusci vincuntur, ab his consulibus. *Diony.*	273	297 75 1
3525		7	*Consules* K. *Fabius Bibulanus tertium. & T. Virg. Tricostus Rutilus.* In hunc secundum annum Olymp. 75. incidit fuga Persarum. fugiens xerxes reliquit Mardonium ducem exercitus in Græcia qui eodem anno Athenas incendit. xerxes post biennium, & Olymp. 76. nouam expeditionem parabit.	274	298 75 2
3526		8	*Consules L. Aemilius Mamertinus secundum & C.. Seruilius Structus Ahala.* Circa hunc annum obiisse putatur Gelon Siracusanus regulus. succedit Hieron frater. *Diodor.* qui narrat ab Hierone pulsos in Peloponesum Naxios & Catanenses. Aristides & Timon Athenienses, & Pausanias spartanus vrbes Græcas in Hellesponto & Cypro a Persis occupatas liberant. T*hucidides lib.* 1.	275	299 75 3
3527		9	*Consules M. Horatius Puluillus, & T. Menenius Lanatus.* Floret Pindarus qui ad Hieronem Syracusanum Tyrannum multas scripsit Odas. apud Athenienses Cimon de quo supra, ad negotia publica gerenda informatur, ad cautelam contra Themistoclem. Romæ trecenti Fabii, sibi & amicis deposcunt bellum contra Veientes. quos, post sæpe reportatam victoriam, vno die occubuisse in acie narrat *Diony. Halic.* notatur an. 4. Olym. 75.	276	300 75 4
3528		10	*Consules Aul. Virg. Tricostus Rutilus. & Sp. Seruilius Structus.* Græci fœdere inito se parant ad communem patriæ defensionem: ita tamen vt publicum ærarium Athenis esset. T*hucid.* D*iodor.* fœderi præficiuntur Cimon & Aristides Athenienses. singulis annis ex confœderatis vrbibus collecta talenta 460. sed hanc communis belli administrationem verterunt postea Athenienses in dominium, D*ionys.* & Æmilius probus. xerxes nouam parat expeditionem in Græcos.	277	301 76 1

Orbis	Iudæorum	Persarũ.		V.C.	Olympia
3529		11	*Consules P. Valerius Poplicola, & C. Nautius Rutilus.* Florent Empedocles Agrigẽtinus ex *Euseb.* & Herodotus historicus. *ex Plin. lib.* 18. *c.* 7. accessit Anaxagoras Clazomenius, præceptor Periclis, Socratis & Thucididis. de Pausania, & anno quo amicitiam cum Xerxe contraxit non satis conuenit inter scriptores. vide 3555.	278	302 76 2
3530		12	*Consules Aul. Manlius Vulso. & L. Furius Medullinus fusus.* Dum belli præfectura est apud Athenienses, Cimon Persas profligat ad Eionem emporium Asiæ, in ostiis Strymonis fluuii, paucis leucis ab Amphipoli. *Thucid. Plutar.* Manlius Consul missus contra Veientes, compulit ad quas volebat conditiones. *Diony. Halicar. lib.* 9. tunc de Veientibus & Hetruscis triumphatum est.	279	303 76 3
3531		13	*Consules. L. Aimilius Mamertinus tertiùm, & Vopiscus Iulius Iulus.* Dum pax Romanis est foris, domi oritur seditio, propter legem Agrariam, populo petente diuisionem Agrorum. *Diony. Halicar.* Cimon mare purgat, quod Dolopum piratis scatebat, & eorum insulam Scyros subiecit Atheniensibus. *Plutar.* Artaxerxes Longimanus patre Xerxe viuente; & adhuc parante secundam expeditionem in Græciam, putatur nunc cœpisse regnare cum patre, iuxta legem Persarum, de qua *Herodotus lib.* 7. *initio.* floret Zeno Philosophus.	280	304 76 4
3532		14	*Consules L. Pinarius Mamertinus Rufus, & P. Furius Medullinus fusus.* Themistocles delatus quòd in proditionem cum Pausania conspirasset, exulat Athenis: & tandem ad Persarum regem se contulit. sed ne a rege (a quo benignè exceptus est) præficeretur bello contrà patriam, putatur voluntaria morte obiisse. saltem ita narrat Diodor. alii armatum pro Persis stetisse scribunt. nec conuenit satis inter authores, an ad Xerxem vel ad filium Artaxerxem se receperit Themistocles. Periclem habent Athenienses ducem. *de quo Thucid. lib.* 2. *vide qq. c.* 14 *nu.* 4.	281	305 77 1
3533		15	*Consules T. Quintius Capitolinus Barbatus, & Ap. Claudius Regillensis Sabinus.* Qui anno præcedente infestarunt Romanum agrũ tempore factionis in vrbe, nunc his Coss. Audaciæ dant pœnas. Hi fuere Æqui, & Volsci aliqui, *Liuius & Diony.* Hic idem orbis annus, est nonus iniens a fuga Xerxis, & quintus ante eius mortem quo tendit secunda expeditione in Græcos. ille vero vrbis & Olympiadis exibit annus (ex duobus in hunc annum orbis incidentibus) quem dederit mensis atticus inchoatæ profectionis. iuxta canonem alibi de his annis ineuntibus & exeuntibus datum. Cæterum ab hoc anno 2. Olympiadis, vsque ad mortem Cimonis (de qua ad annum 3555.) sunt anni integri 21. adde præterea triennium a morte Cimonis, & inde 15. ann. os, vsque ad ruptum fœdus Græcorum, seu inter Athenienses præsertim & Lacedæmonios; resultabit annus orbis quo cœpit bellum Peloponesiacum. *qq. c.* 14. *nu.* 9.	282	306 77 2
3534			*Consules L. Valer. Volusus potitus secundùm, & T. Aimilius Mamertinus.* Teuxunta τἐυξὖνα vrbem in Italia nunc conditam notat *Diodo.* a Micytho Rhegii & Zancli rege. Sophocles primam fabulam adhuc iuuenis docet Athenis. *Plutarchi Cimon.* Atheniensium Dux Cimon Persis armatis it obuiam, ad oram Pamphiliæ. ducentas numerabat triremes. duplici ac memorabili prçlio Persas terra marique vincit. his victoriis coactus Persa, cum Græcis pacem firmat, *de qua qq. c.* 14. *nu.* 5. ab hac celebri pace ad finem belli Peloponesiaci, numerantur ab Isocrate in panegy. anni 65. quo toto tempore mansit imperium maris penes Athenienses.	283	307 77 3

Orbis	Iudæorum	Persarũ.		V.C.	Olympia.
3535		17	*Consules Aul. Virg. Tricostus Cælimontanus*, & T. *Numicius Priscus.* Nunc apud Lacedæmonios regnat Archidamus. Nascitur Socrates *ex Diog. Laertio.* Pausanias reus conspirationis cum Persis, morte afficitur.	284	308 77 4
3536		18	*Consules Quintius Capitolinus Barbatus secundùm*, & *Servilius Priscus Structus.* Hac Olympiade 78. nascitur Andocides orator. *Plutar. in 10. oratoribus.* si rectè colligit annum quo Athenis præfuit Theagenides.	285	309 78 1
3537		19	*Consules T. Aimilius Mamertinus secundùm*, & *Q. Fabius Bibulanus.* Obiit Olympiade 78 Hieron Syracusis. post eum rex, frater Thrasibulus anno vno. post quem expulsum, Syracusæ manserunt liberæ annis 60. nempe vsque ad Dionysium tyrannum. *Diodor. Scholiast. Pindari.* Anno hoc septimo ex quo Artaxerxes cœpit regnare cum patre, Esdras qui exulabat apud Medos venit è Babylone Hierusalem. *Esdr.* 7. *ver.* 1. 6. 7. 8. patrem adhuc superstitem colligit Mercator *ex* 3. *Esdr.c* 8. *ver.* 23. *vide qq.c.14.nu.5.*&.11.	286	310 78 2
3538		20	*Consules Sp. Posthum. Albus Regillensis*, & *Q. Seruilius Priscus*, *Structus secundùm.* Aristides dictus iustus diem clausit hoc quarto anno ab exilio Themistoclis. *Aemil. Probus.* Artabanus apud Persas militiæ præfectus Xerxem regem, & Darium filium natu maximum occidit, & per vim regnat. sed mox occiditur ab Artaxerxe Longimano. anni hic notantur in margine. *Diodorus* septem regnantis Artabani menses omittit; notatos *ab Euseb. vide. Iustin. lib. 3.* regnat ergo Artaxerxes nunc, vt noto anno proximè sequente.	287	311 78 3
3539		*Artaxerxes* 1	*Consules Quint.* F*abius Vibulanus secundùm.* & T. *Quintius Capitolinus, Barbatus, tertiùm.* Artaxerxes Longimanus, Μακρόχειρ, occiso vt dixi Artabano, regnat annis 40. *Euseb. Hierony. Diodor.* Dum hic cum patre adhuc regnaret, dixi venisse Esdram Hierusalem. anno 3537. *Eusebius* putat hunc fuisse maritum Esther. vide an. 3642. *Clemens Alexan.* dat Longimano annos 41.	288	312 78 4
3540		2	*Consules Aul.* P*ost. Albus Regillensis*, & *Sp. Furius Medullinus* F*usus.* Aegyptii audita morte Xerxis rebellant, & Athenienses solicitant in belli societatem. *Diodor. lib.* 11. nec defuerunt Aegyptiis Athenienses. Narrant T*hucidides* & P*lutarchus* natum hoc anno dissidium inter Athenienses & Lacedæmonios. Volsci victi à Romanis. *Diony.*	289	313 79 1
3541		3	*Consules* P. *Seruilius Priscus*, & *Aebutius Helua.* trecenta hominum millia ab Artaxerxe missa in Aegyptum duce Achemene Artaxerxis patruo, fusa & fugata sunt ope Atheniensium, qui ibidem heserunt annis 6. *Thucidides.*	290	314 79 2

Orbis	Iudæorum duces.	Persarum		V. C.	Olymp.
3542		4	*Consules L. Lucretius Tricipitius, & Sp. Veturius Crassus.* Artaxerxes qui; Lacedæmonios concitare nunc non potuit contra Athenienses; nouum mittit exercitum in Ægyptum ducibus Artabazo & Megabizo. *Diodor.* certant Romani sub his consulibus contra Volscos & Æculanos, cæsis hostium ducibus. iusta acie pugnatum est. *Dionys. Halic.* Volscum nomen pene deletum.	291	315 79 3
3543		5	*Consules P. Volumnius Amintinus Gallus, & Ser. Sulpitius Camerinus Cornutus.* Romani nunc quidem bello carent externo, sed non domestica seditione. *Diony.* Duces Artaxerxis in Aegypto strenuè rem gerunt: Aegyptii ad deditionem coacti. Rex Inarus cruci suffixus. hærent tamen sparsim in Aegypto Athenienses adhuc, *ex Thucydide.* inter Megarenses & Corinthios pugnatur. *Thucyd.* Pericles ope oratoris qui Phialtes dicebatur, authoritatem senatus Areopagitici valde imminuit. sic populo laxata malè licentia est: & Cimon Ostracismo pellitur. *Diodor.*	292	316 79 4
3544		6	*Consules Valerius Poplicola secundùm, & C. Claudius Regillensis Sabinus.* Redit Esdras in Hierusalem anno 7 Artaxerxis, cum patre regnantis, vt supra ad an 3537. alius etiam notatur nunc septimus regnantis Artaxerxis à cæde patris. neuter tamen ille annus est, vnde peti debet initium hebdomadum Danielis. vti mox ad *an.* 3559 *& qq. c.* 15. ostendam. Lisias insignis orator Syracusanus, nunc venit Athenas inchoato anno 2. Olymp. 80. vt habent plures scriptores. alii notant Olymp. 82. Herdonius Romæ occupat capitolium. sed mox castigatur. *Dionys.*	293	317 80 1
3545		7	*Consules Q. Fabius Vibulanus tertiùm. & L. Cornel. Maluginensis Cossus.* Græcia intestinis vexatur præliis. Corinthii ab Atheniensibus cæduntur. *Thucid.* Phocenses arma mouent in Dores seu Dorienses Parnassi accolas, *Diodor.* Romani hoc anno Tusculum & Antium, vrbes ab Aequis & Volscis occupatas recuperant, hostibus sub iugum missis. *Dionysius.*	294	318 80 2
3546		8	*Consules. C. Nautius Rutilus secundùm, & Liuius Minutius Augurinus.* à Cincinnato ab agricultura ad dictaturam vocato, domiti sunt Æqui & Volsci, necdum tamen cum Volscis depugnatum. *Diony.* Mironides Atheniensis Dux insignem reportat victoriam contra Thebanos Lacedæmoniorum fautores, & Bæotiam restituit Atheniensibus. *Diodor.* *Thucid.*	295	319 80 3
3547		9	*Consules C. Horatius Puluillus, & Minutius Augurinus.* Impeditis aliunde bello Lacedæmoniis, Tolundes Dux Atheniensis Laconiam seu Laconicam Peloponesi regionem, hactenus intactam ab hostibus, fœdè vastat abducta præda. *Thucid.* *Diodor.* Romæ decem Tribuni plebis creati, cum hactenus tantum essent duo. Horatius Consul triumphat de Aequis victis ad Algidum, in Latio, lapide 12. ab vrbe. *Diony. Halic.*	296	320 80 4

Orbis.	Ind.	Persa.		V. C.	Olymp.
3548		10	*Consules. M. Valerius Maximus. & Sp. Virg. Tricostus Calimontanus.* Artaxerxes missa noua expeditione in Ægyptum duce Megabizo, Ægyptum retinet, Memphim eripit Atheniensibus, qui in acie nunc victi, redibunt anno proximo in patriam. *Herod. & Thucid.* interim Pericles in ora Peloponesi & alibi Atheniensium auget ditionem, quando laxato aliquantulum Ostracismi rigore Cimon reuocatur ab exilio, ante definitum tempus. *Aemilius probus.* Censorinus putat ad pestilentiam repellandam, institutos primos ludos sæculares, his inquam Coss. & anno vrbis. postea sæpe repetiti sunt, non semper æquali temporis interuallo. Discrepant tamen veteres de hoc primorum ludorum initio. Quintos legitur celebrasse Augustus, vti etiam noto ad annum v. c. 736. Sextos celebrauit Claudius vti obseruo ad annum Christi 49. nempe anno v.c. 799. & consulibus ibi datis. sed minore interuallo a prioribus. Postea decimosquartos dedit Domitianus, anno Imperii 7. vel. 8. Quos tandem ludos sustulit Constantinus, licet postea sub Honorio dicantur restituti. Cæterum de his lege *Dionysium Halic. lib. 54. Plinium lib. 7. cap. 48.* Tacit. lib. 11. c. 64. *Censorinum & Onuphrium.* in quo scriptore vides non satis conuenire authores de anno Romanæ Chronologiæ. Aliqui cum Mercatore putant hunc esse vigesimum annum Longimani (vide annum vrbis 308.) ac proinde hoc anno cœpisse restaurari Hierosolymam, at non est sic computandus annus, 20. Longimani: sed tantum ab eo tempore quo solus regnare cœpit. ac proinde ille est qui incidit in annum mundi 3558. post quem sumitur initium 70 hebdomadum Danielis. vt post eum annum obseruo.	297	321 81 1
3549		11	Consules T. *Romilius Rocus Vaticanus. &* C. *Veturius Geminus Sicurinus.* Narrat Dionysius ab his cōsulibus cæsos iterū Æquos. nūc, aliqui regnantem ponunt Perdicam Macedonum regem. quem volunt esse vndecimum a cœpto Macedonico regno, quod locauimus ad annum 3306. & protrahimus ad Philippum anno 3643. & Alexandrum magnum an 3667. interiectorum regum seriem & annos habes *qq. c* 10. *nu.* 12; & quàm certa sit de his Chronologia. Syracusani, imitatione Atheniensium Ostracismū inducunt, & vocant ipsi Petalismum. hic annus putatur quo triēnales induciæ illæ sunt authore Cimone, concessæ inter Athenienses & Peloponesum. T*hucidides.*	298	322 81 2
3550		12	*Consules Sp.* T*arpeius Montanus* Capitolinus, *& Aulus Aterius Fōtinalis.* Romani tres destināt in Græciā legatos, ad cognoscendas Græcarum vrbium leges. indeque formandum ius Romanum. *Liuius, Diony. Halic.* Pericles iterum in Peloponesum descendens vincit Sicyonios non procul à Nemea fluuio, qui Sicyonios diuidit ab Agro Corinthiaco T*hucid.* P*lutar. Diodor.*	299	323 81 3
3551		13	*Consules Sex. Quintulus Varus, & P. Curiatius* Trigeminus. Hos consules *Dionysius* lib. 10. componit cum anno v. c. 300. qui etiā attingit Olympiadem 82. ineuntem: Varo peste extincto suffectus est Furius. nunc profecti in Græciam legati, & leges 12. tabularum Romæ post biennium publicatæ sunt a Decemuiris. post annos quinque incisæ sunt in æs, & in publico positæ. *vide Gell. lib. 20. c. 1. & Liui. Deca. 1. lib.* 3. Pericles nauigans in pontum, maris imperium Atheniensibus integrum seruat. *Plutar.*	300	324 81 4

Orbis	Iudeo.	Persa.		V.C.	Olympia.
3552		14	*Consules P. Sestius Capitolinus, & Menenius Lanatus.* Notant scriptores à fuga Xerxis per 50 annos floruisse maximè Græciam in omni literatura & arte bellica. *Diodor. lib.* 12. habuit hoc ferè tempus & seculum Socratem, Platonem, Melissum, Aristotelem, Xenophontem, Aristippum & alios. floruit etiam tunc Phidias statuarius, & Zeuxis. *de quo Plin. lib.* 34. *cap.* 8.	301	325 82 1
3553		15	*Consules Ap. Claudius Crassinus Regillensis, & T. Genucius Augurinus,* Athenienses Duce Cimone Cyprum insulam aggrediuntur, vecti triremibus 206. vbi Persicam classem dissipant. *Diodor.* Post reditum legatorum è Græcia, abdicatis Consulibus designatis, substituuntur Decemuiri, qui conderent ius Romanum. dederunt hi in publicum decem legum tabulas, quibus proximi Consules duas addiderunt. tandemque in æs incisæ pro Rostris appendi iubentur. *Diony. Liui. Solinus, c.* 2. qui notat hunc vrbis annum.	302	326 82 2 327
3554		16	*Consules nulli. sed Decemuiri iterum decernuntur.* Ex his est App. Claudius Crassinus secundùm (nempe nominatus etiam anno præcedente) & Fabius Vibulanus cũ collegis. Cimon Cyprum subiicit Atheniẽsibus, & dum parat bellũ in Persas moritur anno proximè sequenti, qui est quartus Olympiadis 82.	303	82 3
3555		17	*Decemuiri tertiò creantur* Ap. Claudius Crassinus tertiùm, & Vibulanus secundùm cum collegis. sed dum insolenter se gerunt Decemuiri, populus secessione facta in Auentinum montem, eò rem perduxit vt restitutis Tribunis plebis, crearentur eodem anno *Consules L. Valerius Poplicola, & M. Horatius Barbatus Potitus.* Sedatis vtcunque bellis Persicis, & renascente dissentione inter Athenienses & Lacedæmonios (vnde post aliquot annos sequutum est bellum Peloponesiacum) obiit iam tandem Cimon in Cypro, anno 4. huius Olympiadis 82. exactis vero ab eius morte tribus annis, pactæ sunt 30. annorum induciæ inter Athenienses & Lacedæmonios. Ab huius vero fœderis aut pacti initio, vsque ad bellum Peloponesiacum, numerantur anni 14. integri.	304	328 82 4
3556		18	*Consules L. Herminius Exquilinus, & T. Virg. Tricostus Cælimõtanus.* Megarenses deficiunt ab Atheniensibus ad Lacedæmonios. *Diodor.* malè pugnatur ab Atheniensibus in Bœotia, occiso duce Tolmide. *Diodor.* Romæ recrudescens bellum contra Æquos & Volscos, pacat vrbanam seditionem. *Diony. Halic.*	305	329 83 1
3557		19	*Consules M. Geganius Macerinus. & C. Iulius Iulus.* deficit ab Atheniensibus Eubœa insula Aegæi maris, hodiè Nigroponte. vacillant alii. *Thucid. Diodor.*	306	330 83 2
3558		20	*Consules T. Quint. Capitolinus Barbatus quartùm, & Furius Medullinus fusus.* Hic annus videtur induciarum inter Athenienses & Lacedæmonios. tertius nempe à morte Cimonis. Durarunt hæ 30. annorum induciæ, solum 14. annis, post quos cœpit bellum Peloponesiacum.	307	331 83 3
3559		21	*Consules M. Genucius Augurinus & C. Curtius.* Hic iam, hoc est, à 20 anno Artaxerxis Longimani, recte collocamus initium 70 Hebdomadum Danielis. Nam ab, hoc exitu sermonis, vsque ad Christi annum 34. quo passus mortem est, fluxerunt anni illis Hebdomadibus expressi. vti ostendo *qq. c.* 15. nam vt ha-	308	332 83 4

Orbis	Iudæorũ	Persarũ		V.C.	Olymp.
			betur *Nehem.c.* 2.*vers.*16. (vulgò dicitur secundus Esdræ) tunc mense Nisan egressus est sermo regis, vt restauraretur Hierusalem. Præest Nehemias populo, & instaurationi murorum (iubente rege) annis 12. *Nehem.cap.*5.*vers.*14. Adiuuabant principes Resa, Eliasib, & alii 2.*Esd.*3. Africanus apud *Eusebium lib.*8. *c.* 2. *Demonstr. Euang.* hunc eundem annum 20. Artaxerxis componit cum Olymp. 83. anno 4. vti hic facinms. Pericles opportunitatem nactus domat Eubœam, de qua an. 3557.		
3560		22	*Consules, Dionysius indicasse videtur*, dandos inter quartum consulatum Quintij Capitolini, & Genucium. tamen Cassiodorus, Liuius & alij qui de fastis scripserunt, nullos intermedios dant Consules. quare ad hunc vrbis annum (omissa aliorum sententia) referimus primùm creatos *Tribunos Militares*, vt ex capitolino lapide supputat etiam Sigonius. quamuis ex Chronologia Liuiana aliqui hos Tribunos referant ad annũ 310. at ex marmoribus Romanis, tribus tantum mensibus durarunt hi primi Tribuni. *Substituti Consules sunt L. Papirius Mugillanus & Sempronius Atratinus.* quibus Coss. Zonoras etiam scribit creatos primùm Tribunos *Milit.* Pericles pulso per Ostracismum Thucidide oratore (non est hic, historicus) Atheniensibus præest annis pene 15. Romæ, in Græcia, & oriente pacata satis omnia leguntur hoc anno.	309	333 84 1
3561		23	*Consules Geganius Macerinus secundùm, &* T. *Quinctius Capitolinus Barbatus, quintùm.* Pericles domat rebelles Samios in Elide Peloponesi regione. *Thucid. Diodor.* Romæ his consulibus primùm electi sunt censores, qui Consules aliqua ex parte leuarent onere negotiorum. de his, & de lustro nunc reuocato in consuetudinem lege *Sigonium ad an.* 310. Dùm Volsci premerent Ardeam Romanis fœderatam; à Romanis circumuallati accipiuntur in deditionem, & Geganius Consul vrbem triumphans ingreditur. Herodotus historiam in Thuriis in Italia scribit. *Plin. lib.* 12. *cap.* 4.	310	334 84 2
3562		24	*Consules M. Fabius Verulanus, & Post. Aebutius Helua* Cornicensis. Sub his Consulibus Ardea fit Romanorum colonia, perductis eò Romanis ciuibus. *Liuius.*	311	335 84 3
3563		25	*Consules C. Furius Rufus* Pacilus, & M. *Papirius Crassus.* hic desinunt libri vndecim quot exant, Dionysii Halicarnassei. *vti noto cap.* 20. *num.* 14. Corinthiacum bellum exoritur, vnde postea natum Peloponesiacum. *Diodor.*	312	336 84 4
3564		26	*Consules* Proculus *Geganius* Macerinus, & *L.* Menenius *Lanatus secundùm.* Dum graui fame vexatur Roma Sp. Meuius populi fauorem largitionibus & auram venatur, sternens sibi viam ad regnum. *Liuius.*	313	337 85 1
3565		27	*Consules* T. *Quinct.* Capitol. *Barbatus sextùm. Et Agrippa* Menenius *Lanatus.* Menius affectati regni reus dat pœnas, creato Dictatore Quintio Capitolino ad sedandam excitatam à Menio seditionem. *Liuius.*	314	338 85 2
3566		28	*Consules Mam. Aemilius Mamercinus, & L. Quintius* Cincinnati *filius*, quibus accessit tertius L. Iulius. qui omnes dicti sunt	315	339 85 3

Orbis	Iudeo.	Persa.		V.C.	Olymp.
			Tribuni Milit. Consulari potestate praediti. Fidenates ad Veientes eorumque reges deficiunt. & populi Romani interficiunt legatos. *Liuius*. Potidaea deficit ab Atheniensibus. aduocat Corinthiorum copias. *Diodo. Thucid.*		
3567		29	*Consules M. Geganius Macerinus tertiùm, & L. Sergius Fidenas.* hic Sergius à Fidenate, bello gesto, vocatus est Fidenas. *Liuius*. idem author narrat acerrimè pugnatum à Romanis & Dictatore M. Aimilio Mamercino, cōtra Fidenates, Veientes, & Faliscos, qui horum auxilio venerant. sed rebus benè gestis Dictator triumphans redit in vrbem. Addit Eutropius Fidenas postea captas & excisas. Antiphon vnus ex 10 oratoribus quorum vitam scripsit Plutarchus, primus artem benè dicendi praeceptis comprahensam dedit. *Plutar.*	316	340 85 4
3568	Ioanna	30	*Consules M. Cornelius Maluginensis Cossus, & L. Papirius Crassus.* Ioanna Ben Resa Dux Iudaeorum annis 53. *Philo Annij.* Amphipolis ab Atheniensibus colonia deducta tenetur. dùm Athenienses Corcyreos tuentur, Corinthum solicitant contra eos, Lacedaemonios, & sic sensim seminarium apparet belli Peloponesiaci. *Diodor. Thucid.*	317	341 86 1
3569		31	*Consules C. Iulius Iulus secundùm, & L. Virginius Tricostus.* Cōtra Fidenates & Veientes excurrentes Romam vsque, creatur dictator Q. Seruilius Priscus. à quo victis hostibus captae sunt Fidenae. *T. Liuius.*	318	342 86 2
3570		32	*Consules C. Iulius Iulus tertiùm. & L. Virginius Tricostus secundùm.* quamuis aliqui Tribunos Mil. hic numerent, tamen *Cassiodorus*, hos dat Consules. vide Sigonium ad hunc annum.	319	343 86 3
3571		33	*Consules M. Fabius Vibulanus, & Fossius flaccinator. L. Sergius Fidenas Trib. Mil. Consulari potestate.* Diodorus hoc anno tres profert Tribunos Mili. consulari potestate. Alii tamen huius anni Consules edunt. *Onuphri.* Dum Periclem hostes trahunt in inuidiam apud Athenienses, ipse populū Atheniensem incitat ad bellum Peloponesiacum, rupto foedere cum Lacedaemoniis, de quo ad annum vrbis 307. Meton Astronomus edidit exeūte Olympiade 86. ἐννεαδεκαετηρίδα, seu formam anni illius magni, qui continet annos 19. & embolismos aliquot. qui quo modo discrepet ab aureo numero, & quae eius forma sit, consule *Scalig. lib. 2. de emendat.* Huius periodi initium putatur à solstitio cancri. *qq. cap. 19. num. 25.* & vt aliquibus placet, ab anno 316 Nabonassari. quod habet *Ptolemaeus lib. 3. Scaliger vero lib. illo 2*, probans eandem epocham, notat exeuntem annum 4, Olympiadis 86. quae ratio temporis satis ostendit Salmanassarum quem locaui ad annū vrbis quartum, esse eum quem aliqui cum Ptolemaeo vocant Nabonassarum; & huius periodi Metonis initium incidere in hunc vrbis annum 320. Dant etiam tabulae Astronomicae, huius periodi initium praecessisse mortem Alexandri annis 108, & quibusdam supra centum diebus. contigisse porrò ante Christum patientem annis 463. & diebus 187. Non malè sic initur temporis ratio, & satis consentit cum nostra annorum collectione.	320	344 86 4

Orbis	Iudæorū	Persarū		V.C.	Olymp.
3572		34	*Consules L. Pinarius Mamercinus Rufus, & L. Furius Medullinus.* His duobus additur à Liuio Sp. Posthumius Albus, qui vult omnes hos fuisse Tribunos militares. Sopito Persico bello, apertè nūc geritur Peloponesiacum per annos 37. inter Athenienses & Lacedæmonios, anno 14. à fœdere. de quo, & de huius belli ducibus, Pericle, Alcibiade, & Lysandro *vide qq. cap.* 14. *num.* 9. cœpit ineunte vere, *ex Thucidide lib.* 2. annis circiter 50 post primam Xerxis expeditionem, de qua supra, anno 3522. Diodorus videtur huius belli initium referre ad posteriores anni menses, dum indicat annum secundum huius Olympiadis. Isocrates orator incipit florere, & nascitur Plato, anno tertio huius belli Peloponesiaci. *vide qq. cap.* 18. *nu.* 8. Completis muris Hierusalem, Nehemias post duodecim annos ab aduentu rediit ad Longimanum. ac tandem iterum in Hierusalem. *Nehem cap* 5. *vers.* 14 *& cap* 6 *vers* 1. *& cap.* 12. *ver.* 27. *item cap.* 13. *vers* 6. 7. his annis florebat Hippocrates medicus illustris. nempe sęculo Socratis, Parmenidis, Melissi, & Sophoclis poetæ tragici.	321	345 87 1
3573		35	*Consules T. Quinctius Pennus* Cincinnatus, & C. *Iulius Mento.* Initio belli Peloponesiaci Archidamus Rex Lacedæmoniorū cum exercitu 60 millium, Atticam passim vastat. quem breui redire in patriam coegit Pericles, missa in Peloponesum classe. Thraces aliqui, & Macedones fauent Atheniensibus. *Thucid. lib.* 2. Pericli vitio & culpæ datum est ab Atheniensibus, quòd passus nouum Lacedæmonum exercitum depopulari Atticam (quæ res pestem acerbam & lectissimæ iuuentutis interitum attulit) ipse copias bellicas amandasset in Peloponesum. quod anno fecerat superiore. Ostracismo quidem eiectus est. sed cū deessent belli duces periti, reuocatus breui est. De pestilentia attica, *Hippocrates lib* 3.	322	346 87 2
3574		36	*Consules L.* P*apirius* C*rassus secundùm, & L. Iulius Iulus.* Liuius & Cassiodorus hos dant; Diodorus alios. Romanis hoc anno vndequaque otium est. Obsidetur à Lacedæmoniis Platæa. Athenienses bustum publicè iis faciunt, qui occubuerunt in bello. Hoc tertio anno belli Peloponesiaci, Phormio Dux Atheniensium, classem Corinthiorum ad Neopactum dissipauit, illata clade. *Thucid.*	323	347 87 3
3575		37	*Consules L. Sergius Fidenas secundùm, & Hostus Lucretius Tricipitius, apud* C*assiodorum.* Romanis otium est. Moritur Pericles Atheniensium Dux, à 40 pene annis in summo honore apud suos. P*lutar. in eius vita & Diodor.* Nascitur Plato eodem anno, & septimo post natum Isocratem. *Diog. Laer.*	324	348 87 4
3576		38	*Consules A.* Cornelius C*ossus, & T. Quinctius* Bennus, C*incinnatus secundùm.* Quarto iam anno belli Peloponesiaci, vt narrat *Thucid lib.* 3. celebrantur ludi Olympici. Lesbos insula deficit, ab Atheniensibus, qui proindè misso exercitu obsident Mitylenem. denuò Lacedæmonij Atticam depopulantur, & protrahunt Platęarum obsidionem. quam Thucydides qui tunc viuebat tantum facit triennalem. Malè ergo Demosthenes Decennalem dixit. Orat. contra Neæram. Consentiunt omnes, Liuius & alij, Cornelium Cossum de Veientibus spolia retulisse secunda, quæ notat (ad hunc V. C. annum) Sigonius, Marti suspendi solita non Ioui. At vero an hoc	325	349 88 1

anno quo fuit Consul, an alio, controuersia est, quam ibidem Sigonius dirimere nititur.

3577 39 *Consules C. Seruilius Structus Ahala, & L. Papirius Mugillanus secundum.* ita *Cassiod. Liuius & Diodor.* Exacto obsidionis triennio, Lacedæmonij expugnatas Platæas destruunt *Thucid* Archidamo Lacedæmoniorum Regi nunc mortuo succedit filius Agis. 326 350 88 2

3578 40 *Tribuni Mil. Romæ creantur Mil. T. Quinctius. & C. furius cum collegis, consulari potestate.* Bellum indictum rebellantibus Veientibus. ab his tribunis re malè gesta contra Veios, creatur Dictator Manius, Aimilius Mamertinus tertium: qui victis Fidenatibus & Veientibus castra cœpit, & vrbem Fidenatium diripuit. Agis archidami filius Atticam inuadens, terræ motu repellitur. per omnes pene Græciæ ciuitates exortæ seditiones: aliis Democratiã more Atheniensium petentibus: aliis Oligarchiam vt inter Lacedæmones. *Thucid. lib. 3.* Corcyræ primum orta seditio hec. 327 351 88 3

3579 *Xerxes Sogdeanus 1.* *Tribuni Milit. Aul. Sempronius, & L. Quintius cum collegis.* Veientibus datæ induciæ in annos 20. Æquis in tres *Liuius*. Demosthenes Atheniensiũ dux Ambraciotas vincit. & Pylũ munit aduersus Lacedæmonios. qui inde accepta clade repulsi, inducias petunt ab Atheniensibus: sed (quod Cleon orator persuasit) negatas. *Thucid. lib. 4.* 328 352 88 4

Xerxes 1. ARTAXERXES moritur circa annum septimum belli Peloponesiaci. *Thucyd. & qq. cap. 14.* succedit Xerxes dictus secundus: regnat menses duos. *Euseb.* Post eum regnat Sogdianus frater menses septem. *Euseb.* Paulo ante hunc annum, exorto in Sicilia inter Syracusanos bello, missus est Athenas Gorgias Leontinus insignis orator. cui auxiliares copiæ ab Atheniensibus concessæ sunt. *Diodor.* post annum, aut circiter rediere in patriam Græci, pace inter Siculos composita.

3580 *Darius nothus 1.* *Tribuni Milit. Appius Claudius, & Sp. Nautius cum collegis.* Romani nec bello foris, nec domi seditione vexantur. in Græcia Athenienses Cytheram capiunt insulam, & Delium Bœotiæ oppidũ. Lacedæmonij verò Amphipolin Atheniensium coloniam, Brasida duce. culpa data Thucididi Historiographo, qui tunc ductor vnius exercitus, maturè non adfuit obsessis. mulctatus exilio est 20 annorum. Darius Nothus Lõgimani filius quidem, sed ex pellice, & proinde nothus dictus, regnat annis 19. *ex Diodor. Thucyd. Euseb. & Beda.* Obiit sub finem belli Peloponesiaci *qq. c. 14.* Sub hoc Dario fuisse inchoatum, & completum templum secundum: aliqui cum Scaligero, malè & putant & probãt, ex Esdra: vt latius disputaui *qq c. 14. nu. 22.* Nec verius est quod infert de exitu sermonis, & principio hebdomadum Danielis. quas finiri putat anno 12 Neronis, & fere triennio ante euersum templum, & Nehemiam primùm venisse Hierosolymam anno 20 Menonis. hæc quæ ex se absurda sunt narrasse, est refutasse. *qq. c. 15. nu. 16.* 329 353 89 1

3581 2 *Consules C. Sempronius Atratinus, & Quintus Tabius Vibulanus.* Hos consules edit *Liuius*, præterit *Diodorus*. Atratinus ad Verruginem malè pugnauit cum Volscis. *Valer. lib. 3. c. 2. & Liuius.* Sicyonij ad Lacedæmonios deficiunt ab Atheniensibus. 330 354 89 2

3582 3 *Tribuni Mil. L. Manlius & Quinct. Antonius cum collegis.* Solutis modici temporis induciis inter Athenienses & Lacedæmonios, pugnatum est ad Amphipolim Thraciæ vrbem. cæsi duo duces mutuis vulneribus. pax constituta ad 50 annos, quæ tamen sex tantum annis durabit. Hæc acta sub annum 10. belli Pelopon. *Thucid. lib 5. & Plutar. in Nicia & Alcibiade.* 331 355 89 3

3583 4 *Consules Quinct. Capitolinus Barbatus, & N. Fabius Vibulanus.* quos edunt *Liuius & Cassiodorus.* Fabius fusis Æquis ouans vrbem ingreditur. *Liuius.* Alcibiades apud Athenienses florere in- 332 356 89 4

Orbis.	Iud.	Persa.		V.C.	Olymp.
			cipit sub annum 11. belli Pelop.		
3584		5	*Trib. Milit. Quinctius* Pennas *secundùm, & Manlius cum collegis.* hoc pene 12. anno belli Peloponesiaci, celebrati sunt ludi Olymp. *Diodor.* T*hucid.*	333	357 90 1
3585		6	*Tribuni Mil. Ag. Menenius, & Nautius cum collegis.* Inter Græcos vt narrant D*iod. & Thucid.* Velitares pugnæ. Alcibiades author est fœderis Atheniensium, cum Argiuis, Mantineis, & Eleis.	334	358 90 2
3586		7	*Consules M. Papirius Magillanus, &* C. *Seruilius Axilla secundum.* quos tamen cum aliis collegis dat *Diodorus* esse Tribunos milit. cum consulari potestate. Dum hi, à Lauicanis (Æquorum populi sunt) noua arma Romanis illata malè repellunt, creatur Dictator Quinctus Seruilius; hic intra 8. dies Lauicos victis hostibus occupat, & se magistratu abdicat. *Liuius.* Rex Lacedæmoniorum vincit Argiuos. Mantinea sequitur Lacedæmoniorum partes. *Thucid, Diodor.*	335	359 90 3
3587		8	*Tribuni Mil. Pub. Lucretius Tricipitinus secundùm & L. Seruilius cum collegis* Res Romanæ quietæ sunt à bellis. Argiui suasore Alcibiade, vrbis muros producunt ad mare, quo possint facilius iuuari ab Atheniensibus. *Thucid lib.* 5. *Diodor.*	336	360 90 4
3588		9	T*ribuni Milit. Aul. Sempronius* A*ratinus tertiùm, & M. Papirius* M*ugillanus secundùm cum collegis.* Romanis pax est ab hostibus. Perdiccas Macedonum rex redditur Atheniensibus infensus. Lacedæmonij destruunt Argiuorum muros. Exoritur bellum Siculū inter Ægestanos & Salinuntinos. Ægestani victi petunt & obtinent ab Atheniensibus auxilium. T*hucid lib.* 6. natū est hoc bellum circa annum 16. ab inchoato Peloponesiaco. *qq. c.* 14. *nu.* 16.	337	361 91 1
3589		10	*Tribuni Mil.* C*ornelius* C*ossus, & Quinctus Cincinna, cum collegis.* Æqui arma inferūt Lauicanis, nouis iam colonis Romanis. classis attica missa in Siciliam ducibus Alcibiade, Nicia & Lamacho. sed Alcibiades accusatus Athenis absens, reuocatur. qui timens sibi ab inimicis, deficit ad Lacedæmonios *Thucid. lib.* 6. Diagoras dictus ἄθεος, accusatus apud senatum Atheniensem hoc nomine, se dat in fugam, deserens Atticam. *Diodor.*	338	362 91 2
3590		11	*Tribuni Mil. Q. Fabius Vibulanus secundùm, & Cornelius* C*ossus cum collegis.* In his T. Posthumius: qui missus contra Æquos, dicitur à militibus lapidatus propter crudelitatem. *Liuius.* Lacedæmonij hortante Alcibiade rumpunt inducias cum Atheniensibus. & huius secundi belli excurrent deinceps anni 12. Lacedæmonij porrò muniunt Deceliam, in Attica Atheniēsium castellum. quæ res vna, maximè obfuit postea Atheniensibus. *Thucid. Diod.*	339	363 91 3
3591		12	*Consules M. Cornelius* C*ossus & L. Furius Medullinus.* eosdem notant *Cassiod. & Diodor.* Athenienses in Sicilia profligantur horrenda clade ex quo multi deficere cœperunt ab attico imperio, cœpitque contemni passim. periit in Sicilia Nicias dux, vna cum Demosthene Duce altero. P*lutar. in Nicia. & Thucid. lib.* 7. Hoc eodem anno quo Athenienses in Sicilia bello superstites, meditantur reditum in Græciam, contigit eclipsis lunæ, quam incidisse in Olympiadem hic in margine notatam, notauit. *Diodor. &* P*lutar. in Lysia.* consentitque id cum dato vrbis anno 340.	340	364 91 4
3592		13	*Consules Q. Fabius Ambustus, &* C. *Furius* P*acilus.* Romanis tantum de morbo & annona negotium fuit, hoc biennio toto. Hic orbis annus est vigesimus belli Peloponesiaci, & ad quem produxit (redeunte Alcibiade Athenas) Thucydides suam Historiam, bellum vero ipsum finitum est post 7. annos, & anno circiter orbis 3599. quando captæ sunt Athenæ; nempe anno 4. Olympi.	341	365 92 1

93. nam à capta Troia ad primam Olympiadem, ſunt anni 407. ab Olympiade vero prima ad finem huius belli ſunt anni 372. captæ enim ſunt Athenæ exeunte Olym. 93. *ex Diod. Sic.* hi autem anni hinc conflati, nẽpe 779. numerati ab excidio Ilii; efficiunt, vt finis belli Peloponeſiaci ſit annus orbis 3599. *qq. c. 4. nu. 9 & c. 8. nu.* 10.

3593 14 *Conſules M. Papirius Mugillanus, & C. Nautius Rutilus. ex Caſſiodoro & Liuio.* Athenienſes ab omnibus penè deſerũtur. acceſsit 342
ad mali cumulum fœdus Perſarum cum Lacedæmoniis anno 13. Darij; *ex Thucidide lib.* 8. & quamuis Athenienſes vicerint Peloponeſios ad Epidaurum *ex Thucid. lib.* 9. tamen ante reditum Alcibiadis, res Athenienſium non ſtetit ſecura. reuocatur vero ab exilio hoc ipſo anno, vti iam dicam.

3594 15 *Conſules M. Aimilius Mamercinus, & C. Valerius Potitus Voluſius.* C. Valerius Æquos qui Carmẽtanam arcem occuparant, præ- 343
ſidio deiecit: recuperataque arce, vrbem ouans ingreditur. *Liuius.* Alcibiades timẽs inuidiam ducum Lacedæmoniorum, communicauit conſilia cum Tiſſapherne Perſarum duce contra Lacedæmonios, rediitque ſic anno præcedente ad exercitum Athenienſem, quo tempore Traſibulus dux Atticus Laconicam claſſem & Mindarum ducem vicit, vt in fine operis narrauit *Thucidides.* Pars victoriæ magna manſit Alcibiadi, qui ipſo tempore cõflictus cum aliquot triremibus ſuperueniens, egregiè pugnauit.

3595 16 *Conſules* C. *Cornelius Coſſus, & L. Furius Medullinus ſecundùm.* 344
Romæ primùm Quæſtores ex plebe creati. Verruginem in Volſcis recipit Romanus exercitus. Alcibiades cum Thraſibulo & Thetamene Athenienſium ducibus, Cyzicum ad Propontidem recipiunt, Lacedæmonum nauibus potiuntur, & Helleſpontici maris imperio. Mindaro duce mortuo Lyſander Dux apud Lacedæmonios conſtituitur. *Xenophon. lib. 1, Diodor. & Plutar. in Lyſandro.*

3596 17 *Tri. Mil. C. Iulius Iulus, P. Cornelius Coſſus, & C. Seruilius Ahala, conſulari poteſtate.* Creatus dictator P. Cornelius facilè Volſcos & Æ- 345
quos cõpeſcuit. *Liuius.* Caruentana ab Æquis recuperata. Thraſibulus, dux Athenienſiũ Regem Lacedæmoniorum qui Atticam infeſtabat, repellit, & Chalcedonem recuperat, occiſo Hippocrate duce Laced. Alcibiades Bizantium recipit. *Xenophon. Diodor.* Hannibal ab Ægeſtanis in Siciliam euocatus, clade illata Salinũtinis, redit Carthaginem ſpoliis diues. *Xenop. lib. 1, Diodor.*

3597 18 *Tribuni Milit.* C. *Valerius Potitus ſecundùm, & Seruilius Ahala ſecundùm cum collegis.* Volſci expugnant Verruginem, cæſo 346
Romanorum præſidio. *Liuius.* Medi qui à Perſis defecerunt, nunc à Dario ſubacti ſunt. quod accidiſſe an. 1. Olymp. 93 teſtatur *Xenop. lib.* 1. Alcibiades qui non niſi rebus Athenienſium ad priſtinum ſtatum reuocatis voluit venire Athenas, nunc tandem exacto biennio à redito ad exercitum, vrbem ingreditur, magna omnium lætitia exceptus, die 25 menſis Thargelionis Attici. *ex Plutar. in eius vita.* Lyſander maris præfectus apud Lacedæmonios, magno ære Nauarchos ad ſe ita pertraxit, vt pauci huius artis ſupereſſent Athenienſibus. *Plutar.*

3598 19 *Tribuni Mil. P. Cornelius Cossus, & L. Valerius Potitus secundùm cum* 347 371 93 3
collegis. Veientibus cum induciarum tempus exisset, bellum indictum est. stipendium de publico nunc primùm militibus datum. Camillus post decennium captis Veiis finem huic bello imposuit. Hic annus est quo obiisse putatur Sophocles nonagenarius, qui præmium ex tragœdiis decies octies reportauit. Dionysius senior nunc tyrannidem Syracusis inuasit, homo antea infimæ cõditionis. tenuitque nobilissimam vrbem annis 38. *ex Diony. lib.* 7. *& Diod.* De bello inter eum & Carthaginenses lege *Xenoph. lib.* 2. *& Iustin. lib.* 9. Alcibiades iterum Atheniensibus, nequaquam gratus (quod temerè & malè à Nauarcho pugnatum fuisset) exercitum deserit, & sibi timens à ciuibus, secedit in Thraciam. Conon apud Athenienses dux substituitur. *Xenop.*

3599 Art. Mnemon. 1. *Tribuni Mil. Iulius Iulus secundùm, & M. Aimilius cum collegis.* 348 372 93 4
Hoc anno Veii primùm circumsessi sunt. Ad hunc annnm reuocat Iustinus cœptam Dionysij tyrannidem, cœptas à Lysandro Athenas, & Darij mortem. Ergo in Perside regnare incipit Darij filius Artaxerxes secundus, dictus Mnemon, regnatque annis 43. *ex Diodoro.* licet aliqui plures dent annos. Lysander Atheniensium classem ad Ægos potamos profligauit integram, tantum euasit Conon cum 8 triremibus, qui Cyprum tenuit. & benè vsus victoria, Athenas terra marique obsessas post sex menses capit. Die 16. mensis qui dictus est Μουνιχιών nobis Martius est. victis datæ conditiones quas voluit Lysander, sicque pace firmatâ finitur bellũ Peloponesiacũ, de cuius fine Thucidides & Xenophon vno anno discrepant. Lysander muros ad cantum tibiarum diruit. Diodorus & Xenophon hunc Olympiadis annum 4. notãt. In Sicilia Dionysius pellit inde Carthaginenses, & latius incipit dominari *Xenop. lib.* 2. *& Diodor.*

3600 2 *Tribuni Milit. Cornelius Maluginensis, & N. Rutilus tertiùm, cum* 349 373 94 1
collegis. à Romanis benè pugnatum contra Volscos. Arthena eorum vrbs capta.

Athenis iuxta pacis conditiones Lysander, 30 reipub. moderatores constituit; qui tyranni effecti optimum quemque vita & bonis spoliabant. nunc primùm Lacedæmonij subiectas ciuitates tributum quotannis pendere iusserunt: & cum Lysander Athenis Spartam misisset magnam signatæ pecuniæ vim, cœperunt ab eo tempore vti nummo & argento signato contra Lycurgi legem. quæ res ex Plutarcho in Lycurgo, simul etiam auaritiam inuexit, nempe quod Asia postea Romanis, hoc Athenienses opes attulerunt Lacedæmoniis. In eundem annum quo 30 constituti sunt Athenis tyranni, eclipsis solis æstiuo tempore incidit, & in annum hunc primum Olym. 94. quod notat *Xenophon. lib.* 2. Alcibiades timens Lacedæmonios iam terræ marisque dominos, fugit ad Persas in Bithiniam. sed suadente Lysandro captus occiditur. *Plutar. Xenophon. Diodor.* Democritus nonagenarius moritur. Cyrus iunior vita donatus à fratre Persarum nunc rege, bellum molitur, carceris iniuriam si potest vindicaturus. *Plutarc. in Artaxerxe.*

3601 3 *Tribuni Mil. M. Aimelius Mamertinus secundùm, & M. Furius cum* 350 374 94 2
collegis. Ad continuãdam obsidionem, fiunt nunc primùm à Romanis ad Veios Hybernacula seu tentoria. Lysander conatur, sed frustra antiquare legem, qua fiebat vt solum ex Heraclidarum sãguine rex crearetur Lacedæmoniorum. interim Thrasibuli ducis Atheniensis opera pulsi sunt Athenis 30 Tyranni, & restituta est Democratia; lata tunc lege (recuperatis à Thrasibulo Athenis) quã ἀμνηστίαν dixerunt. τὸ ἀμνηστικὸν. *Xenop. lib.* 2. *Diodor. & Plutar. in Lysandro.*

Tribuni

...	ind.	Periar.		V.C.	Olymp.
02		4	*Tribuni Mil C. Seruilius Ahala tertium, & Q. Sulp. Camerinus, cum collegis.* In his M. Sergius præerat castris ad Veios, quæ expugnata sunt à Capenati Falisco & Veienti hoste. *Liuius.* Cyrus iunior sensim & occultè parat arma in fratrem Artaxerxem. *Xenophon.* Dionysius in Sicilia armatur in Carthaginenses. *Diodor.* floret, nunc præsertim Isocrates.	351	375 94 3
03		5	*Tribuni Mil L. Valerius Potitus quartum, & L. Iulius Iulus cum collegis.* Ex his Camillus in Faliscos (hodiè monte fiasco) missus: Cornelius in Capenates; Valerius in Volscos ad recipiendum Anxur: Aimilius & Fabius ad Veios, protrahunt obsidionem. *Liuius.* Cyrus iam aperto marte fratrem inuadens, cæsus est in primo certamine. Xenophon qui hanc Cyri expeditionem describit, reduxit in patriam Lacedæmonios, qui Cyrum sequuti erant. Agis Lacedæmoniorum rex moritur. Substituitur Agesilaus frater. excluso Leutychide Agidis filio, quòd Lysander nothum diceret. Eusebius dat huic regi annos 44. saltem 40 concedendi sunt cum Plutarcho: licet Pausanias putet parum vixisse hunc regem. laudatur à Xenophonte Agesilaus, ob res domi & foris gestas. qui iuuenis didicerat obedire, senior & rex factus mirè contra priorum regum consuetudinem consentiebat cum Ephoris. Hi ad frenandam regiam potestatem fuerant creati. *vide. an.* 3244.	352	376 94 4
3604		6	*Tribuni Mil. P. Licinius Caluus, & P. Mælius cum collegis.* Anxur in Volscis receptum à Romanis ducibus. Artaxerxes bello vexat Græcorum in Asia ciuitates, quæ Cyrum sequutæ erant. has iuuant Lacedæmonii *Diodor.* Socrates velut nouæ doctrinæ author accusatus, & iniustè damnatus haurit cicutam. *Diogen. Laer.* Xenoph.	353	377 95 1
3605		7	*Tribuni Mil. M. Pomponius, & Atilius Longus cum collegis.* Romani feliciter pugnant cum Veientibus, Faliscis, & Capenatibus. *Liuius.* Conon Atheniensis, Persis in Asia se coniungit, & maris præfectus constituitur. *Xenop. Diodor.* Athenienses qui 16 characteres tantum habebant, nunc 24 accipiunt. *Euseb.* De literis seu elementis inuentis, varii varia scribunt. in qua re prolixus est Scaliger in Euseb. an 1617. Cæterùm *Isidorus* lib. 1. Orig. c. 3. tribuit Cadmo literas 17. Palamedi 3. Simonidi 3. Pythagoræ literam Y. *Cedrenus* vero dat Palamedi 16. Cadmo 3. Simonidi. 2. Epicharmo 3.	354	378 95 2
3606		8	*Tribuni Mil. L. Val. Potitus quintum, & F. Medullinus tertium cum collegis.* Prædas ab hostibus referunt Romani. *Liuius.* Dionysius Syracusanus bellum Carthaginensibus indictum aggreditur. *Diodor.* Euponipus pictor insignis floret, qui appellem habuit discipulum. *Suidas.*	355	379 95 3
3607		9	*Tribuni Mil. L. Iulius Iulus secundùm, & F. Medullinus quartùm cum collegis.* Lacedæmonij armantur contra Persas in Asia, de quo vide Xenophontem.	356	380 95 4
3608		01	*Tribuni Mil. Licinius Caluus, & Titinius secundùm cum collegis.* in his Genucius, est, quem in prælio cecidisse aduersus Faliscos & Capenates author est *Liuius.* Agesilaus Lacedæmonius Rex, Phrygiam, Cariam & Lydiam transgressus, Tissapherni Persarum Duci occurrit. vincunt Græci. Conon Atheniensis, ab Artaxerxe in Græcos mittitur instructa classe. *Diodorus.* mago Præfectus maris Carthaginensium, Dionysianam classem ad Siciliam profligat. *Diodor.*	357	381 96 1

Orbis.	Ind.	Perio.		V. C.	Olymp.
3609		11	*Tribuni Mil. P. Cornelius Cossus, & P. Cornelius Scipio cum collegis.* M. Furius Camillus dictator anno decimo belli contra Veientes, Veios expugnauit, acto in arcem hostium, cuniculo. id actum anno 357. quando triumphauit. Nunc viget maximè Bæoticum bellum inter Lacedæmonios & Bæotios, inchoatũ anno V. C. 357. Bæotiis fauent Athenienses & aliæ quædam ciuitates, ad minuendam nimiam Lacedæmoniorum potentiam. Lysander primo impetu & certamine contra Bœotios victus occiditur. Agesilaus reuocatur ex Asia, vbi magnos & felices faciebat progressus, cum Xenophonte in Bœotios mittendus. sed in reditu incidit in classem Persicam Cononi commissam. in hoc certamine ad Cnidium, mansit Persis victoria. cum qua insigni clade amiserunt Lacedæmonij maris imperium. *Xenop. lib. 4. Diodor. Iustin.*	358	382 96 2
3610		12	*Tribuni Mil. M. Furius* Camillus *tertiùm & Medullinus sextùm cum collegis.* A Romanis variè bellatum in Æquos. Camillus hic Faliscos redigit in potestatem populi Romani. *Liuius.* malè *Valerius lib.* 6. hunc Camillum vocauit Consulem. Conon accepta à Persis classe & pecunia, muros Athenarum instaurat: sed postea in perfide perit ille in carcere. *Diodor. Isocrat.* nunc cœptum bellum 8. annorum, quod Corinthiacum dixerunt, quia iuxta Corinthũ gerabatur. quando Corinthii magno numero ab ingratis Argiuis, & Bæotiis iugulati sunt. *Pausan. lib. 3. Diodor. & Xenophon.* gestum est à Lacedæmoniis contra Argiuos, Athenienses, Bæotios, Corinthios, & alios Peloponesi incolas.	359	383 96 3
3611		13	*Consules L. Lucretius Flauus, & Seruius Sulpitius Camerinus.* Æqui à Lucretio consule acie superati. Nunc tandem decimo quinto anno creantur iterùm consules. Iphicrates Dux Atheniensis 20 annos natus præclara gerit, contra Lacedæmonios apud Corinthios. *Diodor. & Iustin.*	360	384 96 4
3612		14	*Consules L. Valerius Poplicola potitus secundùm & M. Manlius Capitolinus.* Hos edit Consules *Liuius.* Romani cum Æquis pugnãt ad Algidum, Latij oppidum Mediterraneum, (hodiè Roccha del Papa) fusis hostibus triumphat Valerius, qui perseuerantior in hostes fuit: alter ouans vrbem ingreditur. *Liuius.*	361	385 97 1
3613		15	*Tribuni Milit. Lucretius Tricipitius, & Seruius Sulp. Rufus cum collegis.* Clusini in Tuscia à Gallis obsessi Romanorum opem implorant. Græcorum dissidia & certamina non cessant in Peloponesio. Conon restauratis Athenarum mœnibus, profectus ad Persas; vt accusatus per Lacedæmonios (quod plus Atheniensium rebus, quàm Persicis studeret) causam ageret; detinetur in carcere, vbi periit. nec tamen ideo Rex Persarum pacem Lacedæmoniis quam petebant concessit. *Xenophon.*	362	386 97 2
1614		16	*Tribuni Mil. Q. Fabius Ambustus & K. Fabius Ambustus cum collegis.* Legati Romani qui in acie Clusina contra Gallos steterunt, Gallos in se conuertunt. Hi legati tempore pugnæ aduentantes pro Clusinis pugnarunt. Non tamen hoc eodem anno, capta est à Gallis Roma, Thrasibulus Atheniensis Dux, post res Atheniensium restitutas in Thracia & Hellesponto, tandem in Asia hoc anno cecidit pugnans contra Lacedæmonios. substituitur Iphicrates. qui Lacedæmonios egregiè repulit. *Xenophõ.* Hoc anno Dionysius è Sicilia traiiciẽs,	363	187 97

Mundi	Ind.	Per. Iul.		V.C.	Olymp.
			vexat Rhegienses, sed res illi plura molienti infecta mansit. *Diodor.*		
3615		17	*Tribuni Mil. Val. Poplicola Potitus secundùm & L. Virgil.* Tricostus *cum collegis.* Galli relicto Clusio, duce Brenno Romam properant. & ad Alliam (Vmbriæ fluuius est in Sabinis) fuso Romano exercitu, vrbem capiunt, fœdant incendio; capitolium aliquot mensibus obsident: interim dum Camillus absens & exul creatus dictator, collecto aliunde exercitu, Gallos vrbe pulsos, & via Gabinia consecutus octauo ab vrbe lapide, magna ex parte occidit, triumphans vrbem ingreditur, dictus pater patriæ, & alter Romulus. *Liuius. Diodor. Eutrop. Plutarchus in Camillo.* De anno tamē captæ vrbis dissētiūt scriptores, quod vidit *Plin. lib. 34. c. 1.* aliqui V.C. annum dant 363. alij 365. *Plinius* rectius 364. cum *Eutropio. Liuius* quoque ait obiisse Camillum anno 25. post vrbem captam, Genucio & Seruilio coss. Et demùm *Dionysius Halic.* notat à regifugio fluxisse annos 120. qui additi ad annum 244 dant annos 364. vide supra ad an. vrbis 364. Sanè cum *Plutarchus* notet captam vrbem idib. Febr. & constet pulsos Gallos post paucos menses, potuit inter hos duos casus mutari vterque annus V.C. & Olymp. Nunc plurimùm florebat Massilia, optimis legibus & opibus diues. De cuius conditu supra 3405.	364	388 97 4
3616		18	*Tribuni Milit. Quinct.* Cincinnatus *& Q. Seruilius* Priscus *Quintùm cum collegis.* Dionysius Syracusanus iterùm Rhegium obsidet & premit. *Diodor.*	365	389 98 1
3617		19	*Tribuni Mil.* Papirius Cursor *& C. Sergius Fidenas, cum collegis.* Scribit in Camillo *Plutarchus*, Camillū Dictatorem III. creatum ob Æquos, Volscos & Latinos armatos in nomen Romanum, & Etruscos Sutrium in Tuscia vrbem, populo Romano fœderatam obsidentes. Volsci à Dictatore subacti, & anno iam 70 belli cum Romanis ad deditionem compulsi. Æquorum deleto exercitu, capta vrbs est, & Sutrium receptum quod ab Etruscis occupatum fuit. Dictator trium bellorum victor: vrbem triumphans ingreditur *Liuius.* atque hinc iam cœpit res Romana crescere. Hoc anno secūdo huius Olympiadis, Lacedæmonij formidantes Græcorum & Persarum potentiam, misso Antalcida pacem impetrant ab Artaxerxe celebrem, de qua *Xenophon lib. 5. Diodor. lib. 14. & Polyb. lib. 1.* pacis conditiones erant, vt omnes Græcorum in Asia ciuitates Persis manerent, & Græci inter se pacati arma deponerent Diodorus notat hunc Olympiadis annum 2. Tandem Dionysius post vndecim mensium obsidionem Rhegium expugnat. *Diodo.*	366	390 98 2
3618		20	*Tribuni Mil.* M. *Furius* Camillus *quartùm, & Serui. Corn. Maluginensis secundùm cum collegis.* De huius & præcedentis anni Tribunis non conuenit inter veteres scriptores. Hos Sigonius reiecit in annum sequentem, qui voluit annum 364. dare Dictaturæ Camilli. coniecturis nititur. ait quidem Liuius non nisi circumacto anno illo, Camillum abiisse dictatura. tamen fasti habent Tribunos Militares, saltem designatos: qui anno dant characterem; aut per anni fracturam cum dictatura comparatos. Artaxerxes misso exercitu contra Euagoram in Cyprum, Hostilem profligat classem, & Salaminam obsidet. *Diodorus.* qui notat	367	391 98 3

Orbis.	Iud.	Persi.	76 PERIODVS 7.	V. C.	Olymp.
			Platonem venditum à Dionysio tyranno & redemptum à philosophis aliis.		
3619		21	*Tribuni Mil Manlius Capitolinus secundùm, & P. Cornelius cum collegis.* Volsci & Hetrusci sub hunc vrbis annum rebellantes vincuntur. *Liuius.* Lacedæmonij Mantineam Peloponesi ciuitatem euertunt, quam immisso in vrbem præterlabente flumine expugnarunt. *Xenophon. Diodor.* hoc anno decimo bellum cypricum ex quo cœpit finitur, promittente Euagora annuum tributum Persarum regi pendendum. *Diodor*	368	392 98 4
3620		22	*Tribuni Mil. Ser. Cornelius Maluginensis tertiùm, & P. Val. Potitus secundum cum collegis.* cum ad Volscorum iam natum bellũ, accederet Latinorum defectio: Dictator creatur A. Cornelius Cossus. qui victis Volscis, & captis eorum castris triumphauit. *Liuius.* Aristoteles nascitur hac Olymp. 99. *Diogen. Laert. Euseb.* licet annus V.C. 371. notetur *ab Aul. Gel.*	369	393 99 1
3621	Hircanus	23	*Tribuni Mil. L. Val.* Publicola *Potitus quartuùm, & Manlius Capitolinus tertiùm cum collegis.* M. Manlius affectati regni reus, comitiis centuriatis damnatur, & è Saxo Tarpeio deiitur. *Liuius.* Lacedæmonii occisis Persis illis, qui Artaxerxem impugnabant, deponunt Asiæ curam & cogitationem. *Diodor.* post aliquot pugnas vario marte inter Dionysium & Carthaginenses, tandem pax firmatur. *Diodor.*	370	394 99 2
3622		24	*Tribuni Milit. Sp. Papirius* Crassus, & L. *Papirius* Crassus *cum collegis.* circa hunc annum Veliternis deficiẽtibus bellum quidem indicitur, sed ne educeretur exercitus effecit pestilentia. *Liuius.* Amyntas, Macedonũ rex bellũ gerit cũ Olynthiis. Lacedæmonij Thebas captas muniunt. *Diodor. Xenophon.*	371	395 99 3
3623		25	*Tribuni Mil.* Camillus *sextùm, & Aul.* Post. *Albinus cum collegis.* In Latio ad Velitras pugnatum à Romanis: & fauentibus Prænestinis bellum indictum. Isocrates suam de laudibus Atheniensium Panegyricam orationem 15 annis elaboratam, dat nunc in lucem. Hoc tertio anno post natum Aristotelem, putat Dionysius Halic. natum Demosthenem.	372	396 99 4
3624		26	*Tribuni* Mil. *Val. Poplic.* Potitus *quintùm. &* P. *Val.* Potitus. *Poplicola tertium cum collegis.* Prænestini Romanos exercent. Lacedæmones, duce Polibida vincunt Olynthios, & sibi subiiciũt, euaduntque in Græcia potentissimi. *Diodor & Xenop. lib. 3.*	373	397 100 1
3625		27	*Tribuni Mil.* P. *Manlius* Capitolinus, *& C. Sextilius cum collegis* T. Quinctius Cincinnatus Prænestinos, qui vsque ad Romæ portas venerunt (inquit *Eutrop.*) persecutus, ad Aliam vicit: & triumphus decretus est. tardius hoc refert *Eusebius* ad annũ 4. Olymp. 100. Mausolus Cariæ in Asia minori rex, incipit regnare anno 2. Olymp. 100. *ex Plin. lib. 36 c. 5. & 6.* ait verò obiisse anno 2. Olymp. 106.	374	398 100 2
3626		28	*Tribuni* Mil. *Sp. Purius* Medullinus, *& Ser.* Priscus *Fidenas secundùm, cum collegis.* in Volscis temerè pugnatum à Manliis. Prænestini rebellant. bellum oritur inter Lacedæmonios & Bœotiæ populum quando Thebani ciuitatem recuperarunt suam. *Diod.* Xenop. *& Plutar. in* Pelopida.	375	399 100 3
3627	Hircanus.	29	*Tribuni* Mil. L. *Aimilius* Mamercinus *quintùm,* P. *Val. Potitus Poplic. quartùm, cum collegis.* Hostis hoc anno Romanis non obiicitur. apud Lacedæmonios reguli sunt Cleombrotus & Agesilaus. inter quos & Athenienses recrudescit bellum. Atheniensibus fauent Thebani; cœpitque iterùm in-	376	400 100 4

Orbis	Iudæorũ	Persarũ		V.C.	Olymp.
			crementum capere res Athenienſis. *Diodor. Hircanus* dux Iudeorum annis 31. ex Philone Annii. quem ſequitur Mercator.		
3628		30	*Tribuni plebis ſine curulibus Magiſtratibus* Licinius Caluus, *&* *Sextinus Lateranus*. Hoc anno numeratur quarta mutatio Romæ in forma adminiſtrandæ reipub. facta. quando à Tribunis Militaribus conſulari poteſtate præditis, tranſlata eſt adminiſtratio ad Tribunos plebis ſine curulibus Magiſtratib. idque vt probabilior habet ſententia, per quinquennium: ſeu ad annum vrbis 381, quando iterùm ab hac magiſtratuum ſolitudine vt loquitur *Liuius*, ſeu ἀναρχία, ventum iterùm eſt ad Tribunos Mil. & poſt aliud quinquennium ad conſules. Prima vrbis adminiſtratio fuit in regibus. ſecunda in Conſulibus an. v. c. 244. tertia in Decemuiris & Tribunis Milit. an. v. c. 302. & 309. L*ege Onuphriũ* 378. hãc tamen ἀναρχίαν ſolùm quadriennio duraſſe notant *Sex. Rufus*, *& Caſsiodorus*. nunc Antiates Agros Romanis dedunt. Latini & Volſci turbas cient capto Tuſculo. ſed breui recuperatur à Romanis. Liuius.	377	401 101 1
3629		31	*Tribuni plebis* L. Caluus, *&* *Sextinus Lateranus ſecundùm*. In Aegypto regnat Nectenabus *Diodor*. Rex Perſarum Artaxerxes, qui Græcorum operâ vti cupiebat in bello contra Aegyptios, curat pacem firmari inter omnes Græciæ ciuitates. quæ hac ratione manſerunt pacatæ omnes. Quamuis aliquæ Lacedæmonios imitantes Ariſtocratiam, aliæ inſtar Athenienſium Democratiam ſibi procurarent. *Diodor. vide Xenop. lib. 6.*	378	402 101 2
3630		32	*Tribuni plebis* L. Caluus *&* *Sextinus Lateranus tertiùm*. Perſæ per oſtia Nili Ægyptum ingreſſi (quòd aditus aliunde eſſet præcluſus) nihil preclarè, quòd eos Iphicrates Athenienſium dux deſeruiſſet, geſſerunt. Græciæ ciuitates iterùm ad diſſidia veniunt in Cypro, occiditur rex Euagoras a Nicocle Eunucho, qui Salaminæ cœpit indè regnare. *Diodor. lege Ariſt.* 5. *Polit. c.* 10. de Euagoræ filio quem Iſocrates Nicoclem, & Diodorus Euagoram vocat, lege Xenophontem.	379	403 101 3
3631		33	*Tribuni plebis.* L. Caluus, *&* *Sextinus Lateranus quartùm*. Narrat *Pauſanias* hoc Olympiadis 101 anno quarto, vrbem Platæas captam & euerſam à Thebanis, nempe anno 3. ante pugnam Leuctricam.	380	404 101 4
3632		34	*Tribuni plebis.* L. *Caluus*, *&* *Sextinus Lateranus quintùm*. iterùm pax inter Græcas ciuitates conſtituta, excluſis Thebanis, quod noluerint ſibi ſubiectas Bæotiæ ciuitates donare libertate. inde à Lacedæmoniis indicitur bellum Thebanis. *Diodor. Xenophon.*	381	405 102 1
3633		35	*Tribuni Mil.* F. *Medullinus ſecundùm*, *& Val. Potitus Poplic. quintùm cum collegis*. hactenus ἀναρχία, ſub cuius quinquennio Roma magiſtratus maiores non habuit. iſte annus Leuctricæ pugnæ eſt, quo nempe cæſus eſt vna cum rege Cleombroto Lacedæmoniorum exercitus, in campo Leuctrico à Thebanis duce Epaminonda. hic amiſerunt Lacedæmonii ſupremum inter Græcos dominatum, qui a 500. annis penes eos manſerat, cum antea in pugna ad Cnidum, maris imperium amiſiſſet. *Polyb. lib* 1. *Diodor. lib* 15 *&* *Pauſanias lib.* 8. qui dant pugnæ Leuctricæ hunc an. 2 Olymp. 102. idem reſultat ex tabula Eratoſthenis de qua *c.* 18 *qq. in appendice*. hic attritis Lacedæmoniorum opibus, conceſſæ ſunt illis induciæ	382	406 102 2

Orbis	Iudeo.	Persa.		V.C.	Olymp.
34		36	*Tribuni Mil. Ser. Priscus Fidenas tertiùm & Cor. Maluginensis cum collegis.* ascribunt huic anno aliqui historici, obitum Amyntæ regis Macedoniæ, illius qui filios reliquit, Alexandrum, Perdicam, Ptolemæum & Philippum, Alexandri magni patrem. regnat Amyntæ filius Alexander anno vno. *Diodor. & Gemistius.*	383	407 102 3
35		37	*Tribuni Milit. Q. Cincinnatus, & Ser. Structus cum collegis.* Notat *Eusebius* in Ægypto post Nectenabi excessum, regnasse regem qui Theo dictus est. Philippus ille de quo iam dixi datus Thebanis, obses fœderis Macedonum cum Thebanis, apud Epaminondam per triennium educatus, tantus euasit, quantum eius res præclarè gestæ postea declararunt. *Iustin. Plutarc.* quamuis rem aliter narret *Diodorus.* Dionysius Siculus Tyrannus fert opem Lacedæmoniis. Qui eodem hoc tempore fœdus iniere cum Atheniensibus. *Diodor.* iterùm firmatur anno insequente.	384	408 102 4
36		38	Hic annus Romæ fuit sine ciuilibus magistratibus. magna quidem est apud Liuium, & annorum nunc & magistratuum perturbatio. Dum Tribuni plebis omnino contendunt, vt alter consulum ex plebeio ordine esset, patres trepidant. Dictatorem aliquem dici ipsis placuit. is fuit Camillus, sed ipse se sponte abdicat mox dictator sufficitur P. Manlius Capitolinus. *Liuius & Plutar. in Camillo.* In Macedonia Ptolemæus dictus Alorites post occisum à se Alexandrum fratrem, regnat tribus annis, ex *Diodoro & Gemistio.* sed *Plutarchus* in Pelopida dat ei quadriennium. in Sicilia Dionysio seniori succedit filius Dionysius iunior. regnat annis 12. vt ferunt.	385	409 103 1
3637		39	*Tribuni Milit. Consulares hoc anno Romæ creantur Cornelius Cossus secundùm, & Crassus Sicurinus secundum cum collegis.* metu belli gallici M. Furius Camillus iam quintùm dictator creatur, penè octogenarius. pugnatum est ad Anienem, & ingenti relatâ victoria triumphus Camillo decretus est. *Liuius.* in reditu Velitræ à Camillo captæ. Dionysius iunior triremibus 12. Lacedæmonios iuuat. Aristoteles 18 annos natus, incipit esse auditor Platonis, cum quo hæsit annis 20. *Euseb. & Diony. Halic. in vita Demosthenis.*	386	410 103 2
3638		40	*Consules L. Aimilius Mamercinus, & L. Sextinus Lateranus.* ventum iterùm ad consules. & nunc primùm alter ex plebe, nempe Sextinus, creatur. Fabius pictor (*vt refert Gell. lib. 5. c. 4.*) numerat huc vsque post captam à Gallis vrbem, annos 22. seu duo & 20, vt ille loquitur. Quod verum est exclusis extremis. Creati porrò hoc anno prętor, & Ædiles curules, quos sibi honores acquisiuere patres: pro concesso plebi altero consulatu. prætori ius dicendi negotium datum, & vt sex lictoribus vteretur permissum. Hoc ferè anno, qui quintus est exactus à pugna Leuctrica, pax constituta inter Græciæ ciuitates; hortante ad id Persarum rege. sicque finitur bellum Laconicum, seu Bæoticum. *Xenophon lib. 7. Diodor. & Plutar. in Pelopida.*	387	411 103 3
3639		41	*Consules L. Genucius Auentinensis, & Q. Seruilius Ahala.* hos edunt hoc anno *Liuius, Cassiod & Diodor.* Res Romanæ liberæ à seditione & bello. Camillus diem claudit anno 24 post vrbē à Gallis liberatam. in Macedonia Ptolemęus Alorites, occiditur à fratre Perdicca, qui regnat annis ferè quinque, præsertim si extremos annos includas *ex Gemistio lib. 1. & Diodoro.* aut sex, iuxta alios. Iterùm inter Græcos exoritur bellum. *Diodorus.*	388	412 103 4

Orbis	Iudeorũ	Persarũ		V.C.	Olymp.
3640		42	*Consules* C. *Sulpitius Peticus, & C. Licinius Caluus.* Silent res Romanæ. non tamen Græci à mutuis seditionibus. Thebani aspirant ad maris imperium obtinendum.	389	413 104 1
3641		43	*Consules Aimilius Mamertinus secundùm, & Cn. Genutius Auentinensis.* L. Manlius Imperiossus, claui figendi causâ Dictator creatur, ad repellendam pestem. de qua re *Liuius.* In Phrygia mortuo rege Mitthridate, Ariobarzanes regnum occupat, qui vna cum Mausolo principe Cariæ, aliisque minoris Asiæ principibus, rebellionem fecit contra Persarum regem. his tamen conatus illis cessit satis infeliciter. *Diodor. Gemist.* in acie ad Mantineam contra Lacedæmonios, occubuit nunc Epaminondas, & simul cum eo concidit Thebanorum gloria, *Xenop. lib.* 7. *Diodor. & Iustin.* hic finitur Xenophontis historia de Græcorum rebus gestis. *vide qq. c.* 20. nunc quoque Atheniensium virtus bellica deferbuit, extincto emulo Epaminonda. & deinceps Macedonum nomen cœpit clarescere.	390	414 104 2
3642		*Artaxerxes. Ochus.* 1	*Consules Q. Seruilius Ahala secundùm, &* L. *Genucius Auentinensis.* hic Genucius qui primus ex plebe propriis auspiciis bellum gessit, occiditur in Hernicos Latii populum profectus. Dictator dictus Ap. Claudius. *Liuius.* In perfide Artaxerxes Ochus, filius prioris regnat post mortem patris annis 23. *ex Diodoro & Sulpitio Seuero,* quamuis alii plures dent annos: certè probabile est hunc, illum esse sub quo contigit historia Esther. quod satis confirmant quæ dixi *qq. c.* 14. *nu.* 26. & quia nulli alteri æquè conuenit illa historia.	391	415 104 3
3643		2	*Consules,* C. *Licinius Caluus secundùm &* C. *Sulpitius Peticus secundum.* nunc ducto in Hernicos exercitu consules Ferentinum capiunt. *Liuius.* Dictator insuper creatur T. Quinctius Capitolinus, causa putatur bellum gallicum. Galli enim tertio ab vrbe lapide via Salaria trans pontem Anienis castra posuere, *ex Liuio.* moritur Agesilaus Spartæ rex plusquàm Octogenarius rediens ab expeditione Ægyptiaca. vbi Nectenabum regno restituit: dux plurimùm laudatus. *Plutar.* Manlius à Gallo ad singulare certamen prouocatus, vincit, & hosti detracto torque Torquatus dictus est. *Liuius.* Philippus Macedonum rex iam incipit regnare. regnatque annis 24. *ex Diodoro, & Gemistio lib,* 1. quamuis plures dent annos *Euseb. & Iustin.* Hic fratrum minimus natu (de quibus ad an. v.c. 383) qui hærebat apud Thebanos, vt dixi ad annum vrbis 385, cum audisset Perdiccam fratrem occisum, relictis clam Thebanis venit in Macedoniam, vbi regnum penè collapsum restituit. *Diodor. & Gemist. citati.* Phalangem primus quadratam & confertam, quæ Macedonica dicta est, adinuenit.	392	416 104 4
3644		3	*Consules M. Fabius Ambustus, &* C. *Pætelius Liba Vilosus.* nunc M. Fabius Hernicos deuincit: Q. Seruil. Ahala Dictator creatus, Gallos non procul à collina vrbis porta auertit. Pætelius consul Tiburtes & Gallos qui ex pugna aufugerant, fugat, & de vtrisque triumphat. *Liuius.*	393	417 105 1
3645		4	*Consules M. Popilius Lenas, & Cn. Manl. Capitolinus imperiossus.* Tiburtes excursione ad portas vrbis factâ repelluntur à consulibus. Philippus Macedo Illyricos vincit. pacem constituit cum Atheniensibus, reddita illis Amphipoli: *Diodor.* idem narrat pacem inter Dionysium Tyrannum & Carthaginenses.	394	418 105 2

Orbis	Iudæo.	Perſa.		V.C.	Olympia
3646		5	*Conſules* C. *Fabius Ambuſtus,* & C. *Plautus Proculus.* Dictator dictus Sulpitius Peticus contra Gallos. De quibus ad Præneſte victis triumphat. *Liuius.* Philippus Macedo orto cum Athenienſibus diſſidio recipit Amphipolim, Pidnam capit & Potidæam, auri etiam reſtituit fodinas. *Diodor.* victis porrò à ſe Illyricis pacem dat. *Diodor. & Gemiſt.* Plato nunc iterùm venit in Italiam, & Architam Tarentinum inuiſit. *Gemiſtius.*	395	419 105 3
3647		6	*Conſules C. Martius Rutilus & Cn. Man. Capitolinus imperioſſus ſecundùm.* miſſus quidem eſt Mantius contra rebellantes Faliſcos, at nihil geſtum quod memorabile ſit *Liuius.* Theſſaliam ſibi amicam reddit Philippus. *Gemiſt. Diodor.* In Sicilia Dion Platonis amicus & frater vxoris Senioris Dionyſii, ope Corinthiorum, inter quos exulabat, Syracuſanis libertatem reſtituit, pulſo tyranno in Italiam. notant *Diodorus & Gemiſtius* id accidiſſe anno 48. ex quo ſenior Dionyſius ciuitatem illam occupauit.	396	410 105 4
3648		7	*Conſules M. Fabius Ambuſtus ſecundùm, & M. Popilius Lanas ſecundùm.* Priuernum Latii vrbem Samnitibus vicinam cepit anno 396, Rutilus conſul, & triumphauit. Tiburtes hoc anno à Lænate in vrbem compulſi. Fabius Faliſcorum caſtris potitur: Rutilus Dictator triumphat de Tuſcis. *Liuius.* hic primus de plebe Dictator, triumphat iuſſu populi, ſine patrum authoritate. Ad hunc annum conſignari debet natals Alexandri magni, patre Philippo Macedone. quando etiam (κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον inquit Plutarchus) pater nuntium accepit de victis Illyriis à duce ſuo Parmenione, & de victoria à ſuis reportata in certamine Olympico. De menſe quo natus eſt, ſic Plutarchus. ἐγεννήθη δ᾽αὖ Ἀλέξανδρος ἱσαμένυ μηνὸς Ἑκαλομβαιῶνος. qui menſis ſiue Auguſtum nobis reddat, ſiue Septembrem; dat ineuntem annum aliquem Olympiadis. ſi vero Iunium dat, oportet eſſe aliquem Olympiadis annum exeuntem. & hunc quidem Olympiadis 106. quam omnes admittunt. atque huius Olympiadis annum primum dat *Scaliger* de emendat. ſecundum vero *Euſebius.* ſanè annus vrbis 397 nunc ex currẽs ab Aprili, vtrumque annum attingit: nempe exeuntem primum à ſolſtitio æſtiuali, & inde ineuntem ſecundum. ergo tota reliqua quæſtio eſt de menſe Iunio, Iulio vel Auguſto. quæ planè exiguum habet diſſidium. nos pro more componendi annos ſupra firmato, hic componimus ſimul hæc tria: natalem Alexandri, annum v. c, 397, & Iphiti annum 421. & ſicut Iunius dat primum exeuntem, ita Auguſtus dabit ſecundum ineuntem Olymp. 106. hæc de natali Alexandri. Incenſum nunc putatur templum Dianæ Epheſi. ſaltem hoc tempore, per Heroſtratum; nempe vt ſic, memoriam ſui poſteris relinqueret. *Solin. c.* 43. Brutii, id eſt lingua patria ſerui fugitiui, occupant regionem Italiæ quæ ab illis Brutiorum prouincia nunc vocatur. *Diodor.*	397	421 106 1
3649		8	*Conſules C. Sulpitius Peticus tertiùm. & M. Valerius Poplicola.* Romæ ablato poſt 11. annum à plebe conſulatu, patricii ambo conſulatum inerunt. Delphi vrbs eſt Phocidis regionis in Achaia. ibi Delphicum Apollinis templum ſpoliatum agris eſt à Phocenſibus duce Philomelo. ob id natum eſt bellum ſacrum ſeu Phocenſe & decennale; illatum à Bæotiis ad hanc vindicandam iniuriam. *Demophilus* bellum deſcripſit. *Pauſan. & Diodor. lib.* 16. Moritur Mauſolus Cariæ rex, cui Artemiſia vxor & ſoror, inſigne illud erexit monumentum, quod inter ſeptem orbis mira opera numeratur. *Diodor. Strab. & Plin.*	398	422 106 2

Orbis	Iudæorum duces.	Persarum		V.C.	Olymp.
3650		9	*Consules M. Fabius Ambustus tertium & T. Q. Pennus Capitolinus Crispinus.* Romæ Fabius de Tiburtibus capta vrbe triumphat. *Liuius.* Siciliam & Syracusas Dione occiso, Calippus cædis author administrandam suscipit. Philippus Macedo Methonem euertit, pagas sibi subiecit. *Diodor.* Suadet Demosthenis vt Athenienses pacem retineant cum Philippo.	399	423 106 3
3651		10	*Consules C. Sulpitius Peticus quartùm, & M. Valerius Poplicola secundũ.ex* Linio *& Cassiod.*nũc iterũ est plebeis cõsulatus interdictus. creatur Romæ Dictator T. Manlius Torquatus. hic Cærites in Tuscia in deditionem sine prælio accepit. In Sicilia sub idem tempus Hipparinus Dionysij filius Syracusas recuperat; pulso Calippo. *vide annum V.*C.396 *& 399.Diodor.*	400	424 106 4
3652	Ioseph.	11	*Consules* P.*Val.*Potitus Poplicola,*& C. Mat. Rutilus secundum.* Ex rumore belli Etrusci dictus est Dictator C. Iulius. tamen foris quieta manserunt omnia. Demosthenes primam philippicam dicit in Philippum, suadens mitti exercitum in Macedoniam. *Diony. Halic.* adhuc superest in Italia Dionysius iunior. & Locros magnæ Græciæ vrbem occupat. *Iustin. lib.* 20. Cyprus à nouem nunc regulis possessa, adhuc tota Persis subiecta manebat *Diodor.* qui notat Pheras iam à Philippo captas. Ioseph Dux Iudæorum annis 7. *Philo annii.*	401	425 107 1
3653		12	*Consules* C.*Sulpitius Peticus Quintùm,&* T. *Q. Pennus Cincinnatus.* Romæ absque belli terrore Dictator creatur M. Fabius Ambuscus, tantum ne lex Licinia Comitiis consularibus obseruaretur. Ægyptus deficit à Persis, sed Ochus ingentem ducens exercitum in Ægyptum, pellit Nectenabũ in Æthiopiam, iterumque subdit Persis Ægyptum. *Euseb. Diodor.*	402	426 107 2
3654		13	*Consules M. Popilius Lænas tertiùm, & L. Cornelius Scipio.* Dum Scipio iacet morbo implicitus, Popilius contra Gallos, qui in Agro Latino castra posuere mittitur. hostis exuitur castris, & Consul triumphat. *Liuius.* Græcia agitata intestinis motibus, artibus Philippi Macedonis, qui hæc fouebat dissidia, vt sic ciuitatibus sensim potiretur. *Iustin. lib.* 8. *Diodor.* Rebellantes Cyprios domat Persarum exercitus, duce præsertim Euagora, quem aliqui suspicantur esse Nicoclem in scriptis Isocratis, & filium illius qui olim Salaminæ regnauit. *Obijt hic in Asia. Diodor.*	403	427 107 3
3655		14	*Consules L. Furius* Camillus,*& App. Claud. Crassinus Regilensis.* Moritur Claudius in belli apparatu contra Gallos, quos Furius acie vicit in agro Pontino, compulitque in Apuliam. M. Valerius Trib. Milit. dictus est Coruinus ex singulari pugna cùm Gallo, quòd certanti coruus affuisset. *Liuius. Eutrop.* Dictator creatur T. Manlius Torquatus. Olynthii bello vexati à Philippo, auxiliares copias accipiunt ab Atheniensibus hortante Demosthene in suis Olynthiacis. hanc vrbem Thraciæ maritimam definiunt Xenophon & Libanius.	404	428 107 4
3656		15	*Consules M. Popillius Lænas quartùm & M. Valerius Coruus.* Apud Romanos otium foris domique. Philippus Olynthum ad deditionem compellit. *Diodor.* anno captæ huius vrbis diem clausit Plato. *Plutar. in* 10. *orator. Athen. lib.* 5 *cap.* 12. *& Suidas, licet Euseb. dicat obijsse an.* 1. *Olymp.* 109. *vide Dionysium* in vita Demosthenis, vbi dat Theophilum tunc Athenis prætorem.	405	429 108 1
3657		16	*Consules* C. *Plautius Venno Ypsæus,& T. Manl. Imperiosus Torquatus.* Silent hoc anno Romana arma. Demosthenes habuit Philippicam 6. qua suadebat vt Athenienses armis iuuarent Hellesponti vrbes contra Philippum. Pax firmata tamen ad 7. annos inter Philippum & Athenienses. *Diodor. Gemist.*	406	430 108 2

Orbis	Iudæorum	Persarum		V.C.	Olympia.
3658		17	*Consules M. Valerius Coruus secundùm, & C. Patelius Libo Visolus. ita Liuius & Cassiodorus.* licet *Censorinus* det his annũ V. C. diuersum. Philippus, Phocenses deditione accipit, pulsis inde Delphici templi violatoribus. & sic finitur bellum sacrum decennale. *Diodor.* Dum nunc Sicilia miserè à Tyrannis vastata iaceret, Dionysius iunior tandem Syracusas, & pristinam inuadit, recuperatque ditionem, pulso Nisæo. & dum eum Carthaginenses nouo bello aggrediuntur, Corinthii Timoleonẽ ducem eò mittunt, qui Syracusanis opem ferret. *Diodor. & Plutar. in eius vita.* Hanno affectatæ tyrannidis reus damnatur apud Carthaginenses. *Iustin. lib. 21.*	407	431 108 3
3659		18	*Consules M. Fabius Dorso, & Ser. Sulpicius* Camerinus. *ex Liuio & Cassiod.*. L. Furius Camillus dictator creatus prima acie debellat Auruncos, veteris Latii populos. Timoleon in Siciliam appellens Tauromenii recipitur, aliæque ciuitates in eius fidẽ se recipiunt. *Plutar.* in eius vita. Abner Dux Iudæorum.	408	432 108 4
3660	Abner.	19	*Consules* C. M. *Rutilus tertium, & T.* M*anl. Imperiosus Torquatus secundum.* Romæ P. Valerius Poplicola Dictator dictus, feriarum constituendarum causa, quòd lapides pluisset, & interdiu nox visa esset intendi. *Liuius.* Demosthenes habet 7. Philippicam, *Diony. Halic. in eius vita.* quo anno Philippus victis Illyriis, Thessaliam etiam tyrannis liberauit, & amicam fecit. *Diodor. & Gemist.* Dionysius iunior bellis oppressus partem vrbis Syracusanæ quam tenebat cessit Timoleoni. à quo ille Corinthum missus, diem in Ægestate clausit ibidem.	409	433 109 1
3661		20	*Consules M. Valerius Coruus tertiùm. & A.* Cornelius C*ossus Aruina.* nunc Campanorum causa (qui se Romanis dediderunt & quos Samnites opprimebant) susceptum est Samniticum bellum. per annos quinquaginta gestum. triumphos habuit 24, *ex Floro.* huic bello annos 70 dat *Liuius lib. 31. in oratione legati Romani, in* C*oncilio Aetolorum.* sunt Samnites inter Picenum agrum, Campaniam et Apuliam medii. hodie Abruzzo. & Beneuentanus olim ducatus. Ambo Consules hoc anno bis vincunt Samnites, amboque triumphant. Aristoteles incipit Alexãdrum erudire, in quo munere hæsit annis 8. *Diony. Halic.* Dum Philippus magnam nunc Thraciæ partem subigit, Euboeam insulam munit contra Atticam, & sinum Chalcidis parat ad nauigationem in Atticam. Demosthenes apud Athenienses habet Philippicam 8. *Diony. Halic.* D*iodor. Gemist.* Timoleon Corinthius summa rerum potitur in Sicilia, pulsis Carthaginensibus, & profligato Iceta, Syracusas splendori pristino restituit, euocatis è Græcia nouis incolis. *Plutarch. Diodor.*	410	434 109 2
3662		21	*Consules Marcius Rutilus quartum, & Q. Seruilius Ahala.* Romæ lata lex, ne quis intra decennium, eundem caperet magistratum. M. Valerius Coruus Dictator creatus, militarem seditionem in Campania comprimit. *Liuius.* Exorto inter Philippum & Athenienses bello, Phocion Atheniensium Dux Euboeam insulam recuperat fuso Macedonũ exercitu. *Plutarc. in* P*hocione.* Demosthenes 9. & 10. Philippicam dicit in Philippum. *Diony. Halic.* nunc Isocrates Panathenaicum dedit in lucẽ. qua oratione in Panathenæis (de quibus festis solẽnibus vide 3439. & Suidã) habita, Athenienses anteponit Lacedæmoniis. eam habuit inquit Cicero, anno ætatis quarto & nonagesimo. Timoleon Icetam redigit in ordinem & Siciliam liberat tyrannis dominatoribus. *Diodor.*	411	435 109 3

Orbis	Iudæorum	Persarum		V.C.	Olymp.
3663		22	*Consules C. Plaut. Venno Ypsæus secundùm, & L. Aimilius Mamercinus.* Missus Ypsæus ad Priuernates, hostes vincit, & Priuernum vrbem Latii, Samnitibus vicinam capit. Samnitibus pax hoc anno concessa. Alexander 16 annos natus, absente patre in expeditione contra Bizantium, domat Megarienses. *Diodor. Plutar.* Perinthus vrbs Thraciæ ad Propontidem obsidetur etiam à Philippo. Demosthenes Philippica 11, hortatur Athenienses ad obsessorum subsidium. authores citati.	412	436 109 4
3664		23	*Consules T. Manl. Imperiossus Torquatus tertiùm, & P. Decius Mus.* Dictator Papirius Crassus missus in Antiates nihil memorabile gessit. Latini responso feroci alterũ Consulem è Latio fieri petentes, Romana arma in se conuertunt. Decius tunc Consul, in aciem Latinorum impetu facto, se Diis manibus deuouit, & morte sua victoriam suis peperit, inquit *Liuius* Phocion Atheniensis exercitus Dux. Philippum repellit, cogitque in Hellespontum se recipere, interim Demosthenes ciuitates Greciæ legatus lustrans, pertraxit ad fœdus contra Philippũ, exceptis Thebanis. Philippus pacem petit, quam negant Athenienses suasore Demosthene Philippica 12. & vltimâ quã nunc habuit. *Diodor. Diony. Halicar. Epist. ad Ammaum. & Plutar. in vita Demosth.* Carthaginenses ducibus Hasdrubale & Amilcare iterùm Siciliam inuadunt. In conflictu, 70 millia fudit Timoleon, qui 7 tantum millia numerabat in suo exercitu. ingens fuit hæc Carthaginensibus clades. *Diodor. Plutar.*	413	437 110 1
3665		*Arses.* 1	*Consules T. Aimilius Mamercinus, & Q. Publius Philo.* Triumphat Philo de Latinis victis in campis Senectanis. apud Persas Ochus Rex venenato pharmaco extinguitur. Bagoas qui medicum ad hoc facinus impulit, effecit vt Arses ætate minimus, occisis fratribus regno præficeretur. *Diodor.* Philippus Phocensiũ vrbes sibi deuincit. Demosthenes Thebanos reddit Atheniẽsibus confœderatos. *Dionys. & Plutar. in Demosthene.* Timoleon in Sicilia occiso Iceta pacat omnia pulsis tyrannis, & pace composita cum Carthagine. *Diodor.*	414	438 110 2
3666		2	*Consules* L. *Furius Camillus, &* C. *Mainius seu Manius.* Latini ingenti pugnâ superati sunt, & de his perdomitis triumphatum, inquit post Liuium Eutropius. In Thracia pugnatum ad Cheroneam. in quo prælio Philippus vincit Athenienses & Thebanos. à die huius insignis victoriæ, res Græcorum sẽper retrò prolapsæ sunt, vsque ad amissam tandem omnem libertatem. Isocrates anno iam ætatis 98. dolore cadentis patriæ superatus moritur. *Gemist. Diodor. & Plutarc. in Demosthene & Isocrate.* Paulò ante hanc pugnam lis forensis cœpta de corona aureâ à populo decreta Demostheni, vrgente ad id populum Ctesiphonte oratore.	415	439 110 3
3667		3	*Consules* C. *Sulpitius Longus, & P. Ailius Pactus.* Philippus Thebanis ad deditionem compulsis, præsidium imposuit Macedonicum. datæ etiam pacis conditiones Atheniensibus. & ipse Imperator Græcorum contra Persas delectus Corinthi est. sed initio sequentis anni expansi occiditur à Pausania, & vt puto ante mutatum hunc vrbis annum. de his *Diodor & Plutar.* Obiit Timoleon cum Siciliam 8. prope annis rexisset, laudatus ab omnibus princeps. *Diodor.*	416	440 110 4
3668	*Darius*	4	*Consules* L. *Papirius Crassus & K. Duilius.* In Perside Arses Ochi filius à Bagoa Satrapa occiditur vna cum liberis. qui regnare fecit Darium, vltimum Persarum regem, Ochi nepotẽ	417	441 111 1

Orbis	Indictionum	Persarum		V.C.	Olympias
			ex fratre, dictus est Melas. *Diodor. Euseb. Iustin.* Philippus Macedonum Rex occisus est à Pausania satellite, cogitans de expeditione Persica. de eius initio supra anno V. C. 392. Regnat filius Alexander (dictus postea magnus) anno ætatis ferè 20. *Arrianus de reb. gestis Alex.* regnat annis 12. *Diodor. lib.* 17. *in fine.* vixit annis 32. *Arrian.* hanc Olympiadem notat *Diod. lib.* 16. Initium ergo Alexandri incidit quidem in principium anni Orbis 3668. sed adhuc anno V. C. 417 nondùm inchoato. Excurrebat tamen primus annus Olymp. 111, iuxta horũ annorũ initia supra stabilita. Alexander videns morte patris vndique ingruere bella; primo & secundo regni anno Barbaros compescit victis Illyriis & Triballis ad Danubium. Syrmum Getarum regem capit, & Thebas solo æquauit, ob cæsos ibi Macedones, qui prę́sidiarii erant *Diodor. lib.* 16. *&* 17. *Iustin. lib* 9. 10 *&* 11. *Arrianus in vita Alexandri. Plutarch.* hic finit historiam Gemistius dictus Piethon.		
3669		2	*Consules M. Val. Coruus quartùm. & M. Attilius Regulus.* Narrat Liuius à Coruo consule fusos Calenos in Campania, capto eorum oppido, & decretum triumphum. Alexander euersis Thebis parat expeditionem persicam.	418	442 111 2
3670		3	*Consules T. Veturius Caluinus, & Sp. Post. Regillensis Albinus.* Creatur Cornelius Rufinus Dictator. qui mox se abdicat Magistratu. Alexander Patri substitutus Græcorum Imperator, exercitum ducit in Asiam. vincit Persas ad Granicum Phrygiæ fluuium. Expugnat Sardes, Miletum, & Halicarnassum. *Diodor. Q. Curtius. Iustin. & Arrian.* Circa hunc annum Sanaballat templum construere cœpit in monte Garizim, concedente Alexandro magno. *vide qq. cap.* 16. *nu.* 8. *&* 30.	419	443 111 3
3671	*Matathia Elith.*	4	Hic annus ponitur, nec malè vt opinor, sine vllis consulibus, *Ab Onuphrio, Sigonio & alijs.* licet Onuphrius ex suo calculo, id putet accidisse anno 421. non desunt tamen qui Dionysiũ secuti, proprios edant huius anni Consules. Causam solitudinis huius subindicat his verbis *Liuius, quia post abdicatam dictaturam pestilentia insequuta est, velut omnibus eo vitio contactis auspicijs, res ad interregnum rediit.* Alexander prælium committit ad Issum in Cilicia. fusus ibi Persarum exercitus. fuga euasit Darius. mater, vxor & liberi Darij capti, *authores citati.* Memnon Rhodius Persarum Dux, multis insulis & vrbibus in Græcia redactis in potestatem Persarum, nunc obiit. *Diodor. Q. Curtius.* Matathia Elith Dux Iudæorum annis, 12. *Annius.*	420	444 111 4
3672		5	*Consules A. Cornel. Cossus secundùm, & Cn. Domitius Caluinus.* fama Gallici belli fecit vt nominaretur Dictator M. Papirius Crassus. sed quieta manserunt omnia. *Liuius.* Alexander subacta Phœnicia Tyrum expugnat, mense septimo obsidionis. & animo Iudæis infenso ob repudiatum fœdus cum Græcis, pergens Hierosolymam placatur à Iaddo. *Iosep. lib.* 11. *Antiq. cap.* 8.	421	445 112 1
3673		6	*Consules M. Claudius Marcellus, & C. Valer. Potitus Flaccus.* Romę, Matronæ veneficia coquentes pestilentiam alebant. creatus Dictator Cn. Quinctilius claui figendi causa; vt sic expiaretur facinus, habita de maleficis inquisitione: *Liuius.* Hoc anno regni 6, Alexander subegit Ægyptum; templum Iouis Ammonii in Lybia inuisit. *Diodor.* Occurrit Dario in Assyria. pugnatur ad Arbela (ad Gangamela inquit Scalig.) mense Augusto, *ex Plutarcho, in Alexãdro.* victus tertiò Darius, quando concidit Persarum Monarchia, à Cyro huc vsque producta, & ab	422	446 112 2

& ab anno V.C.192. cum proinde ſtetiſſet annis 230. vt ſentiūt *Diodor.* *Q. Curtius lib.* 4. & 6. *Iulius Afric. apud Euſebium.* ſcribit porro *Diodorus* hoc Alexandri anno, condi cœptam Alexandriam, iubente Alexandro in loco antiquæ, & dirutæ ciuitatis, quæ No appellatur, *Nahum* 3. *vide qq. c.* 15. *nu.* 8. alii dant annum Alexandri 9.

GRAECORVM MONARCHIA.

Perſarum deſtructo imperio Alexander magnus inchoat hoc anno Græcorum Monarchiam. quando victo vt dixi Dario ad Arbela 26 Auguſti, ſumma rerum potitus eſt. anno 2. Olymp. 112. ex *Diodoro*, & *Arriano lib.* 3. Obſeruat *Plutarchus* Lunæ eclipſin nocte vndecima ante pugnam ad Arbela. addit *Scaliger* de Emendat. Olympiadem hic notatam. ſed menſem dat alium, in qua re hallucinari vult Plutarchum & Ciceronē de Diuinat. non enim vult pugnatum, vt ait Plutar. πέμπτῃ τοῦ Βοηδρομιῶνος φθίνοντος, ſed δευτέρᾳ ἱσταμένου. De principio περιόδου Calippi quod in hunc annum incidit. *vide qq. cap.* 15. *num.* 7. & *cap.* 19. *num.* 25. Continebat quatuor Enneadecaterides, ſeu Cyclos Metonis, aut Olympiadas 19. his enim 76 annis peractis putabat ſolem & lunam æqualem abſoluere periodum. & ſic rectè inueniri concordiam curſus Solis & Lunæ.

3674 | Alexādri Magn. an. 7 | 423 | 447 112 3

Conſules Papirius Craſſus ſecundùm, & L. Plautius Venno. Conſules Priuernum obſident. Ciuitates Perſicæ & Aſſyriæ dedunt ſe Alexandro, oblatis ei ciuitatum clauibus, dum Suſæ eſſet non procul à Tigri, & poſtea Babylone vbi Theſauros Perſicos reperit. Darius in fuga apud Bactrianos à Beſſo occiditur. *Q. Curt. Plutarc. Diodor. Arrianus.* Athenis cauſa de corona adiudicatur Demoſtheni contra Eſchinem. qui mox exulat apud Rhodios. *Plutar. in Demoſthene.* Græci rebelles in Alexandrum victi ab Antipatro, quem Alexander abſens præfecerat Macedoniæ. *Diodor.*

3675 | 8 | 424 | 448 112 4

Conſules L. Aimilius Mamercinus ſecundùm, & C. Plautius Decianus. Priuernum vrbs obſeſſa anno ſuperiore nunc expugnatur. & triumphat Plautius. *Liui.* Bactriani ſe dedunt Alexandro, vbi Beſſus Percuſſor Darij traditus Alexandro occiditur. Amazonum regina ibidem conuenit Alexandrum.

3676 | 9 | 425 | 449 113 1

Conſules C. Plautius Proculus Venox, & P. Cornel. Scipio Scapula. Nihil memorabile geſtum hoc anno à Romanis. Alexander Sogdianos & Scythas bis vincit, & Indiam ingreſſus profert Imperium. Demoſthenes exulat vſque ad Alexandri exceſſum. *Plutarch.*

3677 | 10 | 426 | 450 113 2

Conſules L. Cornelius Lentulus, & Q. Publilius Philo ſecundùm, Romani Cornelium Samnitibus opponunt. Publilius Palæpolitanis bellum indicit. *Liuius.* Alexander in India Porum regem victum ducit captiuum. *Plutarch. Iuſtin. Diodor.*

3678 | 11 | 427 | 451 113 3

Conſules C. Pætelius Libo Viſolus ſecundùm, & L. Papirius Curſor. In hunc annum incidit primus Proconſulatus Romæ, quando Philoni prorogatum eſt imperium, & pro conſule rem gerere iuſſus eſt, quoad debellatum eſſet cum Græcis. victis hoſtibus triumphauit primus in proconſulatu. de hac dignate proconſulari lege *Onup. ad an.* 428. triumphat de Palæpolitaneis Philo. fuit Palæpolis non procul inde, vbi nunc eſt Neapolis. Narrat *Liuius lib.* 8. Alexandrum Epiri regem; qui ante 12 annos venit auxilio Tarentiuis contra Lucanos, nunc fuiſſe occiſum.

3679 | | | 12 | | 428 | 452 113 4

Consules L. Furius Camillus secundùm, & D. Iunius Brutus secundùm. Camillo Samnium, Bruto Vestini qui se Samnitibus coniunxerant obuenerunt. *Liuius.* Alexander Babylonem venit dehortãtibus Chaldæis, & prçnũtiantibus si veniret, interitũ. *Diodor.* Ibi audit legationes omnium gentium, curat superbum funus Hephæstionis amicissimi sibi, & dolo hausta venenata potione moritur. mensis atticus notatur Εκατεμβαιών, & Plutarcho obiit Δαισίου τῆ τρίτη τελευτῶντος. si autem vtroque mense Attico scilicet & Macedonico notetur vt multorum est sententia noster Iunius, palam est obiisse anno insequenti qui est vrbis 429. si verum est quod ait Diodorus, expleuisse regni annos 12. cum aliquot mensibus. tot enim sunt ab anno V.C. 416 exeunte, ad 429, mense Iunio.

3680 | | Arideus. 1 | Ptolemaus. 1 | | 429 | 453 114 1

L. Papirius Cursor Dictator sine vllis Consulibus, qui hoc anno triumphat de Samnitibus. Hic Q. Fabio Maximo quem Magistrum equitum nominauerat, abrogauit Magisterium, quòd se comitiorum causa absente pugnasset contra Samnites, quamuis prosperè. Quod spectat ad res Græcorum, manet ex his quæ ad annum qui proximè præcessit dixi, Alexandrum hoc demùm anno diem clausisse. dant enim illi annos 12. & aliquot menses hi authores, *Diodor. Plutar. & Eusebius.* consentiunt *Diogenes Laertius & Arrianus.* qui addunt eodem die & anno obiisse Diogenem Cynicum. denique *Clemens Alexan.* 1. *Strom.* dat annum vrbis 429.

DIGRESSIO DE SVCCESSORIBVS Alexandri.

Post excessum Alexandri magni, diuisa est, & in varias distracta partes Græcorum Monarchia; vti præter alios narrat Diodorus. Nam sedato principum tumultu, tandem *Philippus Arideus*, Alexandri frater, designatus est in Macedonia successor, interim donec Alexãdri magni filius adolescat. vt scribit Diodor. lib. 18. initio. *Perdiccas* filio Alexandri datur tutor. ille est cui Alexander moriens annulũ dedit. Prouinciis præficiuntur, qui postea eas in regna cõuerterunt sua. præsertim ab anno 3693. vti ibidem aduerto. ergo Ægypto præficitur *Ptolemæus Lagi filius*: Paphlagoniæ & Cappadociç *Eumenes*: *Antigonus* Philippi filius Phrygiæ maiori. *Cassander Antipatri filius*, stipatoribus regis: *Lysimachus* Thraciæ & Ponto. demùm *Seleucus* constituitur Castrorum Tribunus. de hac aliaque prouinciarum sortitione Iustinus & Diodorus sub initiũ libri 18. neque tamen sine principum horum discordia steterunt nũc res Græcorum. eaque protracta est per annos 12. continuos. Post quos cœpit Seleucus regnare, Syriamque & Babyloniam obtinuit. *Antipater* cuius hic mẽtio fit, ille est, cui Alexander absens commiserat in Græcia rerum gubernationem, & quam nunc etiam retinuit, & fortè vt vnus è tutoribus filio Alexandri datis. Aliqui enim scriptores discrepantes à Diodori sententia, quatuor dant Tutores. *& Arideum* ex tutoribus vnum numerant. Habuit tamen vicissitudinem hæc tutorũ tio, & exourrentibus illis 12 annis, diẽ clausit Antipater, cui in tutela substituunt breui principes *Polyperchonta*. *Arrideus* occiditur ab Olympiade anno 7. & aliquo de-

mū tēpore, ab hac cæde occidētur *Olympias*, & *Eumenes*, hāc tragicā historiā dāt ampliorē qui insequūtur anni.

Arideus ergo frater Alexandri, hoc anno vrbis 429 429
3680 *Arideus* cœpit regio nomine præesse Macedonibus, complebitque regni annos septem, inchoatos nunc à morte Alexandri, à qua deinceps putantur hic anni, regni Macedonici restituti. quod posteà stetit annis 156 defecit enim ad annum orbis 3836. plura de hoc Arideo, qui & *Philippus* dictus est, lege apud *Diodorum lib.* 18.

Ptol. Lagi Ptolemæus *Lagi filius*, cui obtigit Ægyptus regnabit hinc, & complebit annos 40. iuxta *Eusebium*. à morte inquam Alexandri, vnde anni putantur restituti regni Ægyptiaci, quod steterit deinceps annis 294. defecit in Cleopatra, ad an. V.C. 723.

Asiæ regnum. *Antigonus*. nunc quidem mortuo Alexandro incipit præesse Asiæ in Phrygia. tamen non nisi post sex annos instituit regnum Asiæ, scilicet anno vrbis 437 à regno vero Asiatico inchoato regnaturus est annis 18, includendo extremos annos, ita *Eusebius*. vide *Diodorum lib.* 18. parùm ergo durabit hoc Asiæ regnum. Nam Antigonus post inimicitias, & gestum cum Seleuco bellū, futuro Babyloniæ satrapa, relinquet regnū Demetrio filio. qui tādē anno regni sui 17. & Seleucidarū an. 28, se ipsum Seleuco genero tradet, sicque cessabit Asiæ regnum. *Euseb* cætera dabunt insequentes anni.

3681 | | 2 | 2 | Consules C. *Sulpitius longus secundùm*, & *Q. Aulus Cerretanus* Decretum Consulibus hoc anno bellum cōtra Samnites, & nouum in Apulia, sed nihil memorabile gestum. Greciæ ciuitates inito fœdere sub auspiciis & ductu Atheniensium conspirant contra Macedones. à quibus obsidetur Antipater intra Lamiam vrbem, vnde natum bellum Lamiacum. reuocaturque ab exilio Demosthenes. *Diodor. Plutar.* | 430 | 454 114 2

3682 | *Arsarmabae.* | 3 | 3 | Consules *Q. Fabius* Max. *Rullianus* & L. *Fuluius Curuus*, Dictator dictus A. Cornelius Cossus Aruina, ludorum causâ, & qui mittendis quadrigis signum daret. Consulibus bellum contra Samnites Commissum, de quibus etiam triumphant. licet aliqui, de illis triumphasse scribant Dictatorem. Antipater Macedoniæ tutor minatur bellū Atheniensibus, nisi decem ei tradantur oratores, belli vt putabat authores. Ex his Demosthenes fuga elapsus, & desperans se posse euadere, veneno hausto extinguitur. *Plutar. in horum vita.* Ptolemæus Aegypti Rex captis Hierosolymis spoliat tēplū. *Ioseph. lib.* 10. *Antiq. c.* 1. moritur Aristoteles in Chalcide, anno ætatis tertio supra sexaginta. Antipater duplici prælio victis Atheniensibus, subiecit sibi Athenas, & finem accipit bellum Lamiacum. *Diodor.* Asarmahat Dux Iudæorum annis 9 *Philo Annu.* | 431 | 455 114 3

3683 | | 4 | 4 | Consules *T. Veturius Caluinus secundùm*, & *Sp. Post Regillensis Albinus secundùm*. horum meminit *Cicero lib.* 3. *de Offic.* Ab his malè pugnatum est contra Samnites. & victi, sub iugū missi sunt, pace turpi constituta ad furcas Caudinas, *Liuius, Florus. Eutrop.* In Asia Eumenes opē ferente Perdicca Paphlagoniā, Cappadociam & Ponticí maris oram occupat, tenuitque quoad vixit. Perdiccas inuadens Ægyptum occiditur *Diodor. Plutarc. in Eumene, Iustin. lib.* 13. & 14. florent Theophrastus A- | 432 | 456 114 4

ristotelis auditor, & Theodorus Athenus. *Euseb.*

3684 | | 5 | 5 | *Consules Q. Publilius Philo tertium, & L. Papirius Cursor secundum.* Consules illi ad Caudium victi, nunc dediti sunt hostibus. ac ita Romanis religione solutis bellum Samnitibus indicitur. tres dictatores habuit hic annus. at cur facti, aut suffecti non satis constat. *Liuius.* nunc saltem Antipater Perdicca occiso, sufficitur tutor filiorum Alexandri. Et Ægyptum Ptolemæo cōfirmans, Seleuco in diuisione prouinciarū dedit Babylonem. *Diodor. Iustin. lib.* 24 Ptolemæus Phœniciam & Syriam inferiorem sibi subiecit. *Diodor.* | 433 | 457 115 1

3685 | | 6 | 6 | *Consules L. Pap. Cursor tertium & Q. Aul. Cerretanus secundum.* Samnitibus hoc anno superatis & sub iugum missis triumphat Papirius qui sic turpem ad Caudium pacem vltus est. *Liuius.* Antipater ex Asia regressus in Macedoniam moritur. substituit moriens Polypercōta, cùm in quadam alia administratione, tùm in tutela filiorum Alexandri. Cassander hac re plurimùm offensus armatur contra Polyperconta primùm in Macedonia, mox in Peloponeso. *Diodor.* | 434 | 458 115 2

3686 | | 7 | 7 | *Consules L Plautius Venno, & M. Follius Flaccinator.* Romani petentibus Samnitibus dant biennii inducias. Theanenses & Canusini in Apulia vrgente Plautio consule veniunt in deditionem. *Liuius.* Cassandrū nunc quidem vincit Clitus, Dux Polypercontis. sed breui Cassander Macedoniam tenebit. *Diodor.* Phocion Atheniensium Dux, accusatus quòd non succurrisset his qui Piræum Athenarum portum propugnabant, damnatus occiditur. Cum Phocione, qui ob præclaras domi forisque dotes probus est appellatus, concidit Athenarum gloria. *Plutarchus in Phocione.* | 435 | 459 115 3

3687 | | Cassander 1 | 8 | *Consules Q. Aimilius Barbula, & C. Iunius Bubulcus Brutus.* à Romanis perdomita Apulia perrectum in Lucanos, & repentino Aimilii Consulis aduentu captum vi Nerulum, Lucaniæ oppidum. Polypercon Cassandri hostis concilians sibi Macedones effecit, vt Olympias mater Alexandri præficeretur regno administrando. quæ mox occidi fecit Arideum Philippum, Alexandri fratrem, cum septem annis regnasset. *Diodorum lege de hoc Arideo* Arideo successit Cassander, filius Antipatri. *Diodor. lib.* 19. saltem anni 19 quibus regnauit Cassander, numerantur à cæde Aridei iuxta Diodorum, & Eusebium. Eumenes conciliat sibi veteranos Alexandri milites, qui Argyraspides à clypeo argenteo dicti sunt: & Suzæ in Perside parat expeditionem in Antigonum. *Diodor. Aimil. Probus.* Agatocles occupat Syracusas in Sicilia. *Diodor.* | 436 | 460 115 4

3688 | | 2 | 9 | *Consules Sp. Nautius Rutilus, & M. Popillius Lenas.* Fusi Samnites rebellantes, Dictatore L. Æmilio Mamertino. In Mediæ finibus vincit acie Antigonum Eumenes. victor tamen, per Argyraspides (qui ei auxilio fuerant) ligatus traditur Antigono, & ab eodem occiditur. *Diodor. Plutarch. Iustin.* sic Antigonus Asiæ Dominus euasit. de hoc Asiatico regno nunc instituto, dixi ad annum vrbis 429. Cassander expugnata Pidna vrbe, captam ibi Olympiadem Alexandri matrem iam occidit, sicque tandem in Macedoniæ possessionem venit. *Diodor.* | 437 | 461 116 1

Orbis.	Iuda.	Macedo.	AEgypti.		V.C.	Olympia.
3689		3	10	*Consules Papirius Cursor quartum, & Q. Publilius Philo quartum.* Romani Saticulam, Samnites Plistiam expugnant. vis belli ad Soriam quæ ad Samnites defecerat cõuertitur *Liuius.* Antigonus Seleuco Babyloniæ præfecto bellum indicit. At Ptolemæus, Cassander & Lysimachus in Thracia dominator, cõspirant cum Seleuco in Antigonum, excrescentem Antigoni potentiam formidantes. *Diodor. Iustin.* Interim Polypercon & Alexander filius in Peloponeso, auxilio Antigoni Asiatici se muniunt aduersus Cassandrum. Bithyniæ regnum initium accipit in Zipoete rege primo. *Diodor.* florent Menedemus & Pseusippus.	438	462 116 2
3690		4	11	*Consules M. Pætelius Libo. & C. Sulp. Longus tertium.* A consulibus Sora & Ausonia vrbes captæ: recuperata Luceria. Samnites acie victi, & ad Bouianum Samnitum vrbem expugnandam legiones ductæ. *Liuius.* Agathocles, res suas promouet in Sicilia. *Diodor. Iustin. lib. 22.* Pugnatur satis vario marte inter Alexandri successores hoc anno, variis in locis. *Diodor.*	439	463 116 3
3691	Artaxat.	5	12	*Consules L. Papirius cursor quintùm. & C. Iunius Bubulcus Brutus secundùm.* Nola capta à Romanis. Missi Trium-viri Interamnam & Casinum, ad colonias deducendas. *Liuius.* à Ptolemæo AEgypti rege Cyprus subacta. *Diodor.* Apud Iudæos Artaxat Nagid dux creatur *Philo Annii.*	440	464 116 4

PERIODVS OCTAua annorum 249.

A Seuleucidarum regni initio ad templum expugnatum.

SEleucidarum regnum nunc initium capit in Seleuco Nicanore, & appellatur hic, regnum Syriæ. Ab huius regni initio, libri Machabæorum numerant annos Græcorum *qq. c* 16. de horum annorum vario initio *qq. c.* 17. *nu.* 5. & 8. Itaque anno. 248 à Cyro: anno autem 12 à morte Alexandri, & Olympiade hic notata, Seleucus capta Babylone, imponit sibi diadema Asiæ, regnat annis 33. *Eusebi.* vide annum orbis 3921. Qui Seleuco dant annos tantum 31, componunt Ptolemæum Ceraunum cum Antiocho Sotere, quos tamen reges nos aliter comparamus. Hoc etiam tempore Cassander qui Arideo successit, necat Alexandri liberos, nẽpe anno secundo Olympiadis huius 117. *lege Diodorum lib.* 19.

Orbis	Iudæ.	Macedo.	Syria	Ægypto.		V.C.	Olympia.
3692		6	Seleucus 1	13	*Consules M. Val Maximus. & P. Decius Mus.* Aqua appia his Coss. in vrbem inducta: *Frontinus de Aquaductibus.* ex fama belli Etrusci creatur dictator. Valerius de Samnitibus triumphat, *ex Tabulis capitolinis*. Hic annus 12 est à morte Alexandri, excurrens Olympiade hic notata, quando initium accepit regnum Syriæ in Seleuco. nam licet demus quod vult *Mercator*, Ptolemæum dedisse annum 3. huius Olympiadis; tamen pro nobis stant *Historia* Machab. Iosephus, Euseb. lib. 8. Demōst. c. 2. & alij, qui anno 12 exacto à morte Alexandri, numerant annos Græcorum seu Seleucidarũ. Ergo ex victoriis quas ope Ptolemæi reportauit Seleucus contra Antigonum & Demetriũ Antigoni filium, mansit Seleuco Babyloniæ, Suzæ, & Syriæ dominatus: mansitque regnũ posteris vsque ad Romanos. *Diodor. lib* 19 *c.* 43. *ceterùm vide qq. c.* 17. Æacides rex Epirotarum moritur, relicto filio Pyrrho, bienni. *Iustin lib.* 15. Plutar.	441	465 117 1
3693		7	2	14	*Consules C. Iunius Bubulcus Brutus tertiùm, & Q. Æmilius Barbula secundùm.* oppugnatum Bouianum in Samnio, & Sutrium in Etruria. *Liuius.* Bubulcus de Samnitibus, Aimilius de Etruscis triumphat. *Tab. capitol.* In Sicilia Agathocles victus à Carthaginensibus, Syracusas confugit. *Diodor. lib.* 20. extinctus hoc anno est Alexander iunior, Magni Alexandri filius ex Roxane susceptus, quando Cassander palam Macedonici regni diadema accepit *Diodor.* extincta simul Roxane. ab eo die reliqui prouinciarum administratores in Syria, & Ægypto, imitati Seleucum se reges dixerũt. *Diodor.*	442	466 117 2
3694		8	3	15	*Consules Q. Fab. Max. Rullianus secundùm, & C. Martius Rutilus.* Fabius insignẽ de Etruscis retulit victoriam propè Perusium. ab altero consule cum Sãnitibus certatum est dubio marte. *Liuius.* hoc anno domitæ Etruriæ, annulorum vsus apparuit. *Plin. lib.* 33 *c.* 1. pugnatum quoque inter Græcorum principes Asiaticos & Europæos, vt narrat *Diodorus.* Agathocles impar viribus Carthaginensium in Sicilia traiicit in Africam: reuocãt Pœni Siciliæ Carthaginenses ad defendendam patriam. quos redeuntes acie vicit Agathocles. *Diodor.*	443	467 117 3
3695		9	4	16	*L. Papirius Cursor Dictator contra Samnites dictus est.* Caruitque hic annus Consulibus, triumphum reiicit *Liuius* in annũ insequẽtem. Perusini à Fabio victi vrbem dediderũt. alter Alexandri magni filius Hercules, spe regni Pergomo euocatus à Polyperconte occiditur, dolo Cassandri & Polypercontis damnanda ignauia, quem spe falsa illusit Cassãder. *Diodor.*	444	468 117 4
3696		10	5	17	*Consules P. Decius Mus secundùm. & Q. Fab Maxim. Rullianus tertiùm.* Fabius è Sanio ad	445	469 118 1

Orbis.	Iudeo.	Maced.	Syria	Aegypti		V.C.	Olymp.
					Vmbros profectus, eos ad deditionẽ compulit. *Liuius.* Antigonus Cleopatram Alexandri sororem curat occidi, ne suo matrimonio res Asiæ turbaret *Diodor.* Metasthenes floret.		
3697		11	6	18	*Consules Ap. Claudius Cæcus*, & L. *Volumnius flamma violens.* Fabius procõsul rem gerit cum Samnitibus. Volumnius opponitur nouis hostibus Salentinis. *Liuius.* Demetrius Antigoni filius missus à patre Athenis libertatem restituit, eiecto inde Cassandri præsidio. cuius beneficij memoriam notarũt noua annorũ Æra constituta Athenis, notando ab hac libertate data, singulis annis Sacerdotis nomẽ, vti Romæ per consules annorum ratio constabat. *Diodor.* data eadem libertate, plerisque aliis Græciæ vrbibus, Demetrius Cyprum subegit. *Diodor. Appian in Syriacis.*	446	470 118 2
3698		12	7	19	*Consules Q. Mar. Tremulus*, & *P. Cornelius Aruina.* Hic Cornelius benè rem gerit contra Samnites Martius in Hernicos Anagninos missus, hostem trinis exuit castris, gentem in deditionem accepit. & post triumphum statua equestris ei erecta ante ædem Castoris, *Liuius. Plin. lib.* 34. Apelles & Protogenes Pictores florent.	447	471 118 3
3699		13	8	20	*Consules L. Post. Megellus*, & Ti. *Minutius Augurinus.* Occiso Augurino dũ pugnat contra Samnites, sufficitur M. Fuluius Curuus, qui reportata victoria triumphat. *Liuius.* sub idem tempus fundatæ à Seleuco in Asia ciuitates Seleucia, Laodicea, Apamia, Edessa, Bœrea, & Antiochia.	448	472 118 4
3700		14	9	21	*Consules* P. *Sempron. Sophus*, & *P. Sulpitius Sauerrio.* Scribit *Liuius* antiquum fœdus hoc anno concessum Samnitibus: & Æquorum nomen à consulibus penè ad internecionem deletum. oppida capta supra 40. *Diodor.* Demetrius soluta obsidione Rhodiensi, iterùm liberat Athenas, & Cassãdrum vincit ad Thermopylas. *Plutar. Diodor.*	449	473 119 1
3701	Hagaieh.	15	10	22	*Consules Ser. Cornelius Lentulus*, & L. *Genucius Auentinensis.* Si modicam excipias in Vmbria expeditionem, imbellem hi Coss. gessere magistratum *Liuius.* floret Fabius pictor Historicus. *Plin. lib.* 35. *c.* 4. Hagaieh Dux fit Iudeorum annis 8. *Philo Annij*, Cassander sibi timens à Demetrio & patre eius Antigono, fœdus cõtrahit cũ Ptolemæo & Seleuco. *Plutar.*	450	474 119 2
3702		16	11	23	*Consules* M. *Liuius* Denter, & *M. Aimilius Pauillus.* Dictator creatus C. Iunius Bubulcus, qui primo congressu Æquos subegit, & die octauo rediit triumphans. *Liuius.* Demetrius pace constituta cum Cassandro, rediit ad bellum Asiaticum contra Seleucum. *Diodor.* Lex Portia renouata, ne ciuis Romanus virgis cædatur, aut occidatur nisi perduellionis reus. Tonsores iam primùm Romæ è Sicilia. *Plin. lib.* 7. *cap.* 4.	451	475 119 3

Orbis.	Iudeo.	Maced.	Syria	Ægypti	PERIODVS VIII.	V.C.	Olymp.
3703		17	12	24	*Dictatores Fab. Max. Rullianus secundùm, & Valerius Coruus secundùm,* sine consulibus. fractæ hoc anno iterùm Etruscorum opes, & pace negata, conceduntur ad biennium, induciæ. *Liuius.* pugna in Asia inter Antigonum & confœderatos reges, de quibus anno V.C 450 occubuit in acie Antigonus octogenarius ad Ipsum in Phrygia. filius Demetrius succedit Asiæ Rex. *Diodorus. Iustin, & Plutarchus in Pyrrho,* qui huic conflictui interfuit iuuenis admodũ.	452	476 119 4
3704		18	13	25	*Consules Q. Apuleius Pansa, & M. Valerius Coruus quintũ.* Valerius in Æquos missus, alter in Vmbria occupatur, nihil memorabile gestum. Seleucus redit in gratiam cum Demetrio Asiatico, & efficitur gener Demetrij. Demetrium quoque reconciliat Ptolemæo, quod fœdus tùm cõnubio firmatur data Demetrio filia Ptolemæi: tum misso in Ægyptum pacis obside Pyrrho, qui iure connubii Ptolemæo. ibidem iungitur, accepta in vxorem Antigone, quam Berenice Ptolemæi vxor antea ex Philippo Marito susceperat. *Plutar. in Pyrrho.*	453	477 120 1
3705		19	14	26	*Consules M. Fuluius Pætus, & T. Manl. Torquatus.* Mortuo Torquato sufficitur M. Valerius superioris anni Consul. sed nihil memorabile gessit contra Tuscos qui inducias ruperant. Pætus Victor triũphat de Nequinatibus. *Tab. Capitol.* Nequinum Narnia est in Vmbria. Lachates Athenis tyrannis. *Plutar.*	454	478 120 2
3706		Philippus 1. Alexãder	15	27	*Cõsules L. Cornelius Scipio, & Cn. Fuluius Max. Centumalus.* Fuluius missus in Samnites, qui Lucanos populi Romani socios vexabant, victis hostibus triũphat. Triumphat etiam Scipio deuictis Tuscis. *Liuius. Tab. capitol.* Cassander Macedoniæ Rex diẽ claudit, regnat filius Philippus. *Diodor. Iust. lib.* 16. regnatũ est ab hoc Philippo, (qui breui obiit) & duobus fratribus Antipatro & Alexãdro solũ per quadriennium	455	479 120 3
3707		2	16	28	*Consules Q. Fabius Max. Rullianus quartùm, & P. Decius Mus, tertium.* Fama fuit armari totam Etruriam cum Samnitibus in Romanos. missi eò consules. cum quiescentes reperissent Etruscos mouent in Samnites, vbi prosperè pugnarunt. *Liuius.* Demetrius Asiaticus Athenas obsidet. *Plutar.* Pyrrhus nunc putatur in Epirum, regnum paternũ regressus. *Paterculus* iam regnare cœpisse vult.	456	480 120 4
3708		3	17	29	*Consules Appius Claudius Cæcus secundùm, & L. Volũnius flãma secũdùm.* Prioribus Coss. prorogatũ imperiũ in sex mẽses, à quibus, & nouis his cõsulibus freq́uẽs victoria reportata cõtra Sãnites *Liuius.* Demetrius Asiaticus expugnatis tandẽ Athenis imponit præsidium. & Lacedæmonios vincit ad Mãtineã & Spartã. *Plutarc.*	457	481 121 1
3709.	Maslot.	4	18	30	*Consules Q. Fabius Max, Rullianus quintùm, & P. Decius Mus quartùm.* Galli, Etrusci, Vmbri & Samnites collatis armis graue bellum mouent Romanis. certatur in agro Sen-	458	482 12[1] 2

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria	Aegypti.		Urbis.	Olymp.
					tinati, in Vmbria. vbi verso in fugam à Gallis equitatu quem Decius ductabat, ipse patrem imitatus se deuouit, & sic reuocatis ad certamen sociis mansit Romanis victoria insignis. Fabius Gallos à tergo circumuentos cæcidit: *Liuius*. Fabius triumphat, Massot Nahum dux Iudæorum annis 7. *Philo annii*. Timochares Alexandrinus vixit. *Ptolem.*		
3710		Demetrius. 1	19	31	*Consules L. Posthumus Megillus secundùm, & M. Attilius Regulus*. hoc anno rerũ gestarũ parũ constans memoria est. scribunt tamen aliqui de hostibus anni superioris triumphatum. Demetrius suorum defectione in Asia ad Lysimachum Thraciæ regem, (socer erat Antipatri) propè desperans de rebus suis venit in Macedoniam, opem laturus regi Alexandro contra fratrem de quo supra 3706. verùm Demetrius occiso à se Alexandro potitur Macedonia, Thessalia & Sinope annis 7. *Diodor & plutar. in Demetrio.*	459	483 121 3
3711		2	20	32	*Consules* L. *papirius Cursor, & Caruilius maximus.* Triumphat de Samnitibus papirius, & Caruilius de Etruscis. *Liuius. Zonar.* sacrata lege, hoc est iureiurando obstricti pugnarunt hoc anno Samnites cõtra Romanos. Thebas Bœoticas expugnat Demetrius, locato ibi præsidio militari. *plutar.*	460	484 121 4
3712		3	21	33	*Consules Q. Fabius Max, Gurges, & D. Iunius Brutus Scæua.* Fabius malè pugnat contra Samnites. sed Fabius pater damnum restituit, occisis hostium 20. millibus. *Orosius & Eutrop.* florent Euclides Magarensis, Menander poeta & Theocritus Bucolici carminis scriptor.	461	485 122 1
3713		4	22	34	*Consules L. Posthumus Megillus tertium. & C. Iunius* Brutus *Bubulcus.* Fabio superioris anni consuli prorogatum imperium, qui Samnites etiam hoc anno deuicit, ducto in triumphum eorum duce. *Zonar. Florus* ab hoc historiæ loco libri 10. Liuii interciderunt. Diodori Siculi quoque quæ extat historia finem habet in Demetrio, qui cessat regnare anno v.c. 468. citati consules sunt quos dat Cassiodorus.	462	486 122 2
3714		5	23	35	*Consules* P. *Cornelius Ruffinus, & M. Curius dentatus.* hos edit Cassiodorus. Romani suscepto Tyrrhenorum patrocinio, Lucanos bis vincunt. Currius rebellantes Sabinos compescuit: ac demùm memorabili victoria Samnites ad deditionem compulit. sicque Samniticum bellùm quod per 49 annos trahebatur, capti ducis destitutione finem aliquem accepit. vide tamen 3732. *Eutrop.* F*lor. Oros.* natum ante aliquot annos dissidium inter Demetrium & Pyrrhum. nunc Demetrius Epirum, & mox Pyrrhus Macedoniam inuadit, reportans inde nobilem victoriam, contra Demetrii ducem penteuchum. *Plutarch.*	463	487 122 3

Orbis	Iudaeorū	Maced.	Syria.	Aegy.		V.C.	Olymp.
3715		6	24	36	*Consules* M. *Valer.* Coruinus, *&* *Q.* *Cædicius Noctua.* Lucani iterùm victi, ne sic quidem quiescunt. Demetrio aduersâ valetudine oppresso Pyrrhus Macedoniæ partem magnam occupat. quam posteà recuperat Demetrius pace inter eos constitutâ. *Plutar.*	464	488 122 4
3716	*Amos.*	7	25	37	*Consules* *Q.* *Martius Tremulus secundum*, *&* P. *Cornelius Aruina secundum.* Amos Sirach dux Iudeorum annis 14. *Philo annis.* Demetrius, paratâ ingenti expeditione ad recuperandum Asiæ regnum, à regibus Asiæ & Europæ hac ex causa in eum confœderatis, regnis vbique priuatur, & à suis destituitur. Macedonia partim Pyrrho mansit, partim Lysimacho Thraciæ regi. *Plutarc.* *Iustin lib.16.*	465	489 123 1
3717		*Lysimachus.* 1	26	38	*Consules M.* Claudius Marcellus. *&* Sp. *Nautius Rutilus.ex* *Cassiodoro.* quid gesserint ignoratur. pyrrho pulso Lysimachus totam tenet Macedoniam, cui *Eusebius*, 5 dat regni huius annos, alii septem. Agathocle mortuo, Hieron dux & filius Hieroclis, Syracusis occupat principatum. quod *Pausanias lib.* 6. notat incidisse in an. 2 Olym. 123.	466	490 123 2
3718		2	27	39	*Consules M. Valer. Potitus, &* C. *Ælius Potus.* Romanis foris quies, domi seditio; seditione & secessione populi facta in Ianiculum, vnde reuocari non potuit nisi authoritate Dictatoris Hortensii ad id creati. *Zonar. Florus.* deficiunt Athenienses à Demetrio, antiquatâ etiã lege & Epocha annorum, de qua ad annum v. c. 446. In Ægypto Ptolemæus rex legi filius aliquibus obiisse diem videtur hoc anno certè Ptolemæus Philadelphus eius filius nunc regnare incipit. hoc est anno 3. huius Olymp. si ex *Dionysio* Mathematico (qui vixit sub Philadelpho,) refert rectè Ptolemæus. Verùm cum *Eusebius* det Ptolemæo patri annos 40 integros, quos compleuit à morte Alexandri; non contigisse potuit eius mors ante ineuntem vrbis annum 469. & in hunc eundem annum optimè consentit *Polybius*, reiiciens obitum huius primi Ptolemæi in annum primum Olymp. 124 ne autem putetur falsa retulisse *Ptolemæum* ex Dionysio, licebit alicui dicere, Philadelphum cœpisse hoc anno vrbis 467 regnare cum patre.	467	491 123 3
3719		3	28	40	*Consules* C. *Claudius Canina*, *&* M. *Æmilius Lepidus.* Etrusci armantur pro Lucanis contra Romanos, hortatu Tarentinorum. Demetrius armatus Asiam inuadens desertus à suis cogitur se dedere hosti Seleuco, à quo detentus obiit post triennium. interim sic cessat regnum Asiæ, inde facta accessione Seleuco, qui deinceps se dominum vtriusque Syriæ dixit. *Plutar. in Demetrio.*	468	492 123 4

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria.	Aegypti.		V.C.	Olymp.
3720.		4	29	Philadelphi. 1	*Consules* C. *Seruil. Geminus Tucca.* & *L. Cacilius Metellus*, missi ad Gallos Senonas legati Roma, ad redimendos captiuos; cæsi sunt contra ius gentium. bellumque hoc anno gallicum inchoatum. in primo conflictu cæsus Cæcilius Consul, fuso Romanorum exercitu. *Florus, Polyb. Oros.* nunc obiisse Ptolemæum Ægypti regem, relicto vt dixi successore Philadelpho, testantur *Iustin.* & *Polyb. lib.* 2. hinc porrò numerandos esse 38 annos Philadelphi, authores sunt *Hierony. Euseb. Iosep.* & *Epiphanius.*	469	493 124 1
3721		5	30	2	*Consules P. Cornelius Dolobella,* & *Cn. Domitius Caluinus.* prior ex Gallici belli partâ laude dictus maximus est. hic enim ductor Romani exercitus, omnes Gallorum reliquias in Etruria ad lacum Vadimonis deleuit. sic finito gallico bello Romani Coloniam Senas deducunt, quæ vrbs Gallorum præcipua erat. & Italiæ fines, qui anteà arctiores erant, ad Rubiconem producti sunt. Liuius Druso, quòd hostium ducem Drusum cominus trucidasset, nomen sibi posterisque inuenit. tunc etiam Boii cum Etruscis alterâ victoriâ fusi. *Cato in Origin.* hunc annum 2 Olympiadis notat. Polybius historiam auspicatur ab anno 1. eiusdem Olympiadis. ex professo vero à primo bello Punico. Achaia excutit iugum Macedonum. Spartam tenet Demetrii filius Antigonus. *Euseb.*	470	494 124 2
3722		Ptolemæ. Ceraunus. 1	31	3	*Consules* C. *Fabritius Luscinus,* & *Q. Aimilius Pappus.* Victi iterùm Galli à Romanis pacem petitam obtinent, quæ annis 45. durauit. *Polyb. lib.* 2. notans esse annum tertium ante aduentum Pyrrhi in Italiam. Demetrius apud Seleucum custodia detentus, moritur. Bello Seleucus, anno insequente aggreditur & occidit Lysimachum Thraciæ & Macedoniæ regem. mansitque sic ille successorum Alexandri vltimus. *Polybi. lib.* 2. *Iustin. lib.* 24. Verum Seleucus ditionem Lysimachi inuadens, vix septimo mense exacto occidetur, anno regni 32. idque à Ptolemæo Cerauno, fratre regis Ægypti; qui regnum Macedoniæ occupat anno vno *ex Eusebio.* idque statim à morte Lysimachi, cuius sororem matrimonio acceperat. *Philadelphus rex Aegypti* anno regni sui tertio, petit ab Eleazaro 70. interpretes. *Euseb.* vt hac sacrorum librorum versione suam quam erexit ornaret Bibliothecam. in qua tradunt aliqui fuisse ducenta voluminum millia. anno regni ferè decimo quarto, opinio est finitam versionem. *qq.c.* 16. *nu.* 10. *Notant* P*ausan. lib.* 1. & *Strabo lib.* 13. Pergami regnum in Asia nunc cœpisse in Philetæro Lysimachi regis Eunucho, qui Pergamo vrbe & Thesauris Lysimachi potitus, regnauit ibi annis 20. Floret Aratus poeta qui scripsit Phænomena, seu de syderibus.	471	495 124 3

Orbis	Iudaeorũ	Maced.	Syria.	Aegyp.		V.C.	Olymp.
3723		2	32 *Annus est Graecorũ 32.*	4	*Consules L. Æmilius Barbula, & Martius Philippus.* Nondum finito bello contra Brutios & Lucanos, cœptum est Tarentinum nobile bellũ, ob Valeriũ ducem classis Romanæ trucidatum, & violatos legatos de ea iniuria expostulantes. bellum Æmilio consuli commissum. Tarentinis, Brutii, Samnites & Lucani se adiungunt. & Pyrrhus missis hoc quidem anno in Italiam copiis, causam dedit Tarentinis repudiandi pacem a Romanis oblatam. *Zonar. Florus.* In Macedonia Ceraunus (dictus sic fulmen, quòd sua ocyssimè rapidèque exequeretur) Lysimachi filios crudeliter trucidat & ipse mox à Gallis ab Illyrio irruentibus trucidatur. inde magna vicissitudo in Macedonia vt notant *Eusebius, Iustin. lib.* 24. de his anno insequente. Cæsus tandem est Seleucus vti anno præcedente notaui. successori initium dat annus insequens.	472	496 124 4
3724		*Sosthenes* 1	*Antiochus Soter.* 1 *Graecorũ 33.*	5	*Consules P. Valerius Lævinus, & T. Coruncanius.* Pyrrhus ineunte anno, nec expectato vere venit in Italiam cum Lectissimo exercitu, & 20 elephantis, non antea visis in Italia. *Zonar. & Pausan. in Atticis. Iustin. Eutrop. Plutar* Romani sociorum oppida, ne nouis rebus studerent præsidiis firmant. Læuinus missus in Pyrrhum acriter pugnans incidit in elephantos; vbi Romanus equitatus, horrendo barritu bestiarum perturbatus ac fusus est; stetitque Pyrrho victoria, admiranti Romanorum virtutem bellicam. alteram pugnam a Læuino oblatam detrectat Pyrrhus. rem prolixè narrant *Zonaras. & Plutar. in Pyrrho. Florus. Oros.* pacem petenti Pyrrho recusant Romani, suasore Appio Claudio Cæco. In Macedonia occiso vti commemoraui à Gallis Ptolemæo Ceterauno, Macedones regem accipiunt Meleagrum, & post duos menses Antipatrum, ac demum post dies 45. Sosthenem, qui regnat annis ferè 2. *Euseb. Iustin. lib.* 24. Antiochus Soter Seleucidarum secundus, imperat Syriæ & Asiæ annis 19. *Euseb.* circa eundem annum cœpit Achæorum fœdus, & illius reipub. iacta sunt fundamenta. quorum institutum egregium, mores & progressum, describit *Polyb. lib. 2. pag. Casaubon.* 125. 128. 129. nec ante finem belli Macedonici deuicto Perseo, & Romanis omnia occupantibus, desiit hæc Achæorum respub. *vide an. v. c.* 585. 606. & 607.	473	467 125 1
3725		2 *& Antigonus.* 1	2 *Graecor. 34.*	6	*Consules P. Sulpitius Sauenio, & P. Decius Mus. consules* in Pyrrhum missi. ad Asculum pugnatur. vulneratur Pyrrhus, Elephanti interfecti. 20 millia hostium cæsa; ex Romanis 5 millia desiderata. Decium in prælio cecidisse author est *Cicero lib. 2. de finibus.* Ita *Eutropius, Zonaras. & Florus.* malè ad sequentes consules refertur à *Plutarcho* Asculana victoria. In Macedonia	474	998 125 2

Orbis.	Iudaeor.	Macedo.	Syriac.	Aegypt.		V. C.	Olymp.
					cedonia regnat sub finē huius anni Antigonus Gonatas, cui *Eusebius* dat 36 annos. Regressi enim ex Illyrico Galli, cæso Macedonum exercitu, Sosthenē regem occidunt. Et transgressi nō sine graui iactura Thermopylas, Delphos inuadunt. vbi cæso duce eorum Brenno secundo, cęteri partim ibidem, partim regressi per Græciam narrantur periisse omnes; frustrati sic spoliis Delphici templi quibus inhiabāt. *Iustin. & Pausanias*. qui notat annum 2 huius Olympiadis. Extincto Sosthene rediit regnū ad Demetrii filiū Antigonū, qui *Gonatas* dict⁹ est. Mānsitq; Macedonia sub hac Dynastia vsq; ad Persēū regē Macedoniæ vltimū. *Pausan. Iustin. & Plutar. in Pyrrho.*		
3726		2	3 Gra.35.	7	*Consules* C. Fabricius *Luscinus secundùm, & Q. Æmilius Pappus secundùm.* Pyrrhus cum amicitiā populi Romani, quam expetebat non obtineret, vocatus à Siculis contra Carthaginenses, eò cōuertit arma. Interim Fabricius Brutios, Lucanos & Samnites vincit, & triumphat. *Flor. Eutrop. Zonar.* & alii. Antigonus rex Macedo, Gallorum nouum exercitum profligat, *Iustin.* alium Gallorū exercitum inuasisse Asiam hoc ipso 3 Olympiadis anno, narrat *Pausanias.*	475	499 125 3
3727		3	4 Gra.36.	8	*Consules* P. *Cornelius Ruffinus secundùm, & Iunius Brutus secundùm.* hic feliciter pugnando cōtra Samnites, Lucanos & Brutios triumphat. Ruffinus Locros & Crotonē vrbes quæ defecerant munitas recuperat, *Zonar.* Pyrrhus anno insequente regreditur in Italiam, post aliquoties deuictos Carthaginenses in Sicilia. *Plutar.* florēt potissimùm in Ægypto sub Philadelpho Demetrius Phalareus, & Aristeas ille qui scripsit de 70 interpretibus. Item *Poetæ* Lycophron, & qui post Demetriū præfuit Alexandrinæ Bibliothecæ, Aratus Astronomus, Nicander, Iunior Homerus, & Zoilus Homeri reprehensor.	476	500 125 4
3728		4	5 Gra.37.	9	*Consules Q. Fabius Max. Gurges secundùm, & C. Genusius Clepsina* Cùm tabulæ capitolinæ tradāt Fabiū de hostibus superioris anni triumphasse, argumēto est aliquid pręclaregestū à cōsule hoc.	477	501 126 1
3729		5	6 Gra.38	10	*Consules* M. *Curius Dentatus secūdùm & L. Cornelius Lentulus.* Pugnat Curius cōtra Pyrrhū in cāpis Aurasinis ad Beneuentum. Romani multis occisis, & octo elephantis captis, castris etiā potiti vicerunt. Pyrrhus fugit Tarentū, & indè in Epirū, Milone cum præsidio Tarenti relicto *Zonar.* insignē ex hac victoria triūphū describit *Florus.* nihil libentius quàm turritos Elephantos populus aspexit, anteà nunquam in triumpho visos.	478	502 126 2
3730	Matathias	6	7 Gra.39	11	*Consules Fasti Siculi dant* M. *Cornel Merendam, & M Curiū Dentatum quartùm* Tarentini pacē à Romanis petunt & impetrāt. *Zonar.* Pyrrhus reuersus in Epirū habito militū delectu inuadit Macedoniā; & victo Antigono magnam partem Macedoniæ recepit. *Pausa. Iustin*⁹. Spartā etiā obsidere cœpit, sed re infecta. Matathia Siloach dux Iud.	479	503 126 3
3731		7	8 Gra.40	12	*Consules C. Fabius Dorso Licinius tertium, & Clau-*	480	504 126 4

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria.	Aegypti.		V.C.	Olymp.
					dius Cinna secundùm. Philadelphus Ægypti rex cognitis Pyrrhi cladibus & Romanorum incrementis, amicitiam missis legatis pepigit cũ S.P. Q.R. res prosperè gestæ cõtra Sãnites & Lucanos. Triumphatum esse habent fasti Capitolini: Sextilia virgo vestalis dãnata incesti, viua defossa est.		
3732		8	9 *Grae. 41.*	13	*Consules* L. *Papirius Cursor secundùm, & Sp. Carnilius Maximus secundùm.* Audita Pyrrhi morte Tarentini se sociant Carthaginensibus, breui tamen Tarentum venit in potestatem Romanorum. Victi hoc anno Lucani & Samnites tandẽ se penitus dedunt Romanis, sicque finẽ penitus accepit bellum Samniticum. *Zonar. Flor. Eutrop.* *Pyrrhus* dum Spartam obsessam & iam expugnatam ingreditur, ictu lapidis in capite vulneratꝰ extinguitur, sic ad Antigonũ rediit integra Macedonia cũ pluribus Græciæ vrbibus. In Epiro Alexãder *Pyrrh.* filiûs regnum accepit *ex Iustino.*	481	505 127 1
3733		9	10 *Gra. 42.*	14	*Consules L. Quinctius Claudius, & L. Genusius Clepsina.* Legio Romana octaua, seu campana, data Rheginis pro præsidio contra Pyrrhum, quæ per nefas cæsis ciuibus Rhegium occupauit, nunc à Genucio consule seuerè punita est. *Polyb. lib. 1. Zonar. & Valerius lib. 2.* Crates Thebanus floret. *Diogen.*	482	506 127 2
3734		10	11 *Gra. 43.*	15	*Consules C. Genucius Clepsina secundùm. &* C. *Cornelius Blasio.* notant aliqui ex Capitolinis fragmentis Blasionem triumphasse de Sassinatibus in Vmbria.	483	507 127 3
3735		11	12 *Gra 44*	16	*Consules Q. Ogulinus Gallus, & C. Fabius pictor.* Lollius pro Samnitibus obses, Romã fugiẽs, munitum in Samnitibus castellum occupat & latrocinari cœpit. Expugnato à consulibus loco, latro pœnas sceleris dedit, & tanta pecuniarum vis Romanis accessit, vt populus tunc primùm vti cœperit nummo argenteo, *Zonar. Flor. & Plin. lib.* 33. *c.* 3.	484	508 127 4
3736		12	13 *Gra. 45.*	17	*Consules P. Sempron. Sophus, & App. Claudius Crassinus Rufus.* Picentes bellũ mouerunt C. Fabio Pictore Consule, & ab huius anni Consulibus domiti sunt. *Eutrop. Flor.* Romani condunt Ariminum in Gallia, *Paterculus.* Coloniæ deductæ. triumphatum. *Eutrop. Flor.* Antigonus Rex Macedo expugnat Athenas, ibique locat præsidium. *Polyb. Pausan. lib.* 3.	485	509 128 1
3737		13	14 *Gra. 46.*	18	*Consules M. Attilius Regulus, & L. Iulius* Libo. inito cum Salentinis bello, in deditionem venerunt, capto etiam Brundusio, quod oppidum regionis caput nobili portu celebre est. Colonia deducta. *Eutrop.* deinde Calabriç arma illata à Romanis, crimini dantibus quòd Pyrrhum recepissent. *Zonar.* Mithridates Thraciæ, Misiæ, Cariæ & Cappadociæ rex moritur. A quo numeratur propagatione septimus, Mithridates Rex Ponti, qui bellum gessit cum Romanis.	486	510 128 2
3738		14	15 *Gra. 47.*	19	*Cõsules D. Iunius* Pera, *& M. Fabius Pictor.* Sassinates & Salẽtini rebelles, cogũtur se subdere imperio populi Romani. *Flor. Eutrop.* in Sicilia Hierõ Hierocliti filius potitur Syracusis. *Polyb. l.* 1. *Zonar.*	487	511 128 3

Orbis	Iudæorũ	Maced.	Syria.	Ægyp.	PERIODVS 8.	V.C.	Olymp.
3739		15	16 Græc. 48	20	*Consules Q. Fabius* Max. *Gurges, & L. Mamilius Vitulus.* Vulsinienses in Etruria socii populi Romani à seruis suis nimiâ licentiâ & libertate donatis, ipsi in seruitutẽ redacti sunt: implorãtur arma Romana. Cõsules victis & punitis seruis libertatem dominis restituunt pristinam. *Zonar.*	488	512 128 4
3740	*Ioseph.*	16	17 Græ. 49.	21	*Consules Appius Claudius Caudex & M.* Fuluius *Flaccus.* Excitatum anno qui proximè præcessit Punicũ bellũ, nunc susceptum est his coss. atque annis in margine notatis. *ex* Solino, *c. 2. Tito Liuio lib. 31 & tabulis capitolinis* (nempe annis 63 ante finẽ belli Punici secundi), qui notãt hunc annũ vrbis. Olympiadem quoque hanc dat P*olyb. lib. 1. Gellius* vero anno vno abest. Durat hoc bellũ annis 24. causa belli refertur hæc. cùm Carthaginẽses omnia in Sicilia præter Siracusas tenerẽt, Romani Mamertinis aduocãtibus opẽ ferendã esse cẽsuerunt, vt ait P*olyb.* verior causa putatur quòd Romani & Carthaginẽses sibi essent suspecti, & vterque populus in ea salutẽ poneret, si alterum subegisset. hoc belli anno primo Claudius cõsul adfuit, & post aliquot prælia cũ Carthaginẽsibus & Hierone, redit in Italiã. nũc primũ extra Italiã Romana arma visa sunt. Ioseph. Iunior dux Iud.	489	513 129 1
3741		17	18 Græc. 50.	22	C*onsules M. Valerius Max. Messalla, & M. Otacilius Crassus.* P*olyb. & Zonaras* notant hoc vrbis anno, cũ traiecissent duo Consules in Siciliã, vrbes Segesten, Catanã & Messanam cepisse, alias etiã defecisse à Carthaginẽsibus ad Romanos, & ipsũ Hieronẽ venisse in societatẽ cũ populo Romano; in qua vsque ad obitũ per 50 annos mansisse eum scribit L*iuius.* Addit Eutropius 50 vrbes venisse in fidẽ Romanorũ. Valerius à captâ Messana dictus est Messalla, ex *Macrob. lib. 1. Saturn.* de his etiam Plinius lib. 35. c. 4.	490	514 129 2
3742		18	19 Græc. 51.	23	*Consules L.* P*osthumius Megellus, & Mamilius Vitulus.* Consules hi cùm in Siciliã venissẽt Agrigentũ obsident. Pœni fame oppressi, ad sũmam dimicationem cum venissent, victi sunt. Agrigentum in potestatem consulum venit. *Eutrop.* addit *Polybius* Erbessum oppidum quod erat horreum populi Romani, receptum.	491	515 129 3
3743		19	Antio. Theos. 1 Græc. 52.	24	C*onsules L. Valerius Flaccus &* T. *Otacilius* C*rassus.* Nunc primùm Romani, belli gerendi causâ classem habuerunt, cùm Pœnus metu classis, vrbes Siciliæ maritimas ad se attraxisset. nihil memorabile hoc an. à Coss. gestum scribit *Zonaras.* Antiochus Theos, tertius rex Seleucidarum, regnat annis 15. E*useb.* hic paternum tenuit regnum Asiæ & Syriæ, cognominatus ὁ θεὸς à Milesianis, quòd Timarchum eorum tyrannum expulisset, inquit *Appianus.*	492	516 129 4
3744		20	2 Græc. 53	25	*Consules* C*n.* C*ornelius Scipio Asina, &* C*n. Duillius.* Cornelius paratâ iam classe, & ad fretũ venire iussa, ipse cũ 17 tantũ nauibus Messanã cõtendit. sed circũuẽctus ab Annibale capitur. Duilius ad classem cum venisset, Pœnos ad Liparas classe	493	517 130 1

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria	Aegypti.		V.C.	Olymp.
					deuicit, & primus naualis victoriæ duxit triumphum. Annibal vix Carthaginem incolumis tenuit. *Polyb. Zonar. Florus.*		
745		21	3 *Græ. 54*	26	*Consules L. Cornelius Scipio, & C. Aquilius Florus.* Amilcar Pœnorum dux res Carthaginensium promouet in Sicilia, & totam inquit *Zonaras.* Siciliam videbatur in suam potestatem redacturus absente Duilio nisi maturè ei, Florus obuiam iuisset. At Scipio de Pœnis, Corsis, & Sardis triumphat *ex tab. Capitol.* Corsicam enim & Sardiniam vastauit, & victo ibi Annone Pœnorum duce (occisum ait *Valer. lib. 5*) nihil iam victoriæ nisi Africa deesse videbatur. vt narrat *Florus.* cætera, *Frontinus & Polyb.*	494	518 130 2
3746		22	4 *Græ. 55*	27	*Consules M. Attilius Calatinus, & C. Sulpitius Paterculus.* Feliciter hoc anno gesta res Romana à Sulpitio in Sardinia, & Attilio in Sicilia victis vtrobique Carthaginensibus, & vrbibus recuperatis ex *Zonara & Polyb.*	495	519 130 3
3747		23	5 *Græ. 56*	28	*Consules C. Attilius Regulus, & Cn. Cornelius Blasio secundùm.* Iterùm Annibal Pœnus naualı prælio victus à Romanis deseritur à suis. Consules porrò Liparam & Meliten insulas subdunt ditioni Romanæ, *Florus, Polyb. Zonar. Oros.* Achæi mutatâ Reipub. gubernandæ formâ ducem instituunt, penes quem esset rerum administratio summa. *Polyb. lib. 2.* primus fuit in hoc ordine dux Geranius.	496	520 130 4
3748		24	6 *Græ. 57*	29	*Consules L. Manilius Vulso Longus, & Q. Cæditius.* Cæditio morienti suffectus est M. Attilius Regulus. Missi amboConsules cum exercitu in Africam feliciter omnia cessere, tum in itinere, cæsis nauali pugnâ ad Siciliam Carthaginẽsibus; tum in Africa crebris victoriis. Verùm Manilio Romam, cum parte exercitus reuocacato: & Xantippo Lacedæmonio duce Punici exercitus, Regulus victus est vltima pernicie, captus & coniectus in vincula. *Zonar. & Liuius lib. 24.* accedũt *Appianus Polyb. & Osorius.*	497	521 131 1
3749		25	7 *Græ. 58*	30	*Consules Ser. Fuluius Nobilior & M. Æmilius Paulus.* Consules cum classe 300 nauium in Africam missi, primùm nauali prælio vincunt, vbi 104 naues Carthaginensium demersæ: 30 captæ, & 25 millia hominum cæsa. Deindè iterùm in Aphrica ad Clupeam victi Pœni, sed Romana classis in Italiam prædis onusta remeans, naufragio nefando euersa est. periere 220 naues. De his lege *Zonar. & Eutrop.* de fide seruata à Regulo, & submerso à Barbaris Pœnis Xantippo *Appianus,* & citati authores aliqui.	498	522 131 2
3750		26	8 *Græ. 59*	31	*Consules Cn. Cornelius Scipio Asina secundum, & M. Attilius Calatinus secundùm.* Scribunt *Polybius, Zonaras & Eutrop.* Consules refecta classe 300 nauiũ traiecisse in Siciliã, (vbi Pœni præualere incipiebant) & Panormum Pœnorum vrbem vi cepisse.	499	523 131 3

Orbis	Iude.	Maced.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olymp.
3751		27	9 Gra.60	32	*Consules Cn. Seruilius Cæpio*, & C. *Sempronius Blæsus*. Consules è Sicilia in Africam transgressi, totam Africæ oram Maritimã depopulatur. sed cũ in Syrtes impulissẽt, ignota illis loca, primũ onera abiecere omnia, deinde dũ in Italiã redirent, 150 naues onerarias vi tempestatis coortæ amiserunt. *Polyb* Zonar. *Eutrop. Osor.*	500	524 131 4
3752		28	10 Gra.61	33	*Consules C. Aurelius* Cotta, & *P. Seruilius Geminus*. Factum S. C. ne amplius quam 60 nauiũ classis (ad subsidiũ Italiæ) haberetur: adeò populum commouit accepta clades. scribit *Polybius* Romanos in Africa terrore Elephantorũ perculsos, hoc anno abstinuisse à prælio. tamen *Osorius* ait patres rupto decreto Cottam consulem misisse cum classe in Siciliam, atque ibi terrâ marique reportasse victorias. addit Zonaras consulem vsum nauibus Hieronis.	501	525 132 1
3753		29	11 Gra.62	34	*Consules L. Cæcilius Metellus*, & C. *Furius Pacilus*. Regulum captiuum Romam nunc de pace aut captiuis commutandis missum, dissuasisse vtrunque in Senatu, scribunt *Osorius Eutrop. Cicero de Officijs*, *Zonar.* & *Gell. lib. 6. cap.* 4. Metellus Consul in Sicilia in agro Panormitano Asdrubalem traiicientem flumen adortus vincit, Elephantis consilio & arte in Pœnos conuersis. cæsa 20 millia hostium; interfecti 26 Elephantes, capti 104, & per Italiam pro spectaculo fuere, *Osorius*, *Eutrop.* & alii.	502	526 132 2
3754		30	12 Gra.63.	35	*Consules* C. *Attilius Regulus secundùm*, & *L. Manlius Vulso Longus secundùm*. Romani instaurata classe, Consules in Siciliam missi. Lelybæũ obsident. sed superueniens Annibal Amilcaris filius, obsessis adfuit, & amissa maiore parte Romani exercitus, missum ex Italia supplemẽtum. *Osor.* & Polyb.	503	527 132 3
3755		31	13 Gra.64.	36	*Consules* P. *Claudius Pulcher*, & L. *Iunius pullus*. Infaustus hic annus Romanis fuit in Sicilia, Adherbal apud Drepanum Claudio Consuli naues 93 cum victoria eripuit. Classis Romana quæ in portu Lelybetano stabat, partim capta, partim incensa. & quam ducebat pro supplemento Brutus tempestas demersit. *Poly. Eutrop. Osor.* Zonar.	504	528 132 4
3756		32	14 Gra.65.	37	*Consules* C. *Aurelius* Cotta *secundùm*, & P. *Seruilius Geminus secundùm*. Scribit *Polybius* Romanos prioris anni naufragiis consternatos, mari abstinuisse per 5 annos. addit *Zonaras*, Consules Drepanum, & Lelybæum oppugnasse, & socias vrbes reddidisse Pœnis infestas.	505	529 133 1
3757		33	15 Gra.66.	38	*Cõsules* L. C*æcilius Metellus secundùm*, & *M. Fabius Buteo*. Fabius Columbariã insulã cepit, & obsedit Drepanũ. Pœni vexãt orã Italiæ. *Zonar.* multa prælia à Romanis ad Erycẽ Siciliæ vrbẽ cõmissa, sed quibus ducibus Romanis, & quo euẽtu, nõ est memoriæ proditum, inquit *Polyb.*	506	530 133 2
3758		34	Seleucus Cal. 1	Ptolemæ. Euergetes 1	*Consules M. Otacilius* C*rassus secundùm*, & M. *Fab⁹ Licinus*. Rex Ægypti Ptolemæus Philadelphus diem clausit. successit filius, Ptolemæus 3.	507	531 133 3

Vrbis.	Iudeor.	Macedo.	Syriac.	Aegypt.		V. C.	Olymp.
					dictus Euergetes quia beneficus. cui *Eusebius & Beda* dant annos 26. Paulò post Antiochus rex Syriæ dolo vxoris periit, cum 15 annis regnasset. succedit regno filius Seleucus nuncupatus Callinicus. Καλλίνικος. *Appian. & Iustin. lib* 27. regnat annis 20. *Euseb.* Ex occasione dissidii inter Asiæ principes exoritur Parthicũ regnum, idque hac ipsa Olymp. vt notat *Eusebius*: quando Nomades, quorũ Arsaces ductor erat, Parthorum occuparũt Prouincias, præsertim, victo Seleuco Callinico. à quo tempore Arsacidarũ nomen, & annorum in ea gente Epocha obtinuit locum vsque ad Alexandrum Mammææ filium vt narrat *Agathius. vide tom. 2. Chron. anno Christi* 227.		
3759		35	2 G.a.ct.	2	*Consules* M. *Fabius Buteo tertium, &* C. *Attilius Balbus*. populus Romanus hostium classem in Africo mari apud Aigimurum insulam (hodie Galleta est) in Italiam nauigantem cecidit. *Florus.* has naues Romani ad tutanda Italiæ littora habebant. tunc etiam Fregeuæ colonia deducta *Vellei lib.* 1.	508	532 133 4
3760		Demetrius. 1	3 Gra 69.	3	*Consules A. Manlius Torquatus Atticus, &* C. *Sempronius Blæsus secundum*. Brundusium deducta colonia *Paterc.* Moritur Macedoniæ Rex Antigonus dictus Gonatas. succedit filius Demetrius, regnat annis 10. ex *Polybio & Euseb.*	5c9	533 134 1
3761		2	4 Gra. 70.	4	*Consules* C. *Fundanius Fundulus, & Sulpitius Gallus*. Nihil habet apud Romanos memorabile hic annus, quod proditum sit à scriptoribus, præter apparatum bellicum in Poenos.	510	534 134 2
3762		3	5 Gra. 71	5	*Consules* C. *Lutatius Catulus, & A. Posthumius Albinus.* Classis Romana 300 nauium traiecit in Siciliam duce Lutatio Consule. ibi victus Hannon Carthaginensis ad Ægates insulam. submersæ hostium naues 125. captæ 63. Impulit hæc clades Pœnos ad pacem petendam. *Polyb. Zonar. Eutrop.* sic tandem res Romana summo commisso prælio superior mansit *Osorius*.	511	535 134 3
3763		4	6 Gra 72	6	*Consules* A. M. *Torquatus Atticus secundum & Q. Lutatius Cerco*. punicum bellum primum, hoc anno finitum, vrbis nempe 512. fabula nũc primùm Romæ à Liuio exhibita vt omnes ferè notant. Malè *Cicero* notasse videtur annum, 514 libro de senectute, & de oratore, præsertim cùm addat datam hanc in theatro comœdiã annis 30 ante consulatum Fabii. Qui tamen Consul fuit anno V.C. 540. Cæterum leges huius pacis, quas inquit *Liuius*, Amilcar mœrens accepit, hæ fuere. pœni Sicilia, & omnibus insulis quæ inter Italiam & Africam sunt excedunto. duo millia, & 200 talenta, in annos 20 pendunto; in præsens mille. captiuos Romanos sine pretio reddunto. & quædam aliæ minoris momenti. ita *Polyb. Eutrop. & Liuius lib.* 21, ait sic Pœnos factos vectigales.	512	536 134 4
3764		5	7	7	*Consules* C. *Claudius Cento, &* M. *Sempronius Tuditanus*. Sopito bello Punico primo, aliud pe-	513	537 135 1

Orbis.	Indict.	Maced.	Syria	Ægypt.		V. C.	Olymp.
			Gra 73.		riculosum Carthaginensibus illatum est à vicinis Africanis. Cui bello *Polybius* dat ferè quadriennium, *Liuius* quinquennium. Nunc diē clausit Eumenes Pergami rex. Succedit Attalus cognatione proximus, cui *Liuius* dat regni annos 44. Alii vno minus hic postea sociùs fuit populi Romani, & Romanis adfuit in bello contra Philippum Macedoniæ regem *Strabo li.* 13. Circa hos annos cessante Proclidarum familia cœpit Lacedæmon vnum tantum regem habere *qq. cap.* 8.		
3765		6	8 Gra 74.	8	*Consules* C. *Manilius Turrinus*, & *Q. Valerius Falto*. his Coss. Valentiæ colonia deducta. *Paterc. lib.* 1. Leonidas Cleonymi filius moritur. Succedit rex Leonidæ filius* Cleomenes, cui Plutarchus in eius vita dat annos regni 16, huic dissidiū mox erit cū Achæis, ob tēplū Mineruæ.	514	538 135 2
3766		7	9 Gra 75	9	*Cōsules P. Valerius Falto, & T. Sēpronius Gracchus.* Post 45 annorum pacem inquit *Polyb.* Gallorū cū Romanis; succedit bellum Gallicū Cisalpinorū, & Boiorū. *Orosius, Zonaras*, & alii. ac primū tria Romanorum millia ceciderunt, mox nouo conflictu cæsa 14. millia Gallorum. *Orosius.* addit *Zonaras* Ligustinum bellum exortū, contra Ligures illos qui Alpium iuga incolebāt: & Sardiniā, nunc in Romanorū venisse potestatem, quòd incolæ Romanos mercatores mari dicerentur populari. Ennius nascitur anno 3 post finē belli Punici primi; & post 30 annos inchoatos sōniat: scilicet anno 704 à morte Homeri, de qua dixi ad annum 3092. lege Ennium primo Annal. & ibidē Merulam, vbi hanc 700 circiter (vt loquitur Ennius) annorū Chronologiā Ennianam, rectè Merula ad Homerum, & nō ad Palilia retulit. Verba Ennii sunt hæc, 700 *sunt Paullo plus vel minus anni.*	515	539 135 3
3767		8	10 Gra.76.	10	*Consules L. Cornelius Lentulus, & Q. Fuluius Flaccus.* Consules armati hoc primùm anno trans Padum Romanas ducunt legiones, *inquit Eutropius*; & in pugna cum Insubribus & Liguribus, desiderata sunt hostium 13 millia. Adde *Zonarā*. Narrat *Iustinus*, Alexandrū Epiri regē, Pyrrhi filium, nunc diē obiisse. Breui extinctis duobus Alexandri filiis, Ptolemæo & Pyrrho, cessauit Æacidarum Dynastiæ sexus virilis in Epiro. Amilcar laudatus militiæ Dux, res Carthaginensium restituit intra Africam cumulatè *Polybius.*	516	540 135 4
3768		9	11 Gra.77	11	*Consules P. Cornelius Lentulus Candinus, & C. Licinius Varus.* Minas belli Gallorū hoc anno in Romanos, cōpescuit tumultus inter inter ipsos exortus. Lentulus Consul exercitum ducens in Ligures victoriā potitur, & hostem oppidis aliquot mulctat. de Corsica insuper motus aliqui. *Zonar. Poly. Eutrop.*	517	541 136 1
3769		10	12	12	*Consules T. Manilius Torquatus, & C. Attilius Balbus.* Sardinia quæ nunc suasu Carthaginensium defecit à Romanis, recuperata est à Tor-	518	542 136 2

Orbis	Iudæorū	Maced.	Syria.	Aegyp.		V. C.	Olymp.
			Gra. 78.		quato Consule,& redacta in formam prouinciæ & post triumphum cùm Romani bellum non haberēt, clausum est Iani templum,quod à Numa huc vsque non acciderat.nec vnquàm anteà nisi sub Numa semel. *Plutar.in Numa. Liuius lib* 1.*Velleius lib.*2.*Eutrop.& Orosius.*		
3770		*Antigonus.* 1	13 Grac. 79	13	*Consules L.Post.Albinus,& Sp. Caruilius Maximus.* Sardes, Corsos & Ligures defecisse hoc anno scribit Zonaras. tres missi in hos sunt exercitus. feliciter, licet non facilè triplex reportata victoria: nec sine triumpho.*Zonar.* Rex Macedoniæ Demetrius moriens,filio suo Philippo successori regni tutorem reliquit nepotē suum Antigonnm.qui *Doson* cognominatus est, quòd esset inquit *Plutarchus*, ditior pollicitis quàm donis. verum nobilium regni consensu iussus est,vti merita eius postulabant, regis nomen assumere. idque tenuit inquit *Eusebius* annis prope 15.Alii aliter ex *Polybio.*	519	543 136 3
3771		2	14 Grac. 80.	14	*Consules Q. Fabius Maximus Verrucosus,& M. Pomponius Matho.* Consules hoc anno compescunt rebellantes hostes, Fabius quidem Ligures,& Pomponius Sardos, reportata ad triumphum insigni victoria. *Zonar. Plutar.* Scribit Zonaras, Romanos misisse Carthaginensibus hastam & Caduceum, vt alterum eligerent, nempe vel bellum vel pacem: & dum Pœni Romanis eam relinquunt optionem, suspensa res mansit hoc anno. *Zonar.& Gelli.lib.*10.*c.*28.	520	544 136 4
3772		3	15 Grac. 81.	15	*Consules M. Æmilius Lepidus & Poblicius Malleolus.* Etiam hoc anno missi in Sardos nōdum quiescentes sunt consules. magna à Sardis ab acta præda,quā tamē Corsi mox eripiūt.*Zonar.*	521	545 137 1
3773		4	16 Gra. 82.	16	*Consules M. Pomponius Matho secundùm, & C. Papirius Maso.* Narrat *Dionysius lib.*2. primū hoc anno Romæ inter virum & vxorem factum diuortium. Corsi & Sardi tandem hoc anno subacti leguntur à consulibus.	522	546 137 2
3774		5	17 Grac. 83	17	*Consules M. Aimilius Barbula, & M. Iunius Pera.* Galli Boii, qui dictam hodiè Longobardiam incolebant, bellum cogitare deprǣhensi sunt.sed præuenti improuisò à consule, amicitiam simulant, sicque eandem simulantes Romani,per Gallorum agrum transeunt in Ligures.*Zonar.*	523	547 137 3
3775		6	18 Gra. 84.	18	*Consules L. Posthumius Albinus secundùm, & Cn. Fuluius Centumalus.* Illyricum bellum geritur, hoc præsertim anno, missis consulibus in Epirum cui præerant Illyrii, qui mercatores Italicos erant prædati. ibi capta vrbs Apollonia à consulibus, & Regina Teuca quæ nomine filii pueruli imperabat, facta est vectigalis Romanis. Dirachium (Durazzo) venit in fidem populi Romani. *Zonar. Flor. Polyb. lib.* 2. Cleomenes Spartæ Rex , occisis à se	524	548 137 4

Orbis	Iudeorum	Maced.	Syriæ.	Ægypt.		V. C.	Olymp.
					Ephoris regnat cum fratre, & veterē Reipub. formam à Lycurgo institutam restituit. *Polyb. lib. 2. Pausan. lib. 8.*		
3776		7	19 *Græc. 85.*	19	*Consules Sp. Carvilius* Max. *Ruga, secundùm, & Q. Fabius Max. secundùm.* Triumphatum esse de Illyriis, ad hunc annum colligit Sigonius. Romani missis legatis, certiores huius de Illyriis victoriæ Græcis gratæ, reddūt Achæos Athenienses & Corinthios. *Polyb.* Amilcari occiso in Hispania, substituitur Asdrubal gener, qui soceri gloriam æquauit, annis 8, quibus illi prouinciæ præfuit. *Polyb. lib. 2.*	525	549 138 1
3777		8	20 *Græc. 86.*	20	*Consules P. Valerius Flaccus, & M. Attilius Regulus.* Inter Gallicum & Illyricum bellum additi duo Pretores. Additos autem vt in Siciliā & Sardiniam nouas prouincias mitterentur, tradit. *Pompo. de Orig. iuris.*	526	550 138 2
3778		9	*Seleucus. I.* *Græc. 87.*	21	*Consules M. Valerius Messalla, & Apustius, Fullo.* In Syriæ regno Seleucidarum, patri Callinico succedit Seleucus nuncupatus Ceraunus, ὁ Κεραυνός. Huic *Eusebius & Sabell.* dant triennium. Appianus tantum biennium, Mithridates regnat apud Parthos. *Iustin lib 41.*	527	551 138 3
3779		10	2 *Græc. 88.*	22	*Consules L. Æmilius Pappus, &* C. *Attilius Regulus.* Bello Gallico nouo cisalpino, occasio fuerunt pulsi Galli Senones ex agro Piceno ante 5 vel octo annos. Hi enim nunc aduocātes secum Insubres Gallos, & eos insuper qui trans Alpes ad Rhodanum sedes habebant, irrūpunt in Etruriam. Ingens Gallorum exercitus fuisse dicitur. Romani quoque numerabant, si vera narrat *Plinius lib. 3,* equitum 80 millia: peditum 700000 millia ex sola Italia, & sine transpadanis. Conclusi Galli inter duos Consulum exercitus vincuntur, periere duo eorum reges. Occiderūt Romani hostiūm 40 millia, ceperunt 10 millia. *Plin. lib. 3. c. 20. Polyb. florus, Zonar. Eutrop.* In Asia Attalus ope Gallorum partem regni amissam recuperat, & Cleomenes Spartiata Achæos egregiè exercet, vexatque. *Polyb.*	528	552 138 4
3780		11	3 *Græc. 89.*	23	*Consules T.* M*anilius Torquatus secundùm, & Q. Fuluius* Flaccus *secundùm.* Consules continuato in Gallos bello, Boios in fidem acceperunt. *Polyb.* & nunc primùm (superato Pado) itum esse cōtra Insubres scribit *Zonaras.* Addit etiam *Osorius* victos.	529	553 139 1
3781		12	*Antiochus Magnus. 1.* *Græc. 90*	24	*Consules* C. F*lamminius, &* P. F*urius* P*hilus.* Itum iterùm in Gallos Insubres, fusi hostes. *Orosius* narrat cæsa octo hostium millia, capta 17 millia. reuocauit quidem Senatus consulē Flaminiū, ipsa acie iam instructa datis literis, quod vitio creatus & inauspicatò diceretur: quas tamen non prius aperuit quàm fudisset barbaros. & quia contemptis auspiciis pugnauit, consulatu abire iussus est. P*lutar. in Marcello. Oroso. Liuius li. 21.* Occiso à conspiratoribus Seleuco in expeditione suscepta contra Atta-	530	554 139 2

Orbis.	Iudaeorum	Maced.	Syria.	Aegypt.		V. C.	Olymp.
					lum Pergami regem; Antiochus Seleuci frater (vti narrat *Iustinus*) Rex Syriæ renunciatur,regnatque annis 36, *ex Euseb.* vide Historiã apud *Sabell.Ennea* 4. *lib.* 9· *& Polyb. lib.* 4. qui notat vocatum magnum,ob insignes victorias contra Medos & Parthos.		
3782		13	2 *Graecorũ.* 96	25	*Consules Cn. Cornelius Scipio Caluus*, *& M. Claudius Marcellus.* Qui spolia Ioui suspẽdit.ad quod alludit *Virg.lib.6.* Galli enim accisis opibus pacem petentes, ad certamen compulsi sunt. in quo supremo prælio victi,se Romanis dediderunt;captis Coma & Mediolano,quod Insubrium caput erat, *ex Polyb. Zonar.* à Marcello Virdumarus Rex occisus,& Regis spolia stipiti imposita triumphans humeris vexit *Eutrop.* addit *Plutarchus in Marcello*, Consulem Marcellũ hæc spolia in prælio vouisse Ioui Feretrio. Hunc Virdumarum, Gessetarum, *vt ait Orosius*; esse Germanorum regem, accipit, hic Sigonius. Annibal Amilcaris Barchæ filius adhuc iuuenis,in pretio esse incipit apud Carthaginenses.	531	555 239 3
3783		*Philippus* 1.	3 *Graecorũ.* 92	26	*Consules P. Cornelius Scipio Asina. & M. Minutius Rufus.* Istris hoc anno bellum illatum est.qui prædati erant naues Romanorum quæ frumẽtum vehebant. subacti omnes sunt,quãuis non modico Romanorum sanguine. *Osor. Zonar. Eutrop.* Philippus Rex Macedoniæ regnare incipit,fili⁹ Demetrij.notat enim *Polyb.* Antigonum tutorem obiisse hac Olympiade. Quod non potest cõmodè exponi nisi de anno eius Olymp. quarto. attigit hic princeps regni annum 42 *ex Eusebio.* Historiam habent *Polyb. lib.2. & Iustin. lib.* 29 *vide annum V.C.*519	532	556 139 4
3784		2	4 *Grae.* 93.	*Philopator.* 1	*Consules L. Veturius Philo. & C. Lutatius Catulus.* Annibal Amilcaris Barchæ filius succedit Asdrubali in Præfectura Hispaniæ. *Polyb. lib.2 pag.* 123. *Casaubon.* Romani dum per cõsules compescunt rebellantes Istros, etiam vicinas nationes subdunt Romano imperio, *Zonar.* In Ægypto Rex Euergetes,vna cum vxore & filio vno occiditur. cædis author fuit Ptolemæus alter filius, dictus illinc per ἀντίφρασιν, Philopator,regnatque annis 17. *ex Eusebio, Tertul. & Clem. Alex.* At vero *Plinius lib.* 7. Triphonem vocauit. Antiochus Syriæ Rex inferiorem Syriam quam occupauerat Euergetes recuperat:& Tyro, Ptolemaide aliisque ciuitatibus potitur. *Polyb.lib.*4 *&* 5.	533	557 140 1
3785		3	5 *Grae.* 94.	2	*Consules M. Liuius Salinator, & L. Æmilius Paulus secundùm.* Annibal ineunte vere obsidet Saguntum, & mense octauo expugnatur. Discrepant de huius casus anno Græco & Romano scriptores, *Polybius, Plinius, & Onuphrius.* Nec magis conuenit inter recentiores. Nos hic damus vrbis & Iphiti annum probabilem plerisque,& primis vrbis & Iphiti Epochis cõsentiẽtem. Missi hoc anno consules in Illyrios	534	558 140 2

Orbis	Iudaeorum	Maced.	Syriae	Aegypti		V.C.	Olymp.
					qui audito Pœnorum motu, Illyrica oppida Romanis subiecta vastabant. sed domiti illi à Consulibus in deditionem Romanorum venerunt. *Polyb. Zonar.*		
3786		4	6 *Graec. 95.*	3	*Consules* P. *Cornelius Scipio, & T. Sempron. Tuditanus.* Hic Scipio pater est Scipionis Africani. Punicum bellum secundũ nunc inchoa tum his Coss. & anno hic notato, quamuis de anno, vt iam commemoraui, varient antiqui scriptores, rectè vt opinor Liuius notat cœptũ anno 23, à finito primo bello punico. omnes quidem hos cõsules dant. Solinus quoque dat annum vrbis 535. Hinc habes Olympiadem cohęrentem. Annibal subacta magna parte Hispaniæ, in Italiam transgressus, Cornelium Consulem ad Ticinum; & Sempronium ad Trebiam acie fudit. Boij etiam solicitatis Insubribus deficiunt. *Polyb.* In finibus Palestinæ inter Syriæ & Ægypti Reges pugnatum est. victo Antiocho, Philopater sibi ereptas Syriæ ciuitates recuperat: nec abstinet à Iudæis, eorumque templo *Polyb.*	535	559 140 3
3787		5	7 *Graec. 96*	4	*Consules Cn. Seruilius Geminus. & C. Quinctius Flamminius secundùm.* Feliciter quidem hoc anno res cessit Romanis in Hispania, victoribus passim duobus Scipionibus. Cn Scipio punicam classem quæ ad Iberi fluminis ostia stabat, profligat; & tota illa ora maritima potitur. Populi amplius 120 pacem petunt. obsides qui Sagunti tenebantur redditi. *Liuius. Polyb.* At vero in Italia passim vincebat Annibal. Flamminius Consul, qui Arimini Magistratum iniit, occurrens ad Lacum Trasimenum Annibali, collatis signis amisso exercitu occisus est: Paucis post diebus quatuor equitum millia ab Annibale circumuenta. *Liuius, Plutar. Valer. lib. 1. & alij.* vrbe trepidante Dictator est dictus. Q. Fabius Maximus, idque nouo exemplo per populum, absente consule, cuius hæ partes erant. Hic hostem insecutus & hosti præsens à pugna abstinet, sicque cũctando rem Romanam propè collabentem tandem restituit: vt fusè narrat *Liuius. Ouidius in Fastis,* victoriam ad Trasimenũ dicit incidisse in 23 Iunij. scribit *Tacitus* Cremonam & Placentiam, vrbes nunc erectas à Romanis.	536	560 140 4
3788		6	8 *Graec. 97*	5	*Consules L. Aemilius Paulus secundum, & C. Terentius Varro.* Hic annus Canensis pugnæ est. ambobus Consulibus cum Annibale bellum decretum, propè Cannas vicum Apuliæ Dauniorum, castra posita. & cùm Annibal cibi inopia qua laborabat potuisset sine prælio vinci, Varronis temeritate pugnæ datum signum est. ingens si vnquam Romanis clades accidit. Paulus consul occubuit, cum 40 Romanorum millibus, senatoribus 80, & aliorum ordinũ multis. Varro cum 50 equitibus Ve-	537	561 141 1

nusium profugit, quo multi alij incolumes
peruenerunt & cogitantes relinquere Italiã
retinuit P. Scipio Trib. mil. adolescens. alij
ab Annibale circumuenti: defecerunt ad An-
nibalem plurimi, Appulorum & Samnitum
pars, Galli omnes, Brutij, Tarẽtini, & ora Græ-
ciæ maritima. His Romæ auditis iuniores ab
anno 17. vocantur ad militiam. vetera hostium
spolia templis detracta, porticibusque, seruorũ
delectus habitus. his fretus M. Iunius Pera Di-
ctator cum 25. millibus armatorũ ex vrbe pro-
ficiscitur. Marcellus aliundè exercitum in a-
grum Nolanum ducit, Annibal Capuæ reci-
pitur. & in agro Nolano cõgressus cum Mar
cello, tunc primùm à Romanis fugatus est.
cœpitque pœnus miles campana luxuria ener-
uari, *Liuius*. Interim à Scipionibus res benè ge-
sta in Hispania. Asdrubal Annibalis frater qui
parabat traiicere in Italiam victus à Romanis,
nullibi in Hispania tutus consistebat. ciuita-
tes Romanis iunctæ sunt, *Liuius*. pugnam Ca-
nensem consignant *Gellius & Macrob. ad 2. Au-
gusti*: tamen *Polyb. lib. 4.* subindicat vernum tẽ-
pus. à quibus proindè varius Olympiadis an-
nus dari debet: floret Eratosthenes Philoso-
phus Græcus. *Euseb.*

3789 | 7 | 9 | 6 | *Consules Q. Fabius Max. Verucossus tertiùm, & | 538 | 562
Tit. Sempronius Gracchus. Hos dant *Eutrop. &* | 141
Cassiodorus. at *Liuius* edit L. Posthumium Al- | 2
binum tertiùm. nempe Albino cæso in Gallia
Gra. 98. Cisalpina suffectus est Fabius. Philippus Rex
Macedonum inclinato ad Pœnos animo, agit
de fœdere cum Annibale. Sempronius Con-
sul Cumas Campaniæ vrbem contra Annibalẽ
egregiè tuetur. repulsus Annibal Nolam inua-
dit à M. Marcello defẽsã. vbi Annibal duobus
prœliis à M. Marcello victus & fugatus est. õnis
propè Hispania ad Romanos defecit: res Sicu-
læ ad pœnos inclinatæ mortuo nunc Hierone.
Liuius, Eutrop, Florus. sic Marcellus docuit vin-
ci posse Annibalem, & tum ipse audendo, tum
Fabius cunctando Romanis Imperium in Ita-
lia conseruarunt *citati authores.*

3790 | 8 | 10 | 11 | *Consules Q. Fabius Max. Verucossus quartùm,* | 539 | 563
& M. Claudius Marcellus tertiùm. Hoc anno Tib. | 141
Gracchus proconsul, pugnat feliciter ad Bene- | 3
uentum contra Annonẽ pœnorum ducem, &
Grac 99. seruos, quorum opera vsus est donat libertate:
Consules Casiliũ vrbem recuperant, cùm iterũ
hoc anno Marcellus prosperè decertasset cum
Annibale. Missus deindè in Siciliam, ne Syra-
cusas nunc reciperet, vnius Archimedis indu-
stria prohibitus est. In Hispania Castulo vrbs à
Romanis recepta. instauratur Sagũtus. & Pœni
ad Mundam victi, *Liuius.* Apolloniatum vrbs
quod nollet à Romanis deficere, vexata à Phi-
lippo Macedonũ rege, implorat Romanã opẽ,
& misso M. Valerio Læuino fugatur Philip-
pus. *Liuius.*

Consules

Orbis	Iudæorum	Maced.	Syria.	Aegypti.		V. C.	
3791		9	11 Græc. 100	8	*Consules Q. Fabius, Verrucosi Consulis F. & Ti. Sempronius* Gracchus *secundum.* Annibal in agro Tarentino æstatem consumit, spe proditionis. Marcello in Sicilia,& aliis alibi prorogatum imperium. Syphax Numidarũ Rex pertractus est à Scipionibus in amicitiam populi Romani. bellum vndecunque in Annibalem consulibus mandatum. *Liuius. Appianus.*	540	564 141 4
3792		10	12 Græc. 101.	9	*Consules Appius* Claudius *Pulcher tertium, & Q. Fuluius Flaccus.* Syracusæ captæ à Marcello anno.3. quàm cœperat obsideri, & huius belli punici septimo. Occisus ibi Archimedes. In Hispania Scipiones à Mercenariis Celtiberis deserti, (propè cum toto exercitu) cæsi sunt, anno 8 quàm iuerant in Hispaniam. At L. Marcius eques Romanus collectis exercitus reliquiis bina hostium castra cepit, cæsis 37 millibus, non sine ingenti præda. *Liuius. Flor. Appia.* Annibal æquo marte ad Capuam pugnat cum consulibus. & alibi vario marte in Italia certatur, sumptum de Publicanis supplicium, qui naufragia mentiti erant.	541	565 142 1
3793		11	13 Græ 102	10	*Consules* P. *Sulpitius Galba,& Cn Fuluius Centumalus.* Marcello in Sicilia prorogatum imperium P.Scipio P. Scipionis qui interierat filius, 24 natus annos, extra ordinẽ Proconsul missus est in Hispaniam. quod reliqui omnes imperium recusabant post occisos Scipiones, duo fulmina belli, *vt ait Cicero.* M. Læuinus cum ætolis, & attalo rege Asiæ, societatem firmat aduersus Philippũ. Annibal qui frustra tentauit soluere obsidionem Capuæ, frustra etiam inde venit in conspectum vrbis, positis ad Anienem castris, tertio ab vrbe lapide. inde in Lucanos & Rhegium contendit. Capua in potestatem venit Romanorum Senatus Campanorum supplicio affectus,& Capua libertatem amisit. *Liuius.* De ludis Apollinaribus institutis vide *Sigon ad an.* 541.	542	566 142 2
3794		12	14 Græc 103	11	*Consules M. Claudius Marcellus quartum, &* M. *Valer.* Leuinus *secundum.* Agrigentum,& Siciliæ insula tota nunc venit in Romanorum potestatem. P.Scipio in Hispania potitur Carthagine noua,& rem passim benè gerit. Marcellus Salapiam Annibali familiarem vrbem proditione recipit,& varia in Sãnitibus oppida expugnat, tandem ad Numistionem cum Annibale pugnat feliciter, & hostem insequutus vexat leuibus prælijs, inquit *Liuius, Plutar. in Marcello.* Philopater Ægypti Rex ab Antiocho Syriæ rege vincitur, & sic ad Antiochum rediit Iudæa. *Euseb.*	543	567 142 3
3795		13	15 Græc. 104	12	*Consules Q. Fabius Maximus quintum. & Q. Fuluius Flaccus quartum.* Fabius Consul Tarentum proditione arteque punica recipit; quando Annibal dixit, Romanos suum etiam habere Annibalem. Marcellus Annibali ad Canusium occurrit. bis pugnatum, Annibal priore pugna,	544	568 142 4

K

Orbis.	Iudeorum	Maced.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olymp.
					Marcellus altera superior euasit. hostis in Brutios contendit declinans à Marcello, hoste molestissimò. *Liuius.*		
3796		14	16 *Graecorũ. 105.*	13	*Consules* M. *Claudius Marcellus quintùm, & T. Quinctius Crispinus.* Sulpitius Galba procõsul bellum gerit aduersus Philippum Macedonẽ & Achæos *Liuius.* Consules copias coniungunt non longè à Venusia, qui è castris egressi cum paucis equitibus speculandi causa, ab Annibale circumuenti sunt cæsus Marcellus, alter læ-tali vulnere accepto fuga euasit. accidit Romanis perincommodè Marcelli interitus. *Plutar. in Marcello. Liuius.* qui narrant eodem tempore à M. Valerio Leuino fusam Carthaginensium classem. His Coss. ludi Apollinares lege mandantur in statũ diem, hoc anno vrbis & hac Olympiade: cùm antea tantũ soliti essent voueri in annos singulos. dies dictus in perpetuum 3. Non. quinctiles *Liuius Deca. 3. lib. 7.*	545	569 143 1
3797		15	17 *Graec. 106.*	14	*Consules M. Claudius Nero, & M. Liuius Salinator secundùm.* Fuit hic annus Romanis vbique faustus. Asdrubal collecto exercitu tandẽ venit in Italiã, copias cùm Annibale coniuncturus. Asdrubali Liuius in Gallia opponebatur: Annibali Claudius in Apulia. Hic interceptis Asdrubalis ad fratrem literis, relinquẽs partem exercitus in castris Annibali oppositis, clàm cũ reliquo exercitu, magnis itineribus sex dierũ socio se iũxit, & ad Senã vrbẽ cõgressi ambo cõsules cum hoste, Asdrubalem occiderunt deleto penitus eius exercitu. Claudius in sua castra regressus, primus quod acciderat Annibali renunciari fecit. ille dolore & periculi magnitudine consternatus recepit se in Brutios. & vix postea pugnandi copiam fecit *Liuius.* decretus vtrique cõsuli triũphus. In Hispania ad Besulã Scipio magna occidione deleuit exercitum Magonis & alterius Asdrubalis filij Gisconis. Duces etiam ipsos vltra Gades fugauit, tunc Masinissa Numida, cum Scipione & populo Romano societatem iniuit. ad hunc porrò annũ notant aliqui, eas quas in agro Carthaginensi fecit M. Valerius Læuinus populationes, quando insuper in reditu classem Punicam fudit, captis nauibus 17. depressis quatuor.	546	570 143 2
3798		16	18 *Graec. 107.*	15	*Consules Q. Cæcilius Metellus, & L. Veturius Philo.* Subacta à Scipione tota Hispania, pulsisque inde Pœnis, Scipio in Africam trajiciens contraxit iterum nomine Reip. amicitiam cum Syphace & Masinissa. regressus incidit in morbum: sed vbi conualuit Mandonium & Indibilem, qui res nouas moliebantur compescuit, *Liuius.* breui redibit in Italiam ad consulatum. Annibal hoc anno quiescit, nece fratris perculsus, nec multum à Romanis lacessitus, non triumphauit Scipio, quia nondum	547	571 143

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria	Aegypt.	PERIODVS 8.	V. C.	Olymp.
					triūphabāt ob res gestas qui magistratū nō gesserunt. *vide Marcellinū lib. 25. de iure triūphandi.*		
3799		17	19 *Græc.108.*	16	*Consules* P. *Cornelius Scipio & P. Licinius Crassus dives.* Bellum quod in Hispania excitarūt Mādonius & Indibilis repressum est à proconsulibus Manlio & Lentulo. Indibilis cæsus in acie, alter Romanis deditus. Scipioni decreta Sicilia & Africa. in Sicilia (post excursionē in Brutios vbi Locros capit) parat expeditionē in Africam. Syphax deficit à Romanis & Masinissā regno pellit. *Liuius.* Crasso obtigit Annibal in Brutiis, vbi nihil memorabile gestum est.	548	572 143 4
3800	*Hircanus*	18	20 *Græc 109.*	17	*Consules* M. *Cornelius Cethegus, & P. Sēpronius Tuditanus.* Scipio (cui in annū prorogatū est imperium, vt Crasso in Brutiis) in Africā traiecit; & Vticam à se obsessam cogitur relinquere aduētu Asdrubalis & Syphacis; qui prope 100 millia armatorū ductabant. Adfuit Scipioni Masinissa cùm ducentis equitibus. Sēpronius consul cùm Annibale conflixit. primo certamine pulsi Romani: postero die cùm in aciem cōsul descēdisset fudit fugauitque Pœnos *Liuius. Appianus.* nec postea quicquā memorabile gessit in Italia Annibal. Lapis quē incolæ matrē deorum vocabāt, legatis Romanis per Attalū Asiæ regem traditur, Romā deportatur, & ludi Megalēses ei primùm instituti, vt fierēt pridiè Idus Aprilis. *Liuius, Macrob.* Hircanus Dux Iudæorū annis 16. *Anny philo* Florent Cethegus suadæ medulla, Plautus, & Næuius qui carmine scripsit primum bellum Punicum	549	573 144 1
3801		19	21 *G a.110*	*Ptolemeus. Epiphanes.* 1	*Consules Cn. Seruilius Cæpio, & Cn. Seruilius Geminus.* Scipioni in Africa donec debellatum foret, prorogatum imperium: Mālio & Lētulo in Hispania in annum. Scipio Syphacis & Asdrubalis castra euertit, cæsa aut hausta flammis 40 millia Pœnorū. iterùm cum Pœno cōgressus, hostem fugauit, & ciuitates passim vi metuque subegit. Captus Syphax, Masinissa regno restituitur. Carthaginenses Annibalē ad patriæ defensionem reuocant. ille mœstus ac dolēs in Africā redit. Senatus pacem petitam negat excurrūt, interim induciæ datæ à Scipione. *Liuius Polyb. Appianus, Florus.* Ptolomæus dictus Epiphanes (ab Appiano & Iustino vocatur Philopater) succedit Rex patri iam vita fūcto. regnat annis 24. *Euseb. Tertul. & Clemens Alex.* addit *Iustinus lib.* 30 Alexandrinos sibi timentes ab Antiocho & Philippo Macedone, petiisse à Romanis, vt pueri tutelam reciperent. Hoc tempore lata dicitur lex Cincia de munere ob causam orandam non recipiendo.	550	574 144 2
3802		20	22	2	*Consules Ti. Claudius Nero. & M. Seruil. Pulex Geminus.* Hoc anno L. Furius Prætor. Ligures & Gallos Cisalpinos, Amilcare Pœno ductore, confœderatos in Romanū nomen, vincit apud Placentiam. *Liuius. Zonar.* Annibal cum in Africam redisset, tētata per colloquiū	551	575 144 3

Orbis	Iudæorum	Maced.	Syriæ	Ægypti		V.C.	Olymp.
					cum Scipione pace, nec impetrata nisi conditionib' Annibali nõ probatis; victus est extremo prælio à Scipione ad Zamam. petentibus demùm pacẽ Carthaginensibus, cõditiones dixit Scipio, & Romã ad Senatũ misit. *Appian. Liuius.* obiit nunc Fabius Maximus dictus Cunctator. *Liuius lib.* 30.		
3803		21	23 *Græc. 112*	3	*Consules* Cn. *Cornelius Lentulus & Aelius* P*ætus*. Finem accipit bellum Punicum secundum anno 17, ex quo cœptum est, probatis à Senatu pacis conditionibus, Scipio Romam venit, cui Senatus insignẽ si vnquàm antea decernit triũphum, datumque nomen Africani. *Appia. Polyb. Liuius.* qui etiam hãc hic notatam dant Olympiadẽ. Syphacẽ in triũpho ductũ autor est *Polybius.* Pacis conditiones hæ erant, vt Carthaginẽses liberé, & suis legibus viuerent. naues rostratas præter 10 triremes traderent, & domitos Elephantes. nec domarent alios, bellũ nullũ iniussu populi Romani gererent, obsides 100 arbitratu Scipionis darent, præter pensionẽ argenti in annos 50. Masinissæ quoque habita ratio est. Philippus Macedo obsidet Athenas. Romani vt cum Pœnis bella gesserãt pro Mamertinis & Saguntinis sociis: ita nũc pro Atheniensibus bellum Philippo Pœnorum amico denunciant. *Liuius.*	552	576 144 4
3804		22	24 *Græc. 113*	4	*Consules* P. *Sulpitius Gabba* 2. & C. *Aurelius Cotta.* incipit bellum Macedonicũ primũ, seu Philippicum. mittitur cõtra Philippũ Sulpitius consul. de quo *Iustin. lib.* 49. Hic annus vrbis habetur ex tabulis Capitolinis, & ex Romanis marmoribus, vt refert Robertullus in sua Chronologia Liuiana. Cõsul equestribus præliis benè pugnauit cum Philippo.	553	577 145 1
3805		23	25 *Græc. 114*	5	*Consules L. Cornelius Lentulus, & P. Villius Tappulus.* Prætor Romanus Bæbius Tamphilus vincitur cum exercitu ab Insubribus. nec collega quicquam prosperé gessit contra Philippum, *Liuius.*	554	578 145 2
3806		24	26 *Græc. 115*	6	*Consules T. Quinctius Flaminius. & Sex. Ælius* P*ætus Catus*, Quicquid habebat Ægypti Rex in Cœlesyria, id totum occupat Antiochus Rex Syriæ. *Liuius lib.* 31. Hellespontũ porrò & Thraciã inuadit. *ex Appiano.* Flaminius Consul Philippi exercitũ fudit in Epiro, & in Macedoniã fugauit. Achæos in societatem populi Romani recepit, totamque Thessaliam Macedoniæ vicinam nullo reperto obstaculo pertransiit, profligata quoque Philippi classis à Flaminio. *Liuius. Plutar.*	555	579 145 3
3807		25	27 *Græc. 116*	7	*Consules* Cn. *Cornelius Cethegus, & Q. Minutius Rufus.* à Consulibus victi Ligures aliique in Cisalpina Gallia, nec sine triumpho. Sempronius Tuditanus qui Prætor citeriorem Hispaniam sortitus est, malè hoc anno pugnans occiditur. *Liuius. Appianus.* Attalus Rex, Thebis Pergamum æger adue-	556	580 145 4

Orbis	Iude.	Mace.	Syria.	Aegypt.	PERIODVS. 8.	V.C.	Olymp.
					aduectus moritur anno ætatis 71. regnat Eumenes filius annis 39 constans populi Romani amicus,& nobilis Bibliothecæ Pergami erectæ fundator. *Strabo lib.* 3. T. Quinctius Proconsul in Thessalia cum Philippo acie victo debellauit. Philippo pacem petenti leges pacis à Quinctio iussu Senatûs datæ. *Polybius, Liuius, Plutar.* Interim Annibal Antiochum impensè solicitabat ad bellum contra Romanos.		
3808		26	28 Gra.117.	8	*Consules L. Furius Purpureo & Claudius Marcellus.* Antiochus Smyrnam obsidet. *Liuius.* Quia pacis conditiones cum Philippo habebant,ne ille extra Macedoniã bellum vlli moueret,ciuitates Græciæ plenam tandem consecutæ sunt libertatem,ingenti incolarũ gaudio. *Polyb.Liuius,Iustin.Appian.* Marcellus in Boios missus, primùm quidem non benè, at altero prælio feliciter pugnauit: & victo hoste,captaque Coma cum aliquot castellis, triumphum consecutus est.*Liuius.*	557	581 146 1
3809		27	29 Gra.118.	9	*Consules L Valerius Flaccus,& M. Porcius Cato.* Boii iterùm victi à Flacco cõsule. Appius Heluius Prætor in Hispania Tarraconensi Celtiberos graui prælio vincit, & Illaturgium vrbem capit *Liuius*.idem author,& *Iustinus lib*.31. scribunt Annibalem coactum relinquere Africã, venisse nunc ad Antiochum. qui iunctis animis bellum parant in Romanos.Cato tandẽ in Hispaniam missus, citeriorem Hispaniam ab Emporiis orsus pacat:*Liuius & alij.*	558	582 146 2
3810		28	30 Gra.119.	10	*Consules P. Cornelius Scipio Africanus secundum, & T. Sempronius Longus.* A populari consessu, Senatoria subsellia separata his coss. cum anteà promiscuus populo & senatui spectandorum Ludorum locus esset. *Valer. lib.* 4. & *Cic. pro Cornel.*Cato nunc triumphat de Hispania. *Liuius.*Missi Romà ad Antiochum Legati,in quibus fuit Scipio Consul, qui iuberent relinqui liberas in Asia Græcorum ciuitates quæ ad Macedoniæ regẽ spectabãt.renuit rex. Interim ex frequẽti colloquio Scipionis cum Annibale, Annibal regi suspectus redditur.*Appian.Liuius.*	559	583 146 3
3811		29	31 Gra.120.	11	*Consules L. Cornelius Merula,& Q. Minutius Thermus.*Cornelius Galliam sortitus est, & ad Mutinã cũ Boiis pugnauit: Minutius cũ Liguribus ad Pisas.*Liuius.* Catoni in Hispania succedit Scipio.pacata iã penè Hispania,*Plutar.in Catone.*	560	584 146 4
3812		30	32 Gra.121.	12	*Consules T. Quinctius Flaminius & Cn.Domitius Ænobarbus.*Consulibus decreta Italia, Boii quiescunt,Ligurum fines à Quinctio peruastati: *Liuius.* Antiochus Syriæ rex bellum gesturus cum Romanis conciliat sibi Ægypti regem, traditis illi pro dote filiæ inferiore Syria, Phœnicia, Samaria, & Iudæa. *Cicero pro Pompeio* ait Romanos pro sociis cũ Antiocho dimicasse.Antiochus contrà,fretus opibus suis impellebatur ab Annibale,qui ex Africa profugus,hostem Pop.Romani toto orbe quærebat.	561	585 147 1

Orbis.	Iudæor.	Macedo.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olympia.
					Liuius. Ioseph. li. 12.		
3813		31	33 *Gra. 122.*	13	*Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & M. Acilius Glabrio.* Consul Cornelius Boios acie vicit, & in deditionem accepit. *Liuius.* Manio Acilio obtigit Græcia, inchoaturque nunc bellum Syriacum contra Antiochum, quod Antiochinum & Asiaticum dictum est. Antiochus aduentu Acilii consulis, cùm Thermopylas occupasset, inde virtute M. Catonis Tribuni militum pulsus, fugit in Asiam. Ætoli cum Heracleam cepisset consul, pacem petunt & impetrant. *Appian. Liuius.*	562	586 147 2
3814		32	34 *Gra. 123.*	14	*Consules L. Scipio. & C. Lælius nepos.* Lælio Italia decreta: Scipioni Græcia, si frater eius Scipio Africanus ei Legatus iret: itaque Scipio cum fratre cùm traiecisset in Græciam, induciasque Ætolis concessisset, mox exercitum transportat in Asiam, vbi commisso prælio, penitus profligatus est Antiochi exercitus, cæsis 50 millibus hominum. pacem impetrat Antiochus his legibus. Romanorum erit tota Asia à Tauro monte ad Tanaim fluuium. Quę vltra Taurum regio est, Eumeni regi socio pop. Romani cedet. Syria manebit Antiocho, & hæc præter argenti vim magnam in presentia, & in annos singulos pensionem. *Florus, Liuius, Iustin.* Annibal Antiochum deserit. Creta insula Romano Imperio accedit, vt notat *Liuius.*	563	587 147 3
3815		33	35 *Gra. 124.*	15	*Consules M. Fuluius Nobilior, & Cn. Manlius Vulso.* Scipio superioris anni consul nunc Romæ triumphat, & dictus est Asiaticus. Ætoli qui Antiochum incitarunt in Romanos, nūc tandem à Fuluio consule domiti, venerunt in plenā ditionē populi Romani. *Liuius. Fasti cōsul.*	564	588 147 4
3816	*Cessat.*	34	36 *Gra. 125.*	16	*Consules* C. *Liuius Salinator, & M. Valerius Messalla.* à Fuluio in Ætolia, à Manlio in Asia superioris anni consulibus, propagatum imperium. *Manlius* quoque fœdus initum antè cū Antiocho, nunc scripsit. *Liuius.* Ab Eumene Pergami rege Eumenia condita. *Euseb.* à consulibus nihil memorabile gestū spatio 20 annorum, scilicet vsque ab Machabeos.	565	589 148 1
3817		35	*Seleucus.* 1 *Gra. 126*	17	*Consules M. Æmilius Lepidus & C. Quinctius Flaminius.* Consules nacti quietam prouinciam, strauerant vias Æmiliam & Flaminiam. *Liuius & Strabo.* Seleucus Philopator Seleucidarum rex septimus, filius Antiochi magni, frater Antiochi Epiphanis, regnat annis 12 saltem inchoatis. Vocatur Seleucus Soter à *Iosopho.* Occisus est pater in Perside *(vt ait Strabo lib. 16)* dum templi cuiusdam thesauros vnde pensionem Romanis promissam solueret, inuadit. duo Seleuci fratres tunc Romæ obsides manebant. horum alter erat Antiochus Epiphanes. *Euseb. Appianus, Sulpitius. Strabo.* Magnum in vrbe, & vbique P. Scipionis Africani nomen erat; & ecce Porcii Catonis operâ accusatum, quòd pecuniam ab Antiocho numeratam non retu-	566	590 148 2

Orbis	Iude.	Maced.	Syria.	Aegypt.	PERIODVS. 8.	V.C.	Olymp.
					lisset in Aerarium. Adest dicto die Scipio, & è superiore loco quasi calumniam contemnens, hic inquit dies est quo Annibalem & Carthaginem me vicisse memini. diis gratiæ agendæ. nec plura. abeuntem ad templa omnes sequuti sunt, relicto solo magistràtu, cum lictoribus. Breui vrbem relinquens in Liternum concessit. *Liuius*, *Plutar.* citatus absens fertur morbum excusasse.		
3818		36	2 Gra.127.	18	*Consules Sp. Posthumius Albinus, & Q. Martius Philippus, Iustinus lib.* 41. narrat nunc apud Parthos regnasse Mithridatem regem ordine 5, post Pharnacem fratrem. Hic imperium à Caucaso monte ad Euphratem protulit. Testatur *T. Liuius* Asiaticas delicias nunc in vrbem inuectas, magnam morum corruptelam attulisse & feueriorē militiæ disciplinā laxasse plurimū.	567	591 148 3
3819		37	3 Gra.128.	19	*Consules Appius Claudius Pulcher, & M. Sempronius Tuditanus.* Qui Hispaniam vtramque citeriorem, & vlteriorē administrabant Prætores C. Calphurnius Piso & L. Quinctius Crispinus, iūctis copiis vincūt Lusitanos & Celtiberos. Donati posteà triumpho. *Liuius*. Scribit *Cicero de Senect.* Scipionem Africanum hoc anno fatis concessisse. Aetatis etiam annum 54 tunc attigisse constat, quòd initio belli Punici secundi tantum 17 esset annorum.	568	592 148 4
3820		38	4 Gra.129.	20	*Consules P. Claudius Pulcher, & L. Porcius Licinius.* Consulibus decreti Ligures, quòd nusquam alibi Romanis esset bellum. *Liuius*, moritur hoc anno Plautus poeta comicus, nempe quo M. Porcius Cato fuit censor, vt ait Cicero in Bruto. annus est 1000 à Troia capta.	569	593 149 1
3821		39	5 Gra.130.	21	*Consules Q. Fabius Labeo & M. Claudius Marcellus.* Missus in Gallos Marcellus Transalpinos, qui in Italiam transgressi, oppidum in agro Aquiliensi extruebant, eos extra prouinciam exegit. Istricum bellum dū molitur, reuocatur à Senatu. *Liuius*, *Zonar.* His consulibus obiisse Annibalem scribit Atticus: anno insequenti *Liuius*.	570	594 149 2
3822		40	6 Gra.131.	22	*Consules L. Aemilius Paullus, & C. Babius Tāphilus.* Ligures sine prælio in deditionem accepti à Paullo consule, magni nominis duce apud *Plutarchum*. *Liuius*, obiit Philopæmen anno superiore. Hic apud Achæos militiæ Præfectus, vltimus alicuius nominis fertur inter Græcos, & laudatur plurimùm in re militari à *Plutarcho in eius vita*, *Polybio*, & *Iustino lib.* 32. ad hunc demum annum *Liuius* consignat mortem Annibalis, qui apud Prusiam Bithyniæ regem bellum fouebat contra Eumenem. Romani dum hîc pacem conciliant, petunt dari Annibalem, ille ne traderetur hausit venenum.	571	595 149 3
3823		41	7 Grae.132	23	*Consules P. Cornelius Cethegus, & M. Babius Tamphilus,* apud. *Liuium*, *Cassiod.* & *tab. capitolinas.* Aliqui Lentulum pro Cæthego edunt. Paulus nunc de Liguribus triumphat.	572	596 149 4

Orbis.	Iudeor.	Macedo.	Syriae.	Aegypt.		V.C.	Olympia
3824		42	8 Gra.133.	24	*Consules A. Posthumius Albinus, & C. Calphurnius Piso.* Q. Fuluius Flaccus Prætor in Hispania citeriore, magno prælio fudit 24 millia hominum. *Orosius.* Hoc anno Romam rediit, & cùm extra vrbem triumphi causa esset, creatus consul vrbem triumphans ingressus est. *Liuius.* Olympiadem hanc dat *Appianus.*	573	597 150 1
3825		Perseus. 1	9 Gra.134.	Ptolemaus Philo. 1	*Consules* L. *Manlius* Acidius, & *Q. Fuluius Flaccus.* Hic posterior sortitur Ligures qui Genuensiũ montibus confisi, semper aliquid noui moliebantur. Horum cæsis 3000, consul præsidia montibus imponit. *Liuius.* Postumius victis in Hispania Vaccæis & Lusitanis triumphat Romę. *Liuius lib.* 40. Ptolemæus Epiphanes Ægypti rex moriens hæredem regni relinquit filium natu maximũ, qui dictus est Ptolemæus Philometor. fratrẽ habet Phisconem, & regnat annis 35. *Euseb.* huius imtemperantiam taxat Iustinus. Aliter aliquantulum sedẽ dat huic regi Ptolemæus in Almagesto, qui omnia ex suo Nabonassaro metitur. Philippus Macedonum rex, dum omnia parat ab bellum in Romanos, moritur. succedit filius Perseus, rex Macedoniæ vltimus. regnat annis 10, iuxta *Eusebium.* His cõsulibus notat obiisse Philippũ *Liuius.* qui dat Perseo 11. an.	574	598 150 2
3826		2	10 Gra.135.	2	*Consules A. Manlius Vulso, & M. Iunius Brutus.* Perseus hoc anno in Senatu Romano Rex appellatur. *Liuius Dec.5. lib.5.* Manlio Gallia obtigit. qui tamen sine S. C. bellum gessit cũ Istris parum feliciter. Alter Ligures sortitus est.	575	599 150 3
3827		3	11 Gra.136	3	*Cõsules* C. *Claudius Pulcher, & Sẽpronius Gracchus.* rebellat Sardinia, & misso Sempronio cõsule nõ nisi biẽnio subacta est. *Liuius.* Claudius sortitus Istriam, breui subactis Istris duxit legiones in Ligures, & duarum gentium vno anno victor, duas in consulatu pacauit prouincias. decretus ei triumphus. *Florus.* alteri consuli obuenit Sardinia. *Liuius.*	576	600 150 4
3828		4	1 Antiochus Epiphanes Gra.137	4	*Consules Cn. Cornelius Scipio Hispalus, & Petilius Spurius.* Scipioni diem ex morbo obeunti sufficitur C. Valerius Læuinus: qui, collega à Liguribus occiso, egregiè mortem eius vindicauit. *Liuius.* Seleucus rex Syriæ, inchoato regni anno 12, occiditur à quodam Heliodoro, qui regnum affectabat, obtinuissetque nisi Eumenes Pergami rex, incolume illud custodisset redeunti Roma Antiocho Epiphani, pro quo Seleucus frater paulò ante mortẽ, miserat Romã filiũ Demetrium obsidẽ. Huic Antiocho qui iam incipit regnare anno Græcorũ 137 (1. *Machab. c.* 1.) *Eusebius* dat regni annos 11. alii 12. scribũt aliqui eum malis artib. excluso Demetrio nepote occupasse regnũ. vide Appianũ.	577	601 151 1
3829		5	2 Gra.138	5	*Consules P. Mutius Scæuola, & M. Æmilius Lepidus secundùm.* Hic Scæuola pater est iurisconsulti. Castigati etiam hoc anno Ligures à consule Mutio, nec dum quiescent. *Liuius.*	578	602 151 2

Orbis.	Iudæorum	Maced.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olymp.
					apud Iudæos nunc initium accipit Machabeorum historia. hoc anno Græcorum, pulsus videtur Pontifex Onias Simonis iusti filius, à fratre Iesu, qui se Iasonem dici voluit. quem post triennium expulit Menelaus frater à Pōtificatu, æquè sacrilegus. *Iosep.lib.12.*		
3830		6	3 *Græcorū. 139.*	6	*Consules Sp. Postumus Albinus Paullulus, & Q. Mutius Scæuola.* hos dant Consules tabulæ capitolinæ. satis consentit *Cassiodorus.* Parata Antiochus expeditione venit cum exercitu Hierosolymam. vbi à Iudæis apparatu festo & celebri exceptus est, sed indè discedens præsidium vrbi imposuit. *Iosep.*	579	603 151 3
3831		7	4 *Græcorū. 140*	7	*Consules L. Postumius Albinus, & M. Popilius Lænas.* Popilius Statelates Ligurum populos victos vendidit, eorūq; bona. *Cicero lib 11.* Epist. vocat Statelenses. His Coss. Floralia instituta dixit *Ouid. Fast. 5. Annuimus votis, Consul cum Consule Ludos.*	580	604 151 4
3832		8	5 *Græc.141.*	8	*Consules P. Popilius Lænas, & P. Ælius Ligur.* Hoc primum anno Consules ambo ex plebe facti, nusquàm deinceps stante repub. & libera ambo Patricii. Perseo Philippi regis Macedonici ex concubina filio, bellum à Romanis denunciatum, quòd fœdus cum patre initum violasset. Dictum est bellum Persicum, aut Macedonicum secundum. nunc Iasonem fratrem expulisse putatur Menelaus à Pontificatu. vide *Iosep.Antiq.lib.12.*	581	605 152 1
3833		9	6 *Græc.142.*	9	*Consules P. Licinius Crassus, & Cassius Longinus.* Electi hi Cōsules 12. Kal. Martii vt notat *Liuius.* Licinio obtigit Macedonicum bellum, vbi Perseo res satis feliciter cessit. victus enim Licinius est terra marique. *Flor. Eutro. Liuius.* Antiochus Syriæ Rex, occupatis Romanis in bello Macedonico, parat primam expeditionem in Aegyptum. *Iustin. lib. 35. Liu. Dec. 5. lib.2.*	582	606 152 2
3834		10	7 *Græ.143.*	10	*Consules A. Hostilius Mancinus, & A. Atilius Serranus.* Mancinus cui obtigit Macedonia nihil memorabile gessit contra Perseum. tantum militem ab effusa licentia, ad militarem disciplinam formauit. & socios cum fide coluit. *Liuius.* Antiochus parata expeditione venit in Ægyptum, specie quidem vt Ægypti regi suo nepoti regnum conseruaret; reuera tamen vt ipse Aegyptum, occuparet. sed cùm Alexandriam obtinere non posse se videret, pelusium occupat, relictoque ibi valido præsidio redit in Syriam. in hoc reditu, Hierosolymæ Menelaum confirmat in pontificatu contra Iasonem fratrem. & magnam Thesauri partem templo detractā asportauit Antiochiam, anno nempe Græc.143. *ex Iosepho & 1, Mach. c.1. vers 21.* biennio nempe ante secundam expeditionem. Accius poeta nascitur. *Gell. lib.9. cap..4.*	583	607 152 3

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olymp.
3835		11	8 Græ 144.	11	*Consules Q. Marcius Philippus secundùm, & Q. Seruilius Capio.* Marcio Consuli decernitur Macedonicum bellum. qui per saltus inuios in Macedoniam penetrans, Perseum inopinato suo aduentu perculit, egitque in fugam, tam trepidè, vt abiectum Persei aurum venerit in manus Romanorum. hoc primo belli impetu Marcius plures vrbes occupauit. *Liuius.* Ptolemæus post regressum Antiochi in Syriam, reconciliatus fratri; pellit ex Aegypto, atque etiã Pelusio, præsidiarios Antiochi milites. qua re commotus Antiochus parat secundam expeditionem in Aegyptum. *Liuius lib.* 35. Ennius poeta septuagenarius moritur. *Cicer. in Catone.*	584	608 152 4
3836	Matathias.	12 Perseus captiuus	9 Græc. 145.	12	*Consules L. Aemilius Paulus secundùm, & C. Licinius Crassus.* Hic Aemilius, illius Aemilii filius est, qui occubuit in Cannensi pugna. Crasso Italia, Aemilio decreta Macedonia. Paulus 3. Non. sept. apud Pydnam vrbem Macedoniæ collatis signis Perseum vicit, cæsis peditum 20 millibus. fugit rex cum equitatu. vrbes Consul in deditionem accepit. captus in fuga rex est. & Romani iusserunt Macedonas esse liberos. *Liuius, & Plutarchus in Aemilio*, vbi leges insignem triumphandi rationem. hic deceptus videtur Mercator, qui ex Lunæ eclipsi hanc pugnam retulit ad annum vrbis 584. cæterum quandiu steterit Macedonicum regnũ, non constat satis, nec conuenit inter authores. nos initiũ dedimus anno 3206. Dat hic annus secundam Antiochi expeditionem in Ægyptum. Alexandriam obsidet. iussus à Romanis exire Ægypto, cum cunctaretur respondere, Popilius Lænas legatus virga Antiochum regẽ circumscripsit, ac subitò responsum quod differebat dare coegit. Antiochus redire coactus ab hac sua secunda expeditione; templum penitus spoliat, post vrbem Hierusalem dolo captam, annis vrbis & Græcorum hic notatis. de misso post discessum Antiochi Apollonio, & quodam Antiocheno, à quibus post ingentem cædem templum desolatum est. vide 1. *Machab. cap. 1. vers* 30. & 57. *item. 2. Machab cap. 5. in fine, & cap. 6. initio.* idque hoc ipso Græcorum anno 145, mense Casleu. *Iosephus lib. 12 Antiquitatum*, scribit id accidisse Olympiade 153. Iam ergo Matathias se opponit Antiocho. 1. *Mach. cap.* 2. nunc lata est lex Voconia ne supra quadrantẽ bonorum relinquatur mulieribus.	585	609 153 1

MACHABEORVM INITIVM.

Orbis.	Iud.	Maced.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olymp.
3737		1	10	13	*Consules Q. Ælius Pætus Catus, & M. Iunius Pennus.* Romani hoc anno in formam prouinciæ redigunt Macedoniam, Illyricum, & Molossidem in Epiro, per L. Aimilium Paulum & Anicium Gallum Procons. Perseus rex in triũpho ante currum Aemilii ductus, post datus in	586	610 153 2

Orbis	Iudaorũ	Syriæ.	Aegyp.		V.C.	Olymp.
	Iudas	Gra.146.		custodiã.idem in Anicii triũpho de rege Gẽtio Illyrio, *Plut.*autor eſt, tatã vim pecuniæ à Paulo illatã in Æra-riũ,vt ciues vſq; ad Hirtiũ & Panſam Cõſules tributũ nullum cõtulerint,*lege Oroſ.Florum. Velleium, Liuium,& Plin.lib.*34. illud impenſè in Paulo laudatur,quòd do-mus eius inter tot opes,ne obulo quidẽ ditior euaſerit. Habemus ex *lib.*1.*Machab.& Ioſeph. Antiq.cap.*12.Ma-tathiæ principatum anno Græcorum 145, productum ad partem non minimam huius anni 149. quando ſuc-ceſſit Iudas filius natu maximus, qui initio Apolloniũ Antiochi ducem vicit,in Samaria.		
3838	1	11 Grac.147	14	*Conſules C. Sulpitius Gallus, & M. Claudius Marcellus.* Hos Conſules triumphaſſe de Gallis & Liguribus con-ſtat ex Capitolinis tabulis. Eumenes Romam venit. Medium ſe egerat inter Romanos & Perſeum.lataque lex ne vlli regi liceret Romam venire. *Florus Epitoma* 46.Terentius Romæ Andriam exhibet his Coſſ. quos dat Andriæ titulus. Antiochus Lyſiam præficit Syriæ inferiori,iubetq; armari in Iudæos.interim ipſe in Per-ſidem rapinis intentus proficiſcitur, hoc 147 anno Græcorum *ex* 1. *Machab.cap.*3	587	611 153 3
3839	2	12 Grac.148.	15	*Conſules T. Manlius Torquatus, & Cn. Octauius Nepos.* hos dãt *Caſsiodorus,Obſequens & Capitolinæ tab.* Lyſias qui 60 millia peditum,& 5000 equitũ ducebat in Iudæos, vincitur à paucis Machabeorum militibus ad Bethſurã. ſtatim renouatur, purgaturque templum, tertio anno inchoato à templo profanato: tunc Encœnia ſeu feſtũ Dedicationis inſtituit Iudas.*Machab.lib.*1.*cap.*4.Antio-chus Elimaide pulſus Babylonem æger defertur. vnde tandem pro Iudæis reſcribit ad Lyſiam, factorum & anteactæ crudelitatis pœnitens.1.*Machab.cap.*6.*& lib.*2.*cap.*9.*&* 11.	588	612 153 4
3840	3	Antiochus Eupator. 1 Grac.149	16	*Conſules Aul Manlius Torquatus, & Q. Caſsius Longi-nus.* Sub his Coſſ.moritur Ariabathes Cappadociæ rex 5. ſuccedit regno filius Mithridates, qui patris nomen aſſumpſit, & ſocietatem renouauit cum S.P.Q.R. *Florus Epit.*46. Antiochus Syriæ rex Babylone diem claudit,relicto re-gni ſucceſſore filio Antiocho (qui dictus eſt Eupator) 9.annorum puero.1.*Mach.c.*6.*v.*17. regnat per trienniũ Lyſia regni adminiſtratore, ex 2. *Machab.cap.* 14.*verſ.*1.*&* 4.lege *Appianum & Euſeb.*datus à patre tutor Philip-pus,ſed excluſus à Lyſia,recipit ſe in Aegyptum ad Phi-lometorem.2.*Mach.c.*9.*in fine.*	589	613 154 1
3841	4	2 Gra.150.	17	*Conſules T. Sempronius Gracchus ſecundùm,& M. Iuuen-tius Thalna.* Lyſias poſt diadema impoſitum Eupatori, parat expeditionem in Iudęam exeunte anno Græco-rum 149; ducturus eò Eupatorem,2.*Machab.c.*13.& nũc Iudæam inuadit obſidetque Bethſuram, vt Iudã auer-teret ab obſidione arcis Hieroſolymitanæ:hoc eſt,an-no Græcorum 150.*ex* 1.*Mach.cap.*6.*verſ.*18.*&*20.Sed ex-pugnata Bethſura dum pergit Hieroſolymam, audit aduẽtare Philippum cum exercitu è Perſide. res com-ponit cum Iudæis,& redit Antiochiam.1.*Machab.cap.*6.*verſ.*54.*& deinceps.* Addit Ioſephus reliquiſſe Alcimum loco Menelai demortui.aliam nunc dat Terentius co-mœdiam Heaut.	590	614 154 2

Orbis.	Iud.	Syria.	Aegypt.		V.C.	Olymp.
3842	5	3 Græ. 151.	18	*Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & C. Martius Figulus.* His Consulibus breui abdicatis, suffecti sunt Cn. Domitius Aenobarbus, & P. Cornelius Lentulus *Plut. in Marcello. Tab. Capitol. & Cic. lib. 2. de nat.* Cn. Octauius Senator, missus legatus ad Lysiam tutorem Antiochi pueri, qui iuberet seruari pacis conditiones, occisus est per Lysiam in Gymnasio. *Zonar. Obsequẽs Appianus.* Demetrius Seleuci Philopatoris filius (de quo supra an. V.C.577) Româ, vbi erat obses fugiens, venit Tyrum in Syriam. discessit Roma hoc anno Græcorum 151. *ex lib 1. Machab. cap. 7. vers. 1.*	591	615 154 3
3843	6	Demetrius. Soter. 1 Græc. 152.	19	*Cõsules M. Valerius Mesalla, & C. Fannius Strabo.* vario euẽtu his annis bellatum cum Corsis, Liguribus, & Lusitanis. *Flor. Epit.* 46. Demetrius triennio post initium Eupatoris rediens in Syriam accipit diadema, occisis Antiocho puero, & Lysia. 1. *Mach. 7. vers. 1. Ioseph. 12. Antiq. c. 15. triennium habes ex 2. Mach. c. 14. ver. 1. & 4.* Regnat annis 9. *ex Eusebio & Iosepho.* quod autem *Polybius* det ei annos 12. est quia numerat à morte patris. Demetrius iam ab anno Græ. 151, armauit in Iudæos Alcimum, quem facilè repulerũt Machabei. 1 *Mach. cap. 7. vsque ad vers. 26. & 2. Mach. cap. 14. vsque ad vers.* 11. Missus, deinde Nicanor, quem vicit Iudas apud Bethoron, mense Adar, excurrente adhuc anno 151. *ex* 1. *Machab. cap. 7. à vers. 26. & lib. 2 & cap. 14. a vers.* 12. tunc misit Iudas qui contraherent fœdus cum Romanis. 1. *Machab. 8. initio.* Tandem ineunte vt apparet anno Græcorum 152, Demetrius mittit in Iudæos iterùm iam Bacchidem cum magno exercitu. *ex* 1. *Mach. c. 9. v* 3 verba hæc sũt, *In mense primo anni 152 applicuerunt exercitum ad Hierusalem.* At cum conflictus cum Nicanore fuerit exeunte anno Græcorum 151 mense Adar; est prior aduentu Bacchidis: qua ratione dicitur aduenisse Bacchidem primo mense anni 152? non enim potuit à 13. die Adar, ad initium Nisan deportari è Syria exercitus. Hanc quæstionem dissolues ex *cap.* 17 *num.* 10. vbi datum est duplex initium Epochæ huius Græcorum, vnum à Nisan, & vocatur Iudaicum. Ab Elul alterum post sex menses, quod Alexandrinum vocant. hoc secundum initium notat ibi author prioris libri Machabeorum: nempe à mense Elul, sex mẽsibus post victũ Nicanorem. In hoc ergo altero conflictu cum Bacchide, occubuit Iudas ineunte anno 152 Græcorum. *ex lib. 1. Machab. c. 9. vers.* 3.	592	616 154 4
3844	Ionatas. 1	2 Græ. 153.	20	*Consules L. Anicius Gallus, & Cornelius Cethegus.* Hos præfert Consules titulus Adelphorum Terentii. nunc obiit L. Aemilius Paulus, cuius tanta fuit abstinentia (*ex Floro Epit.* 46) vt cùm ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum eius redactum sit, vnde dos vxori eius redderetur. Occiso vti dixi Iuda Machabeo, successit nunc illi frater eius Ionathas, Dux electus. 1. *Machab.* 9. *vers.* 29. *& deinceps*, principatum gessit annis penè 18. hic princeps statim initio ducatus fudit exercitum Bacchidis, qui ad Demetrium reuertitur, pacemque habuit Iudæa annis duobus. *lib. 1. cap 9. vers.* 57. moritur infelix Alcimus *lib. 1. c. 9. vers.* 56. Ionathas, sũmus Sacerdos mansisse putatur, *ex* 1. *Machab. cap. 12. vers.* 6. Sed certè quæ ibi narrantur, non huius sed posterioris alicuius anni sunt. Cæterùm addit	593	617 155 1

Orbis	Iudæor.	Syriæ.	Ægypt.	PERIODVS 8.	V.C.	Olymp.
				addit *Iosep.lib.*20. *Antiq.* Pontificatum cessasse à morte Alcimi annis 7. & tunc omnium consensu translatum in familiam Assamonæorum, *vide an.V.C.*600.		
3845	2	3 Græc.154.	21	*Consules Cn.Cornelius Dolobella, & M. Fuluius Nobilior.* Mithridates seu Ariabathes rex Cappadociæ, pulsus regno à Roferne & Demetrio, iterum regno restituitur iubente Senatu Romano. *Flor. Epit.* 47. quo etiam loco narrat iam conuenisse inter regem Ægypti, & fratrem, vt frater relicta Aegypto Cyrenen teneret.	594	618 155 2
3846	3	4 Græ.155	22	*Consules M. Aemilius Lepidus, & C.Pompillius Lanas.* Ligusticum bellum contra Ligures & Genuenses ab 80 annis productum, nunc tandem finem accepit, opera M.Fuluii Nobilioris Consulis, anno 594. sicque Romanis aditus patere cœpit facilis in Hispaniã terra marique. *Strabo lib.*4. *& Florus.* Ligurum euersis latebris, cessarunt latrocinia. Moritur Eumenes Pergami rex. regnat filius Attalus nuncupatus Philometor. hic est qui populum Rom. relinquet hæredem. *Strabo.* Bacchides exacto biennio regressus obsidet Bethleem, sed virtute Ionathæ repulsus. pacem firmat cum Machabeis diuturnam. sicque cœpit tandem reflorescere Iudæa, *lib.*1. *Machab.c.*9. *Iosep.lib.*7. Romæ primùm Horologiũ in vsu autore Scipione Nasica, dum nũc Censor esset. *Plin.lib.*8.*c.vlt.fuit bis Censor ex Cicer.in Bruto.*	595	619 155 3
3847	4	5 Græc.156.	23	*Consules Sex.Iulius Cæsar, & L. Aurelius Orestes.* Terentius notatur obiisse anno V.C.595. *Scribit Plin.lib.*33. his Coss. in Ærario populi Rom. fuisse auri pondo 727. argenti 92. millia. & extra numerum, 375, millia.	596	620 155 4
3848	5	6 Græc.157	24	*Consules L.Cornelius Lentulus Lupus, & C.Marcius Figulus secũdùm.* Dalmatas qui Illyrios socios populi Romani vexabant vincit Marcius Consul. *Florus Epit.* 47. *Zonar. Obsequens.* Hunc Figulum *Cicero* in Bruto numerat inter sui temporis eloquentes. Circa hoc tempus Onias laudati illius Oniæ Pontificis filius, obtinuit à rege Ægypti facultatem extruẽdi templũ in prouincia Heliopolitana, simile Hierosolymitano. quod stetit vsque ad annum Christi 73. Onion dictum est. vti ibidem obseruo *ex Iosepho.*	597	621 156 1
3849	6	7 Græ.158	25	*Consules P. Cornelius Scipio Nasica secundùm, & M. Claudius Marcellus secundùm.* Oportet, ne hoc quidem anno quieuisse omnes Ligures, saltem transalpinos, cum constet *ex Capitolinis tabulis*, de his triumphasse Marcellum. Carneades Athenis missus Romam legatus cum collegis suis ad impetrãdam mulctæ cuiusdam impositæ veniam, insigne specimen dedit suæ eloquentiæ. *Gell.lib.*16. *Plutar.in eius vita.*	598	622 156 2
3850	7	8 Græ.159.	26	*Consules Q. Opimius Nepos, & L. Postumius Albinus.* Ligures transalpini, vrbes. Antipolim & Niceam Massiliensis ditionis incursionibus vexabant. Massiliensiũ causa, quòd socii essent populi Romani, à Romanis suscepta est, & missus eo Opimius, Ligures subegit. *Florus Epito.* 47. *Obsequens.* de rebellantibus Lusitanis & misso in eos Nummio proconsule, lege *Appianum & Obsequentem.*	599	623 156 3
3851	8	9	27	*Consules Q. Fuluius Nobilior, & T. Annius Luscus.* Rebellant in HispaniaCeltiberi, contra quos Nobilior Cõsul bis parum feliciter pugnat, *App.* propter subitum	600	624 156 4

Orbis	Iudæorũ	Syro.	Aegyp.		V. C.	Olymp.
		Gr. 160.		Celtiberiæ motum mutata Romæ comitia. & hoc anno Consules K. Ianuarii inire cœperunt: cùm ab anno 531 V.C, idibus Martii iniissent. & mansit deinceps iniens Ianuarius consulatui solennis. *Appianus Obsequens. Strabo lib.* 3. *Cassiod. Florus*. gestum hoc bellum Celtibericum per annos 20. & Numantiæ excidio finitum. *Strabo citatus*. Polybius iam in Italia erat inter Achæorum exules. *Polyb. lib.* 12. *initio*. Demetrio regi Syriæ opponit se Alexander Nobilis, qui 1. *Mach.* 10. *& apud Iustin. lib.* 35. vocatur filius Antiochi. Epiphanem intelligit *Iustinus*. Alii nothum filium esse agnoscunt: alii dictum ex commento Antiochi filium, & à vicinis principibus excitatum, vt sic Demetrium omnibus inuisum pelli regno curarent. notat citatus liber Machab. annum Græcorum 160. Ambo principes Ionatham Machabeum ad suas partes solicitant. adhæsit tamen Alexandro *citato cap.* 10. à quo stolam, & Pontificatum accepit, de quo dixi *ex Iosepho ad an. V.C.* 593.		
3852	9	Alexander 1 Grac. 161.	28	*Consules M. Claudius Marcellus tertium, & L. Valerius Flaccus*. Marcello Consuli obtigit citerior Hispania, vbi post aliquot reportatas victorias Cordubam cõdit. M. Acilius Prætor sortitus est vlteriorem quam dicebant Hispaniã, & Lusitanos. vbi nec ipse victoriis caruit. *Strabo lib.* 3. *Appianus*. *Florus Epit.* 47 *&* 48. Missi hoc anno legati ad Carthaginenses Roma. inter quos iunior Scipio Æmilianus, qui expostularent de ruptis pacis conditionibus, & bello quod gerebant contra Masinissam. In Syria post aliquot velitationes, tandem dicto die pugnatur iusta acie, in qua victus & occisus est Demetrius, anno Græ. 161. regnatque Alexander dictus Balus annis saltem quinque. dictus etiam est Nobilis *ex lib.* 1. *Machab. cap.* 10. *Ioseph. & Iustino*.	601	625 157 1
3853	10	2 Grac. 162	29	*Consules L. Licinius Lucullus, & Postumius Albinus*. Marcello in Hispania succedit Lucullus. hic Celtiberiæ populos pacasse dicitur. *Eutrop. Florus Epit.* 48. *Appian. Obsequens. Osorius*. idem Vaccæos & Cantabros adhuc incognitos subegit. *citati authores*. Albinus Consul ille est, qui historiam Græcè scripsit. *ex Cicer. in Bruto*. Alexander rex Syriæ connubio accipit Aegypti regis filiam, Ptolemaide: vbi honorificè exceptus Ionathas à duobus regibus. *lib.* 1. *Machab. cap.* 10. *& Ioseph.* 13.	602	626 157 2
3854	11	3 Gra. 163.	30	*Consules T. Quinctius Flaminius, & M. Acilius Balbus*. Legati Roma missi ad componendas res inter Masinissam & Carthaginenses, conspicientes Pœnorum exercitum loci angustiis & peste vexari, permisere vt rex occasione data vteretur. inito ergo conflictu, 58 millia Carthaginensium, occidione penè deleta sunt. erat tunc Masinissa prope nonagenarius. *Appian. Florus*.	603	627 157 3
3855	12	4	31	*Consules L. Marcius Censorinus, & M. Manilius*. His consulibus bellum Punicum tertium & indictum, & initũ est, atque intra quadrienniũ Carthaginis excidio terminatum. huius belli historiam habes apud. *Velleium, Eutrop. Osoriũ, Strabonẽ, Appianum in lybicis. & alios*.	604	628 157 4

eiusque synopsin ex his authoribus collectam dedit *Sigonius anno* 604. 605. *&* 606. Consules cùm in Africam traiecissent, Carthaginenses arma tradere, & classem comburere iusserunt. eos demùm iussa facientes iubēt, relicta vrbe decem millibus passuum à mari considere. sed hinc iusta ira incensi Pœni, Asdrubalem reuocant, & pugnando simul cum vrbe cadere decernunt, armis vbi deerat ferrum etiam argenteis & aureis vtentes. & hoc quidem anno Romanus miles, præter vnum Scipionem Trib. Mil. nihil gessit dignum Romano nomi-
Gra.164 ne. ad hoc bellum decernendum contra multos alios peruicit sententia M. Porcij Catonis Censorii, quē Cicero inter oratores numerans, ait his consulibus hæc gesta esse, & annis 86 ante suū cōsulatū. anno obiit hoc ipso. fuit Cato quinquagies à Liuidis accusatus, dānatus nunquam ex *Plutarcho*. hic est qui apud Ciceronem agit de Senectute. hos Consules dant *Fasti & Florus*. eundē vrbis annum dat *Solinus cap*.2. & cum primæ ficus maturuissent si creditur *Plinio lib*.15.*c*.18.

3856 | 13 | 5 | 32 | *Consules Sp. Postumius Albinus magnus, & L. Calpurnius Piso Cæsonius.* Hoc ferè tempore Andriscus quidam, qui assumpto sibi nomine Philippi dicebat se esse Persei filium, quo titulo Macedoniæ regnum inuadit, & fauentibus nouarum rerum studiosis hominibus etiam obtinuit. mox M. Iuuentium Prætorem Romanum fuso eius exercitu occidit. licet postea victus sit hic pseudoPhilippus à Metello. *Velleius. Florus Epit* 49. vnde Metellus dictus est Macedonicus. | 605 | 619 158 1

Calpurnius Consul Africam sortitus, neque Asdru-
Gra.165 balem, neque Carthaginem adortus est; sed cum ad alias vrbes singulas arma frustra circumtulisset, inglorius Vticam in Hyberna concessit. *Appian.* Masinissa hoc anno moritur ætatis anno pene 90. arbitro Scipione regnum inter tres filios diuisum. ex his Micipsa natu maximus. *Osorius. Appia.* Appollonius Syriæ inferiori ab Alexandro præfectus, bellum inscio Domino (vt aliqui narrāt) intulit Ionathæ. sed victus acie est Apollonius. Ionathas benè vsus victoria Azotum incendit, vbi templum Dagon erat, & alias ciuitates recuperat quæ olim ad Iudæos pertinebant. *Iosep. lib.* 13. qui nota Græcorum annum 165.

3857 | 14 | 6 | 33 | *Consules P. Cornelius Scipio, Africanus, Aemilianus, & C. Liu. Drusus.* Ille Æmilianus dictus, quòd cū esset Pauli Æmilii filius, adoptatus sit in familiam Scipionum. Cùm in Africa traheretur bellum ignauia imperatorum, memoria rerum à Scipione gestarum in Hispania & Africa supra ætatem & expectationem effecit, vt cum ipse ædilitatē tantum peteret, populus repugnāte Senatu Cōsulē esse voluerit *App. Florus. Velleius.* | 606 | 630 158 2
Gra.166 *Plutar.* Sic populus, qui ius electionis ad se pertinere dicebat, legis, quam cōtra Scipionē obtendebat Senatus, veniam fecit. Scipio primo aduētu Maucinum temerè vrbem inuadentē extremo eripuit periculo, Romāque dimittit; militarē disciplinā cæteraque restituit, & Carthaginē arcta cingit obsidione, quam anno insequēte captam euertet. *Velleius. Appian. Plutarch.* Nobilem hanc obsidionem latè benèque decribit ad hunc vrbis annum *Sigonius.*

Post Lucullum & Galbam, C. Vetilius Prætor Hispaniam sortitur. hic afflictis iam Lusitanorum rebus, certam victoriæ spem concepit cum quidam Viriatus ex pastore venator & latro, factus est Dux exercitus contra Romanos, & Lusitaniam occupauit totam, Vetilium Prætorem fuso Romano exercitu cepit, taleque initium dedit bello Viriatino, quod annis 8. durauit. *Orosius. Florus epit. 52. Sigon. ad an. 607.*

Exortum est hoc vrbis anno 606, bellum Achaicum.
Græc. 166. Nam missi Roma Legati qui res inter Achæos confœderatos, & Spartanos cōponerent, dum iubent Achæos fœdus dissoluere (nimis enim potentes inde videbantur Romanis) læsi & pulsati sunt ab Achęis *vide annum vrbis* 473. mandatur ergo Metello qui Macedoniæ præerat vt Achęos castigaret. bis à Metello victi Achæi ad Thermopylas. *Pausan. lib. 7. Orosius. Velleius. Iustin. lib. 34. & Florus.*

3858 | 15 | Demetrius 1 | 34 — *Consules* Cn. *Cornelius Lentulus, & L. Mummius Achaicus.* — 607 | 631, 158, 3

Demetrius iunior, Nicanor, filius Demetrii Soteris, pronepos Antiochi magni, rex euadit Seleucidarũ, anno Græcorum 167. *ex lib. 1. Mach. cap. 11. vers.* 19. fugato, & mox occiso Alexandro. Hic enim Demetrius iunior adolescentiam egressus relicta Creta, vbi iubente patre educabatur, Syriam vt suam repetit. Demetrium sequuntur Antiocheni, & plures alii Ptolemæus quoque Rex Ægypti filiam Alexandro Matrimonio locatam dat Demetrio, ob insidias quas ei parauerat Alexāder. *Iosephus lib. 13. Iustin. lib 36. Florus Epit 52. & liber* Machab. *citatus.* Ergo hoc anno Græc. Alexander acie vincitur ab exercitu Ptolemæi, & huius Demetrii, qui dictus est ὁ Νικάνωρ δεύτερος, ob regno pulsam regum stirpem adulterinam. breui ex vulnere accepto in acie morietur Ptolemæus. regnat Demetrius hic annis duobus. Vetilio in Hispania subrogatus Plautius, bis victus est à Viriato. nec quicquam memorabile gessit. *Appian.* Me-
Græc 167. tello in Græcia subrogatur Mummius Consul. hic Achæis acie victis Achaiam redigit in prouinciam. euersa ab eo Corinthus, cùm stetisset annis prope 958, ab Alete rege. *de quo qq. cap.* 8 *nu.* 9. *& supra ad annum orbis* 2899. deprauatè omnino apud Appianũ in Lybicis notatur Olympias 160. post hæc nulla Græcis superfuit respub. aut libertas. Eodē quo Corinthus anno euersa est Carthago à Scipione, anno huius belli Punici tertio. quot annis steterit vide annum 3108, & 3189. historiam de vrbis excidio contraxit *Sigonius ad an. V.* C. 607. vrbem 17 dies arsisse scribit *Osorius.* Scipio inde dictus Africanus. hunc vrbis annum notarunt *Macrob. lib. 2. cap. 11, ad somnium Scipion. & fasti Consulares.* redacta Africa in prouinciam, & facta nunc vectigalis. Adfuisse Scipioni Polybium Megalopitanum scribit *Ammian. lib. 24.*

3859 | 16 | 2 | 35 — *Consules Q. Fabius Maximus, Aemilianus, & L. Hostilius Maucinus.* — 608 | 632, 158, 4

De numero Prętorum in Hispania cōtra Viriatum non satis conuenit inter authores *Osorium, Florum, & alios.* Hoc anno Prætor est in Hispania C. Lælius dictus sapiēs, hic primus docuit Viriatum posse vinci. Lælio in Prætura successit Q. Fabius, filius Pauli Aemilii. *Cic.* in Lælio meminit vtriusq;. Ionathas obsi-
Græc. 168. det sed frustra arcē Hierosolymitanã hoc anno. *Iose. l.* 13

Orbis.	Iudæ.	Syria.	Aegypti.		V.C.	Olymp.
Ptolem. Phiscon 1		Græc. 168.		Ptolemæi regis Aegypti mors in hunc annum incidiſſe videtur. ſupererat ei filius tenellæ ætatis, cuius tutela incumbebat Cleopatræ defuncti regis vxori ac ſorori. ſed eo ob ætatem præterito, Aegyptii voluerunt regnare demortui regis fratrem, qui dictus eſt Ptolemæus 7, & *Euſebio* Euergetes; Alexandrinis Κακεργέτης *ex Athenæo lib. 12. ſub finem.* vt reuera peſſimus erat. *Straboni lib. 17. Phiſcon*, φύσκων, ſeu ventricoſus. regnat annis 29. *ex Euſebio.*		
3860	17	Antiochus Θεῖος 1 Græc 169.	1	*Conſules. Seruius Sulpitius Galba, & L. Aurelius Cotta.* Fabius ſuperioris anni Conſul, nunc Prætor in Hiſpania pugnat, & vincit Viriatum, cogitque vt in locum tutum ſe recipiat. *Appian.* Diodorus dictus Tryphon, Dux militum veteranorum, Antiochum pupillum, qui eſt filius Alexandri Nothi ex Arabia reuocatum, regem Syriæ nominari facit; cùm omnibus ſe exoſum reddidiſſet Demetrius iunior. mittitque Antiochum in poſſeſſionem Syriæ inferioris, & Antiochiæ. 1. *Machab. cap. 11. verſ. 29. & 54. Ioſeph. lib. 13. cap. 8. 10. & 12. vide qq. cap. 16. numer. 27. &* 28. hic Antiochus cognominatus eſt Theos, Θεῖος diuinus. regnatque annis tribus. Idem firmata cum Ionatha amicitia, confirmat ei quæ à prioribus regibus conceſſa erant. exinde Ionathas pulſis Iudæa externis, renouat fœdus cum Romanis & Lacedæmoniis. & bellum in Arabes ſuſcipit. *Ioſeph. & lib. 1. Machab. cap. 12.*	609	633 159 1
3861	18	2 Gra. 170.	2	*Conſules Appius Claudius Pulcher, & Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.* In Hiſpania Viriatus ad extrema quæque redactus erat, cum ei inopinatò accidit victoria contra Quinctium nouum prætorem, qui Fabio ſucceſſit. quæ res Viriatum longè quàm antea potentiorem effecit. *Appianus.* Salaſſi Galli (gens Alpina eſt, Marquiſat de Salluſſe) hoc anno mouerunt. Scribit *Oroſius* Claudium Conſulem ab his victum, decem millia peditum amiſiſſe, & reparata pugna quinque millia hoſtium cecidiſſe. hic eſt qui priuatis ſumptibus, inuitoque populo voluit triumphare. nunc Scipio Africanus miſſus putatur legatus in Græciam, Aegyptum, & Syriam, cum collegis ad regum animos explorandos. *Appian. & Plutarch.* Scipioni comes fuit Panætius præceptor. Tryphon regnum affectans, cum Demetrius eſſet Parthico bello implicatus, mortem etiam Ionathæ capraut. quam mox ei intulit Ptolemaide. cui ſuccedit Simon frater. tenuitque principatum annis ferè octo. 1. *Machab. cap.* 13. Demetrius redit in gratiam cum Simone, & Iudæam quæ regibus Syriæ vectigalis erat, fecit immunem ab hoc 170 Græcorum anno. *Ioſep. lib. 13. cap. 13.*	610	634 159 2

3862 1 3 3 *Consules* L. Cæcilius *Metellus Caluus*, & Q. Fabius 611 635
Max. Seruilianus. Hic Fabius, Fabij Æmiliani frater, 159
succedit Quinctio in Hispania, & vario marte pugna- 3
uit cum Viriato. Metello prorogatum imperium con-
tra Celtiberos. vbi sæpe ac feliciter pugnauit, & in-
ter alia, vrbe Trebia potitus est. *Appian. Flor. Velleius.*
In Macedonia Pseudoperseus à Trebellio Quæstore
Romano victus occiditur. *Eutrop.*

Græ. 171

Anno Græcorum 170 sublatum est iugum gentium
ab Israel. cœpitque populus in contractibus apponere
nomen Simonis, *vt ait author libri* 1. *Mac. c.* 13. *vers.* 41. 42.
Iam vero hoc anno 171, Simon recuperat & mundat
arcem Hierusalem, *ibidem vers.* 51.

Consules Cn. *Seruilius Cæpio*, & Q. *Pompeius Ruffus*. Fa- 612. 636
3863 2 Tryphon. 1 4 bius Seruilianus rebus prospere in Hispania gestis 159
Viriatum insecutus, oppido inclusum circumuallare 4
cœpit. sed Viriatus inde facta eruptione, exercitum
Fabij fugauit; compulitque in locum asperum & præ-
ruptum, vnde nulla erat exeundi facultas. Viriatus
honestam captans finiendi belli occasionem, pacem
petit his conditionibus, vt quæ quisque haberet ma-
nerent, & ipse cum suis inter socios populi Romani
haberetur, quæ pax à populo confirmata est. *Appianus.*
addit *Florus Epit.* 53. hanc pacem æquis conditionibus
Græ. 172. factam, imposuisse labem Fabio. *Orosius similia.*

Pacatis in Iudæa tandem rebus Simon Hircanum
filium militibus ducem præficit, & amicitiam renouat
cum Romanis, Senatus ei Pontificatum confirmat.
Ioseph. & Machab. lib. 1. *c.* 13. & 14.

Anno Græcorum 172, Demetrius Nicanor superio-
ris adhuc Syriæ Dominus, bellum inferebat Parthis:
sed spe pacis oblata ab hostibus deceptus, capitur ab
Arsace rege, *lib.* 1. *Mach. c.* 14. *vers.* 1. 2. 3. 4 Historiam
belli à Demetrio illati Parthis, scribunt *Iustin. lib.* 38. &
Ioseph. lib. 13. *cap.* 9 Paulo post Tryphon pupillum su-
um occidit, mortuo iam Ionatha, à quo sibi timebat,
regnumque occupat annis duobus, euadens non ma-
gis regno, quàm parricidio princeps. Hic siste paulu-
lùm lector, atque insanam hanc subditorũ in principes
detestare licentiã. En Tryphonem principis, & pupilli
sceleratum occisorem: Cassandrum qui Alexandri
magni liberos, & matrem Olympiadem è medio su-
stulit. Artabanum percussorem Xerxis, & alios atro-
cissimi criminis ac parricidii reos, quos oppidò multos
protulit hęc Chronologia. An non misera tibi videbi-
tur principum conditio, & instabilis rerum maxima-
rum, regnorumque status, ac seditioni semper obno-
xius, si subdito & priuato, aut (vt habet nostræ Socie-
tatis conforme Constantiensi Concilio decretũ) si cui-
uis personæ permittatur in legitimum principem
aggressio, ferrique licentia, quantumuis ille vel
ignauiter, vel tyrannicè regnet? Quid enim hoc
aliud est quam omnem regnandi rationem velle sub-

Orbis	Iudaeoru.	Syriae.	Aegyp.		V. C.	Olympia.
				uertere. Id quod vel ex vno capite 15. quarti regum satis apparet in regno Israel. *vide an.* 3209 *& deinceps.*		
3864	3	2 Gra.173.	5	*Consules Cn. Lælius sapiens, & Q. Seruilius Cæpio.* Hic Cæpio, qui fratri Fabio successit in Hispania, impetrat à Senatu vt violaretur pax inita cum Viriato, quem mox curat occidi à suis. sicque dolo non armis sublatus est *Viriatus*, & finis impositus huic bello Viriatico in Lusitania. Secutum est bellum Numantinum, vbi hoc anno non minus turpiter à Romanis pugnatum est, victo à Numantinis Q. Pompeio Proconsule, & ad pacem quam improbauit Senatus compulso. de hoc in citeriore & Tarraconensi Hispania nato bello scribunt *Appianus, Iulius, obsequens, Orosius & Velleius.* Cleopatra Demetrii vidua quæ Seleuciæ secura manebat, Antiochum Mariti fratrem, Rhodo euocatum armat spe regni data, in Tryphonem, quem fugauit, & Doram quò confugerat obsidet. 1. *Mach. c.* 15. *vers.* 15. & 25. gesta res hoc, & insequente anno Græcorū.	613	637 160 1
3865	4	Antiochus Sed. 1 Grac.174.	6	*Consules Cn. Calphurnius Piso, & M. Popilius Lænas.* Pacata vlteriore Hispania & Lusitania, bellum Numantinum sortitur Popilius, vbi nihil memorabile gessit. *Appian.* Tryphon relicta Dora fugit Orthosiaidam, & cum insequentem Antiochum timeret, periit morte voluntaria. *ex Strab. lib.* 14. idque anno Græc. 174 *ex* 1. *Mach. c.* 15. *nu.* 10. Tandē Antiochus Tryphone pulso, in Iudæos armat Cendebæum, rupta fide quam dederat Ionathæ. Sed hic cum exercitu victus est à Ioanne & Iuda Simonis filiis, mansitque pacata deinceps Iudæa. 1. *Machab. c.* 15. *à versu* 25 *& c* 16. *& Iosep. lib.* 13. Qui autem nunc incipit in Syria regnare, dictus est Antiochus Sedetes ὁ σωδήτης (*à Iosepho Soter*) Demetrii Soteris filius, & iunioris Demetrii vt commemoraui frater, regnat annis 9. error est apud *Iustinum lib.* 35, ab hoc Antiocho subiugatam Iudæam. Crassus orator hoc anno V.C. nascitur. & Astrologi ac diuinatores pelluntur Româ, totaque Italiâ, *Valer. Max. lib.* 1.	614	638 160 2
3866	5	2 Gra.175.	7	*Consules P. Corn. Scipio Nasica Serapio, & D. Iunius Brutus.* Hic posterior, contra Lusitanos quos constat hoc iterùm anno mouisse, missus; nihil memorabile gessit. Popilius quoque Numantiā obsidens fugatus est. *Iul. Obsequēs, & Frontin. lib.* 3. hos coss. carceri mācipatos ait *Cic. lib.* 3. *de leg.* Lex Gabinia lata est de suffragiis per tabellas ferendis. Post biennium ferè lata est lex Cassia de suffragiis per tabulas etiam in iudicio ferendis. cuius meminit *Cicero in Lælio, in Bruto. & de LL. tertio.* Præterea anno vrbis 618, lata est lex Fusia, vt certis diebus fastis, agi cum populo non liceret.	615	639 160 3
3867	6	3 Grac.176	8	*Consules M. Æmilius Lepidus Porcina, & C. Hostilius Mancinus.* Hic posterior Popilio ad Numantiam successit. Et vt initio itineris visus est prodigiis deterreri à cœpto, ita pugna illi infelix contigit, fœdus turpe, & funesta deditio. *Obsequens. Valer. lib.* 1. *Flor. Epit.* 55. inter tristia auspicia fuit vox illa audita, mane mancine. nescitur vnde. Idem narrat *Orosius.* Bruto Proconsuli pro-	616	640 160 4

Orbis	Iudæ.	Syriæ.	Aegypt.		V.C.	Olympia.
				rogatum imperium in Lusitania. Hic Lusitaniam vrbium expugnationibus vsque ad Oceanum perdomuit. *Appian. Flor. Epit.* 55. sola pene Cinania excepta, quæ ne pretio bellum redimere voluit; affirmans se à maioribus non aurum, sed ferrũ quo se tueretur accepisse. *Strabo. lib.* 3. *Valer.* Max. *lib.* 6.		
3868	7	4 *Græc.* 177.	9	*Consules* P. *Furius Philus, & Sex. Attilius* Serranus. Brutus hoc vt videtur anno aduersus Galæcos qui Lusitanis subsidio cum vxoribus venerant, pugnat; & feliciter 40 millia oppressit. *Orosi. Velleius.* Furius consul, in citeriorem Hispaniam Mancinum vinctum soluẽdi fœderis causa iussu senatus perduxit. *Florus Epit.* 56. Lepidus proconsul malè cum Vaccæis pugnat. *Appian. Orosius.*	617	641 161 1
3869	*Hircanus.* 1	5 *Græc.* 178.	10	*Consules Ser. Fuluius Flaccus, & Q. Calpurnius* Piso. Hic est primus Hircani annus, qui natu maximus patri Simoni successit. Quem anno Græcorum 177, dolo occisum in vrbe Hierico à Ptolemæo genero vrbis illius præfecto, narrant *lib.* 1. *Machab. c.* 16. *& Ioseph. lib.* 13. *c.* 13. qui Hircano dat annos 30. In Simone finem accipit Machabeorum historia. Narrat idem *Iosephus* Hircanum nihil à maiorum virtute degenerasse, & post expeditionem Antiochi in Iudæos benignè ab eodem Antiocho habitum, numerasseque regi quas petebat pecunias, reserato Dauidis sepulchro. Obsequens notat his consulibus (quos quædam vetus inscriptio edit ad annum V.C. 620) rem malè gestam ad Numantiam, Pisone consule nihil ibi memorabile agente. accedit *Appianus.* Fuluius consul Vardæos in Illyrico subigit. Flor. Epit. 56. ex Tracibus Scordisci Macedoniam populationibus diuexabant. Aduersus hos prosperè pugnat M. Cosconius Prætor. *Epit.* 56. Bellum seruile nunc in Sicilia exortum narrant *Florus & Orosius.* Initium bello dedit Eunus natione Syrus. 70 millia in armis reperta sunt: Aliqui prius inchoatum scribunt, saltem nunc renouatum est, antea quidem à Prætoribus, nunc à consulibus gestum. Vti *Florus* subindicat.	618	642 161 2
3870	2	6 *Græ.* 179	117	*Consules P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus secundùm, &* C. *Fuluius Flaccus.* Huic Sicilia, Scipioni Hispania data. Qui iam quinquagenarius ætatem consularem ab annis septem attigerat. Non est ergo nunc solutus lege ætatis; sed Catoniana, quæ iubebat ne quis bis consul fieret. Consulatum nunquàm petiit. *Cic. de amicitia. vide eundem lib.* 6. *de Repub.* & de apparatu belli Sigonium hoc anno. Primo in Hispaniam aduentu militem ad seuerioris disciplinæ normam probè exercuit, mox Numantinos arcta obsidione cinxit. *Florus. Oros. Appian.*	619	643 161 3
3871	3	*Græ.* 180	12	*Consules P. Mutius Scæuola, dictus Iurisconsultus, & L. Calpurnius Piso.* Scipio in Hispania prorogato imperio debellauit, & Numantiam belli caput expugnatam excididit, anno 14 à deleta Carthagine. *Oros. Appianus Obsequens.* Rem gestam ad hunc annum narrat *Sigonius.* Addit *Velleius* id accidisse anno & tribus mensibus à Scipionis aduentu in Hispaniã. Ergo Numantini fame	620	644 161 4

aliisque malis compulsi deditionem faciunt. quam Scipio non nisi exclusa omni exceptione admisit. Paucis ad triumphum reseruatis, reliqui sub hasta venditi, & vbrs funditus euersa est. Ita *Appianus*, *Florus*, & *Orosius*.

In Sicilia Piso consul, Seruili bello feliciter finem imposuit. *Obsequens*, *Frontin. lib. 4. Orosius & alii* Attalus Eumenis filius, dictus Eupater Pergami rex vltimus, populum Romanum testamento hæredem reliquit. *vide Strabo. lib.* 13. *Plutarchus* ait accidisse anno quo occisus est Romæ Tiberius Gracchus. *Scaliger ad an. Euseb.* 1886. refert ad consulatum Claudii & Perpennæ. Sequutus Iulium obsequentem. Triennii dissentio est ab Eusebio. notat *Velleius* hunc consulatum præcessisse Vinucii consulatum (cui locum dedi annum Christi 32) annis 162. consul fuit Vinutius ex eodem Velleio anno v.c. 782.

Tiberius Gracchus Trib. plebis tulit in fauorem populi, legem Agrariam annis 70, ante consulatum Ciceronis & hoc ipso vrbis anno 620. quo etiam occisus est Gracchus, cui vel maximè resistebat P. Scipio Nasica. Nunc primùm Romæ seditione ciuili fusus sangnis est. *Valer. Max. lib.* 3. *Flor. Epit.* 58. *Dionys. Halicar. lib.* 2. *Plutar. in Graccho. Appian. lib.* 1. *belli ciuilis.* Lex hæc eò tendebat, ne ciuis vltra 500 iugera ex agro publico haberet. Post 12 annos occisus est C. Gracchus frater Tiberii, ex clarissima familia.

3872 | 4 | 8 (Grac. 181.) | 13 — *Consules* P. *Popilius Lanas*, & P. *Rutilus*. Hoc anno triumphat D. Brutus de Galæcia & Lusitania, quando etiam P. Scipio Africanus triumphauit de Numantia, in quo triumpho 12 millia pondo argenti translata sunt. *Ex Plin. lib.* 33. *c.* 11. hos duos nobilissimos triumphos de vlteriore & citeriore Hispania in eundem incidisse annum notat *Appianus*. vlterior Hispania nunc primùm putatur ordinata prouincia. Africanus hinc etiam dictus est Numantinus Aristonicus Attali frater, nothus, regnum Pergami inuadit, vnde secutum est à Romanis illatum illi bellum. *Iusti. lib.* 37. — 621 | 645 (162, 1)

3873 | 5 | 9 (Grac. 182.) | 14 — *Consules* P. *Licinius Crassus*, & *L. Valerius Flaccus*. Hic P. Crassus diues, frater Scæuolæ dicitur *à Cicerone in libris de oratore*, porrò *Gellius lib.* 1. *c.* 13. tradit fuisse eloquentissimum, nobilissimum, iurisconsultissimum, & & pontificem maximum. — 612 | 646 (162, 2)

Geritur nunc bellum Aristonici Asiaticum, hoc est cum Attali filio ex pellice nato. Obtigit hoc bellum Crasso consuli, qui Attalicis diuitiis, & prædæ intentus, inordinata acie pugnauit. Crasso plures reges adfuisse, & Crassum fuso Romano exercitu interfectum tradit *Eutropius*, *Florus Epit.* 59. *Strab. lib.* 14. sed interemptum subsequentibus Coss. docent. *Obsequens & Velleius.*

Orbis	Iudæorũ	Syriæ	Ægypt.		V. C.	Olymp.
3874	6	Demetrius iterum. 1 Græ. 183.	15	*Consules M. Perpenna. & C. Claudius pulcher.* Crasso in Asia successit M. Perpenna consul, qui Aristonico victo captoque, bellum confecit. tamen ante mortuus Pergami quàm Romam rediret, non triumphauit: subrogatus M. Aquilius insequentis anni consul: qui totas Asiæ vrbes imperio populi Romani subiecit, Attali regnum redegit in formam prouinciæ, & cum Attali opibus ac thesauris, Asiaticas etiam delicias in vrbem aduexit, inchoatum iam anteà malum à bello contra Antiochum Asiatico. Regibus qui Romanis auxilio fuerant in bello hoc datæ prouinciæ, (*ex Iustino lib* 37) Phrigia Mithridati regi Ponti: filiis vero Ariabathis regis Cappadociæ (occidit enim in hoc bello pater) Lycaonia & Cilicia. Ab eo tempore has deuictas prouincias Romani dixerunt Asiam: *Strabo. lib* 14. *Iustinus citatus, Orosius, Appian. Velleius, Entrop.* Antiochus Syriæ rex, quem cum exercitu iuuit Hircanus, *vt ait Iosep. lib* 13. pugnans aduersus Parthos, primùm feliciter potitur victoria, nec vna tantum. posteà tamen (absente Hircano *vt scribit idem Iosep.*) victus & occisus est à Parthis. *Florus Epit.* 59. *Iustinus lib* 38. Demetrius Nicanor paulo ante dimissus è carcere à Parthis, vt Antiocho negotium facesseret, nunc Syriæ regnum iterùm recipit: & regnat saltem annis 4. *Euseb.* refert hoc *Florus* ad annum 624. quo obiit Scipio. Est hic Demetrius, Demetrii filius, de quo ad annum V. C. 609 610. 612. & 614.	623	647 162 3
3875	7	2 Græc. 184.	16	*Consules C. Sempronius Tuditanus, & M. Aquilius.* Hoc anno inquit *Cic. de nat. Deor.* P. Africanus sol alter extinctus est. His consulibus vt narrant *Flor. Epit.* 59. & *Appia. lib.* 1. seditio ciuilis excitata à Triumuiris C. Graccho, Fuluio Flacco & C. Carbone, agro diuidendo creatis. quibus cum Scipio aduersaretur, inuentus est manè in cubiculo mortuus anno ætatis 56. ab omnibus laudatus. suspicio fuit dati veneni à Sempronia vxore, quæ soror Gracchorum erat. de morte tamen nulla quæstio lata. Defuncto Scipione exarserunt acrius seditiones Triumuirales. *Authores citati & Plutar.* De Perpennæ rebus gestis iam dixi. Illyrios hoc anno mouisse, & breui domitos iterùm à Sempronio consule scribit *Appianus, Flor. Epit.* 59. Carneades Philosophus Academicus obiit hoc 4 anno Olympiadis, vt scribit *Diogen Laert.* quando, inquit, accidit lunæ eclipsis illa, vnde ad Christum patientem numerari solent anni 161.	624	648 162 4
3876	8	3 Græc. 185.	17	*Consules Cn. Octauius Nepos, & T. Annius Luscus.* Hipparchus cum aliquos adhuc post Metonem & Calippũ defectus anni obseruasset circa lunæ cursum: edidit Cyclum 304 annorum; anno à Calippo 202. Constabatque hic Cyclus quatuor Calippicis. vide *Solin. & Ptolem. lib.* 5. *Almag. c.* 3.	625	649 163 1
3877	9	4 Græ. 186.	18	*Consules L. Cassius Longinus Rauilla, & L. Cornelius Cinna.* Phraates Parthorum rex bellum quod parauerat in Syriam, mouet contra incursantes Scythas, à quibus ipse cum exercitu cæsus est. substituitur à Parthis Artabanus auunculus. *Iustin. lib.* 42.	626	650 163 2
3878	10	Alexãder 1 Græc. 187	19	*Consules M. Æmilius Lepidus & Orelius Orestes.* Sardiniam hoc anno mouisse, & iterùm domitam ac subactam ab Oreste scribit *Florus Epit.* 60. Gracchus ei Quæ	627	651 163 3

ſtot fuit. *Plutarchus in Graccho. Gelli. lib.*15. *c* 12. Hircanus poſt mortem Antiochi reducens in Aſia exercitum, aliquot Syriæ vrbes olim Iudaicæ ditionis recuperat. euertit quoque templum in monte Gazirin in Samaria. Sed huius euerſionis incertus annus eſt. Si enim conditum ponatur ſub initium Alexandri magni, vt indicat *Euſebius*; & præſertim vt notat ad Euſebium *Scaliger*, anno primo Olymp. 112. & concedamus quod aliqui dicunt, ſtetiſſe annis 200. oportet euerſum eſſe anno 1. Olymp. 162. ac proinde anno V. C 621. qui fuit annus Hircani quartus, aut certè ſi nunc tantum exciſum eſt, ſtetiſſe debet annis 206. cæterùm vide *an.* 3670. vbi de eius cõditu. Regnat Alexander in Syria vti mox dicam.

3879 | 11 | 2 | 20 — *Conſules M. Plautius Hypſæus, & M. Fuluius Flaccus*. Author eſt *Valerius c. de ſuperbia*, hunc Fuluium voluiſſe perniciosas inducere leges, de dãda ciuitate, & prouocatione ad populum. addit *Appianus lib.*1, ab eodem conſule palam excitatos Italos, vt peterent ciuitatem. & idem nominandi ius quod habebãt Romani in electione magiſtratus: & quia negatum hoc fuit, ſequuta inde eſt Fregellana coniuratio ac defectio. ſed hos Fregellanos compeſcuit L. Opimius Prætor, & Fregellas excidit. *Appian. Florus, Epit.* 60. de Italis primùm in ſpem Romanæ ciuitatis erectis paſſim alii. *Vide Ciceronem in 2. Agraria.* — 628 | 652 / 163 / 4

Exortum nunc bellum Allobrogicum. belli cauſam Salyes populi dederunt; quòd Maſſilienſium, populi Rom. ſociorum fines inuaſiſſent. Salybus acceſſerunt Allobroges, Ruteni & Aruerni. *Florus Epit.* 60. *Obſequens, & Marcellinus lib.* 15. Anno Græcorum 188 qui nunc excurrit. ſcripta eſt illa Epiſtola, hoc eſt liber ſecundus Machabeorum, de qua 2. Math. 1. *verſ.* 10. *& qq. c.* 16 *nu* 20. (Syria: Græ. 188.)

Syriæ rex Demetrius anno qui proximè præceſſit, ſollicitatus à Cleopatra contra Ptolemæum, inuaſit Ægyptum, ſpe regni illius concepta. Eo abſente à Syria, rebellant cum Antiochenis ciuitates multæ, excitato ad regnandum quodam Tryphone, *ex Iuſtino lib.* 39. Ptolemæus interim in Demetrium ſuſcitauit Alexandrum Zebennam mercatore Ægyptio progenitum, ab Antiocho vt dicebatur adoptatum. *ex Iuſtino citato.* Hic Demetrium apud Tyrum acie victum occidit, & regnat iam anno 2 alii aliter de morte Demetrii. Regnatum ab Alexandro iuxta Euſebium annis duobus in maxima Syriæ parte. Reliquum filiis ſuis retinuit Cleopatra, duorum fratrum Antiochi & Demetrii vxor. Ex tribus Cleopatræ filiis, ipſa curauit occidi poſteà Seleucum; & regno huic quod tenet præficiet alterum filium, qui Antiochus Grypus Γρυπὸς dictus eſt à naſo adunco. Hic tandem matre extincta veneno, & pulſo Alexandro, ſolus regnans bellum geret cum fratre Antiocho Cyziceno, Cleopatræ filio tertio. Hic nomen habet à ciuitate Cyzico vbi educatus eſt. *Ioſeph. Appian. & alii.*

3880 | 12 / 1 | 1 Grypus / Græ. 189 | 21 — *Conſules C. Caſsius Longinus, & C. Sextius Caluinus.* Conſuli Fuluio ſucceſſit Sextius, contra Salyes aut Saluios miſſus. à quo Salyes anno inſequente cum eſſet prorogato imperio proconſul, penitus deleti ſunt. Hic Coloniam aquas Sextias condidit (Aix en Prouence) ob aquarum copiam, & à nomine ſuo ſic appellatas. *Flor. Epit.* 61. *Velleius, Strabo lib.* 4. *meminit Solinus c.* 8. — 629 | 653 / 164 / 1

Hic annus eſt, quo Cleopatra filium Antiochum Grypum Syriæ regem conſtituit, & nunc quidem nomine tantum, retenta ſibi adminiſtratione. florent Accius & Pacuuius poetæ Latini.

Orbis	Iudæorũ.	Syriæ.	Ægypt.	V. C.	Olympias
3881	13	2 (Græ. 190.)	22	630	654 (164, 2)

Conſules Q. Cæcilius Metellus, & T. Quinctius Flaminius. Balearicum bellum geſtum. Nam cùm ex Balearibus (Maiorica & Minorica) pauci cum prædonibus cõſpiraſſent, Metellus conſul (Macedonici filius) criminatus vniuerſos; Baleares domuit, condiditque Colonias, dictus Balearicus, *Strab. lib.* 13. *Obſequens. Florus.* triumphaſſe iam dicitur Fuluius de Liguribus montanis & Vocontiis, qui poſt Salyas, *inquit Strabo*, tenent montana, (Mont cenis) F*aſti Capitol.* C. Gracchus (nunc primùm, ipſe Tribunus plebis) de forenſibus litibus iudicium, lege ſtatuit pertinere deinceps etiam ad equites. P*atercul. Plutar. in eius vita.* Carthago fit Colonia *ex Eutropio. &* P*lutarco in* G*raccho.* Iunonia inquit dicta inde eſt.

Orbis	Iudæorũ.	Syriæ.	Ægypt.	V. C.	Olympias
3882	14	3 (Græ. 191.)	23	631	655 (164, 3)

Conſules C*n. Domitius Ænobarbus, &* C. F*annius* S*trabo.* Prior conſul feliciter rem gerit cum Aruernis & Allobrogibus, qui Saluiorum cauſâ mouiſſe narrantur. *Sueton. in Nerone, & Eutrop. Epit.* 61. victi graui bello ad oppidum Vindalium, fuſo hoſtium equitatu ad nouam Elephantorum formam, *Oroſius.* Locum pugnæ dat *Strabo*, vbi commiſcentur Rodanus & Sulga (gallicè Sorgne) De orge fonte P*lin. lib.* 18. *c.* 22. *&* P*etrarcha in Epiſtolis.* Scribunt L*iuius &* F*lor. Epit.* 60. occiſum his Coſſ. in Syria Seleucum de quo ad an. v. c. 628. Tandem Ptolemęus Ægypti Rex infenſus Alexandro quem miſerat regem in Syriam, reconciliatur ſorori Cleopatræ, & victo cæſoque Alexandro Grypum nepotem toti iam regno præfecit regem. Hic poſt occiſam à ſe matrem Cleopatram, regnat inquit *Euſebius* annis 12. ſed poſt 8 annos ſi creditur *Iuſtino*, bellum illi eſſe cœpit cum fratre Cyziceno. Incerti ſunt horum anni. *Ioſephus* Grypo tum pacis tum belli annos dat 29. quorum 17 dat Cyziceno *Euſebius.* Hircanus renouat amicitiam cum Romanis, anno principatus ſui 14, & Græcorum anno 191. *Ex Ioſep. lib.* 13. *Antiq. c.* 16. hos etiam dat conſules (vbi pro Flaminio reſtitue Fannium) ex quo apparet eum anno integro errare in dando anno 4. Olymp. 164. Promulgatur Lex Cælia de ſuffragiis à populo, etiam in iudicio perduellionis ferendis, non voce ſed tabulis. meminit C*ic. de* LL. *lib.* 3.

Orbis	Iudæorũ.	Syriæ.	Ægypt.	V. C.	Olympias
3883	15	4 (Græ. 192.)	24	632	656 (164, 4)

Conſules L. Opimius, & Fabius maximus Æmilianus. His Coſſ. C. Sempro. Gracchus, Tiberii frater, dum armis ſeditioſas quas Tribunus plebis leges tulerat, tueri ne antiquarentur conatur, occiſus eſt à conſule Opimio, annis 12 a cæſo fratre. *Velleius &* P*lutar. in eius vita.* F*lorus & Oroſius.* Cæſus in eadem ſeditione Fuluius Flaccus qui de Gallis triumphauit, & cum Graccho Auentinum obtinuerat. *Appianus.*

Fabius Conſul Pauli nepos, ducto contra Allobroges exercitu, bellum confecit Cæſa hoſtium 120 millia. Bituitus Aruernorum rex in cuſtodiam datus. F*lorus Epit.* 61. addit *Cæſar lib.* 1. *de bello gallico*, Aruernos & Rutenos non fuiſſe à Fabio in prouinciam redactos; nec ſtipendium illis impoſitum. Hoc tamen bello Narbonenſis Gallia in prouinciam redacta eſt. & decretum vt quotãnis cõ

Orbis	Iudæorum	Syna.	Ægyp.		V. C.	Olympias
				tannis eò mitterentur Prætores Romani. *Iul. Obsequens. Strabo lib. 4. Appian. Orosius. Plin. lib. 7. c. 50.* Fabius inde dictus Allobrogicus. *Velleius.*		
3884	16	5	25	*Consules P. Manilius Nepos, & C. Papirius Carbo.* Opimius & qui cum eò mortem Graccho intulerunt, accusantur, & impunè dimittuntur *Cic. lib. 2. de Orat. Flor. Epit. 61.* hic Carbo antea plebis partes sequutus, post ad optimates se contulit.	633	657 165 1
3885	17	6	26	*Consules L. Cæcilius Metellus, & L. Aurelius Cotta.* Circa hunc consulatum cœpisse videtur regnare in Ponto Mithridates dictus Euergetes. Filius illius qui dictus est Mithridates Eupator. regnauit ex *Appiano* annis 57. & plusquam 30 annis bellum gessit cum Romanis. vir adeò assuetus antidotis contra venenum, vt cùm volebat veneno perire non potuerit.	634	658 165 2
3886	18	7	27	*Consules M. Porcius Cato annorum vrbis collector, & Q. Marcius Rex.* Hic Cato, filius Censorii est. Africa hoc anno propter aliquot vt putatur motus, facta est consularis prouincia, & Catoni consuli decreta; quem in prouincia obiisse testatur *Gell. lib. 13.* alter vero consul Q. Marcius Sarnos gentem Alpinam expugnauit. *Flor. Epit. 62.* Moritur Micipsa rex Numidiæ, duo illi filii superstites mansere, Adherbal, & Hiempsal, & nothus Iugurtha *Salust.*	635	659 165 3
3887	19	8	28	*Consules L. Cæcilius Metellus, & Q. Mucius Scæuola dictus Augur.* qui *authore Cicerone*, Iurisconsultorum sui temporis nulli fuit secundus. Metellus Dalmatas subegit, & inde Dalmaticus nuncupatus. *Flor. Epit. 62.* Ptolemæus huius nominis à Lago octauus, mortuo fratre Euergete regnabit, idque annis 17 *ex Eusebio.* Hic Phiscō dictus est, à quibusdam Lathurus quasi reuersus ad regnum. Sed quia Phiscon annos regni 29 cōpleuit; huic Lathuro sedes dabitur ad annum v. c. 638.	636	660 165 4
3888	20	9	29	*Consules L. Licinius Geta, & Q. Fabius maximus Eburnus.* Triumphat quidem hoc anno Metellus de Dalmatis, anno consulatus, vt scribunt victis. tamē *Appianus* ait nulla eorum culpa, sed triumphandi libidine bellum illis fuisse illatum. nascitur Varro collector annorum. v. c.	637	661 166 1
3889	21	10	*Ptolemæus Lathurus.* 1	*Consules M. Aemilius Scaurus & Cæcilius Metellus.* Hic posterior est filius tertius Metelli Macedonici qui nunc diem clausit: de quo lege Paterculum. Scaurus missus contra Ligures victor triumphauit. *Fasti capit.* Hic Censor strauit viam Æmiliā. De eius singulari in exercitum imperio, & de arbore in pede castrorum intactis fructibus relicta, vide *Frontinum lib.* 4. Hic annus est noui regis in Ægypto, vt attigi ad annum vrbis 636. nempe quo post mortem fratris incipit regnare Ptolemæus Lathurus λάθυρος. Sic eum vocat *Clem. 1. Stromat.* Ab hoc rege vsque ad Dionysium, non conuenit omnino inter scriptores de singulorum regum annis. *Mercator* tantum 15 annos dat huic regi ex Epiphanio. Omnes tamen dāt Alexandro annos 10. & huic eidem Laturo fere 8. post regressum in regnum, nempè post pulsum regno	638	662 166 2

regno Matricidam Alexandrum. cui toti interuallo *Clemens Alex.1.strom.* dedit annos 36. discrepantia hæc forte triennii est, nisi quis velit interualli huius etiam extremos putari annos, ab aliis tantum interiectos. satis est constare de toto interuallo. Nec minor ferè est de nominibus discrepantia. Laturus *ab Epiphanio* Soter vocatur. Ab *Eusebio* tùm Soter, tùm φουσκων.

3890 22 11 2 *Consules* M. *Acilius Balbus,& C. Portius Cato.* Hic posterior bellum Sordiscis in Thraciã intulit, & ignominiosè pugnauit, inquiunt *Eutrop. Et Flor. Epit.* 63. at substitutus T. Didius prætor, horum insolentiam compescuit, & triumphasse putatur. 639 663 166 3

In Syria Cleopatra repudiata à Ptolemæo Lathuro, dat se in potestatem Antiochi Cyziceni (de quo 3892.) & bellũ cũ Gry o mouit, quod inter duos hos fratres non nisi morte finitum est. *Euseb. Ioseph. & Iustin. lib.* 39.

3891 23 12 3 *Consules Q. Cæcilius Metellus Caprarius, & Cn. Papirius Carbo.* Ambo Metelli, consul & alter, duo inquam fratres triumpharunt eodem die: Proconsul quidem de Sardinia quæ iam rebellauit: de Macedonia vero consul *Eutrop. Ruffus Velleius.* 640 664 166 4

Cimbros hoc anno arma mouisse, & superato Carbone stragem Romanorum edidisse, scribunt *Tacitus* de *moribus Germ. Eutrop. Obsequens*, *Florus & Plutarchus in Mario* Hunc vrbis annum expressè rectéque notat *Tacitus*, & cœptum hoc bellum Cimbricum seu Teuton cum annis 210 ante consulatum Traiani. Victum in Illyrico Carbonem plures tradunt. Apparet post hanc victoriam quieuisse Cimbros, vsque ad Silani consulatum.

3892 24 13 Cyzicenus 1 4 *Consules M. Liuius Drusus & Calpurnius Piso Cesonius.* Hic Drusus, est filius C. Drusi qui consulatum gessit anno 606 *ex Cicer. in Bruto.* Alter vero est auuus L. Pisonis, soceri C. Cæsaris, *ex ipso Cæsare lib. 1. de bello Gallico.* Didius prosperè pugnans Scordiscos vagantes cõpulit in suam Thraciam, at Drusus nunc consul vlterius egit, & vetuit transire Danubium. *Florus Ruffus. fasti Capitol.* 641 665 167 1

Antiochus Cyzicenus filius Antiochi qui dicebatur Sedetes, occupat partẽ Syriæ, & regnat ibi annis 17, ex *Eusebio. vide Iosephum.* de eius belo in fratrem dixi anno 639.

3893 25 Gry. 14 Cyz. 2 5 *Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & L. Calpurnius Bestia.* Galli, Cimbri, & Siculos serui vexant. *Appia.* Nunc cœptum est bellum Iugurthinum, his inquã annis, & cõsulibus. Historiã dat *Salustius.* Iugurtha Micipsæ filius nothus sed adoptatus, & regnum affectans: primum fratrem Hiemsalem necat structis insidiis; Senatum Romanum & Legatos pecuniis corrupit: ac demum occiso altero fratre Adherbale, bellũ ei à Romanis indictum. In quem missus Bestia consul, regia pecunia captus pacem constituit ignominiosam; quã improbauit Senatus. *Salust. Eutrop. Flor Orosius.* 642 666 167 2

3894 26 Gry. 15 Cyz. 3 6 *Consules M. Minucius Ruffus, & Sp. Posthumius Albinus.* In Iugurtham missus Albinus, cogitur fuso Romano exercitu ad turpem pacem, quam non probauit Senatus. *Authores citati.* Minucius consul iterum vin- 643 997 167 338

Orbis	Iudæorū	Syria.	Ægyp.		V. C.	Olymp.
				cit Scordiscos & Dacos. *Flor. Eutrop.* Cimbri qui per Gallias perrumpere nitebantur in Hispanias, repulsi à Gallis diuertunt ad Italiam. *Cæsar.commen.lib.*7.		
3895	27	Gryp. 16 Cyz. 4	7	*Consules Q. Cæcilius Metellus, & M. Iunius Sillanus.* Metello consuli obuenit Numidiæ bellum cum Iugurtha. hic duobus prœliis grauibus vicit Iugurtham, & prorogato in alterum annum imperio, demum anno tertio, sub cõsulatu Marii Romam redit, & triumphauit. *Salustius.* dictus inde Numidicus. *Velleius lib.*2. Narrat *Entropi⁹*, Mariũ (qui claruit in hoc bello sub Metello, eiq; posteà successit) quoq; triũphasse de Iugurtha. Q. Seruilius Cæpio in vlteriore Hispania rebellãtes Lusitanos domat. *Appian.* Cimbri Hispania & Galliis exclusi, veniunt in Italiam. In hos missus Sillanus cõsul, qui primum Barbarorum impetum non potuit sustinere. *Florus & Pædianus in Cornelianam.* Mithridates Ponti Rex, circa hoc tempus Scythas vincit, & Ponti regiones integras suo subdit imperio. *Vide Iustinum lib.*37. Hircanus Samariam obsidet, prius recuperatis aliquot vrbibus, quæ olim Iudaicæ erant iurisdictionis. Cyzicenus vt obsessam liberaret ciuitatem, bis cum exercitu Iudæos inuasit, & bis fusus ac fugatus: primùm ab Antigono & Aristobulo Hircani filiis, qui præerant obsidioni: deinde ab aliis Iudæis capta post annum & euersa est Samaria, nec prius quàm ab Herode restituta est, qui reparatam vocauit Sebasten *Ioseph.lib.*13.	644	668 167 4
3896	28	Gry. 17 Cyz. 5	8	*Consules Seruius Sulpitius Galba, & M. Aurelius Scaurus.* scribunt *Velleius. Tacit. de Morib. Ger. & Quintil. Declam.*3. Scaurum hunc missum in Cimbros, & tertiam tunc cladem à Cimbris accepisse Romanos, cæsumque consulem Scaurum.	645	669 168 1
3897	29	Gryp. 18 Cyz. 6	9	*Consules L. Cassius Longinus, & C. Marius.* Numidia obrigit Mario. Qui Iugurtham fugauit, & mox eum cũ Boccho Mauritaniæ rege vicit memorabili prœlio. *Salust.* In hoc bello cum Mario militabat Sulla. Nunc putatur diem obiisse Parthorum rex Artabanus, Dynastiæ suæ septimus rex. Post quem regnarunt Pacorus huius nominis primus, & Phraates huius nominis secundus, qui cum Tigrane bellum gessit. Ita hos reges recensent. *Plutar. Dion. Xiphil. & Florus.* Dissentiente *Iustino.lib.*42. Tigurini, Galli nuncupati, Heluetiorum (vbi hodiè est Tigurinus, *Zurich*) fines egressi, Allobroges socios populi Romani infestabant. In eos missus Cassius Longinus consul cæsus est, & exercitus Romanus sub iugum missus. *Cæsar lib.*1. *& Orosius.*	646	670 168 2
3898	30	Gry. 19 Cyz. 7	10	*Consules Q. Seruilius Cæpio, & C. Attilius Serranus.* Bocchus timens sibi à Romanis, impetrata delicti gratia, Iugurtham ad se amicè vocatum tradit viuum Romanis. & Numidia venit in potestatem S. & populi Romani. De qua post annum triumphauit Marius. Eò interim tempore inter Marium & Syllã exortæ inimicitiæ, ex quibus posteà bella ciuilia exarserũt grauissima. *Salusti. & Plutarch.* Mouerunt eodem tempore Tectosages & Tolosates arma in Romanos. in eos missus Cæpio consul hostem profligauit, capta vrbe Tolosa. Tunc è Tolosano templo ablatum à	647	671 168 3

Orbis	Iudæ.	Syriæ.	Aegypti		V.C.	Olympia.
				regno Matricidam Alexandrum. cui toti interuallo *Clemens Alex.1.strom.* dedit annos 36.discrepantia hæc forte triennii est,nisi quis velit interualli huius etiam extremos putari annos,ab aliis tantum interiectos. satis est constare de toto interuallo.Nec minor ferè est de nominibus discrepantia.Laturus *ab Epiphanio* Soter vocatur.Ab *Eusebio* tùm Soter,tùm Φουσκων.		
3890	22	11	2	*Consules* M.Acilius *Balbus,&* C. *Portius Cato.*Hic posterior bellum Sordiscis in Thraciâ intulit,& ignominiosè pugnauit , inquiunt *Eutrop. Et Flor. Epit.* 63. at substitutus T. Didius prætor, horum insolentiam compescuit,& triumphasse putatur. In Syria Cleopatra repudiata à Ptolemæo Lathuro, dat se in potestatem Antiochi Cyziceni(de quo 3892.) & bellũ cũ Gryp o mouit,quod inter duos hos fratres non nisi morte finitum est.*Euseb.Ioseph.& Iustin.lib.*39.	639	663 166 3
3891	23	12	3	*Consules Q. Cæcilius Metellus Caprarius,& Cn.Papirius Carbo.* Ambo Metelli,consul & alter,duo inquam fratres triumpharunt eodem die: Proconsul quidem de Sardinia quæ iam rebellauit:de Macedonia vero consul *Eutrop.Ruffus Velleius.* Cimbros hoc anno arma mouisse, & superato Carbone stragem Romanorum edidisse, scribunt *Tacitus* de *moribus Germ.Eutrop.Obsequens*,*Florus & Plutarchus in Mario* Hunc vrbis annum expressè rectéque notat *Tacitus*,& cœptum hoc bellum Cimbricum seu Teuton cum annis 210 ante consulatum Traiani. Victum in Illyrico Carbonem plures tradunt. Apparet post hanc victoriam quieuisse Cimbros , vsque ad Silani consulatum.	640	664 166 4
3892	24	13 Cyzicenus 1	4	*Consules M.Liuius Drusus & Calpurnius Piso* Cæsonius. Hic Drusus,est filius C. Drusi qui consulatum gessit anno 606 ex *Cicer.in Bruto.* Alter vero est auus L. Pisonis,soceri C. Cæsaris,*ex ipso Cæsare lib.1.de bello Gallico.* Didius prosperè pugnans Scordiscos vagantes cõpulit in suam Thraciam, at Drusus nunc consul vlterius egit, & vetuit transire Danubium. *Florus Ruffus. fasti Capitol.* Antiochus Cyzicenus filius Antiochi qui dicebatur Sedetes,occupat partẽ Syriæ,& regnat ibi annis 17, ex *Eusebio. vide Iosephum.* de eius bello in fratrem dixi anno 639.	641	665 167 1
3893	25	Gry. 14 Cyz. 2	5	*Consules P.Cornelius* Scipio *Nasica, & L.* Calpurnius *Bestia.* Gallos Cimbri, & Siculos serui vexant. *Appia.* Nunc cœptum est bellum Iugurthinum,his inquã annis,& cõsulibus,Historiã dat *Salustius.*Iugurtha Micipsæ filius nothus sed adoptatus, & regnum affectans: primum fratrem Hiemsalem necat structis insidiis; Senatum Romanum & Legatos pecuniis corrupit: ac demum occiso altero fratre Adherbale,bellũ ei à Romanis indictum.In quem missus Bestia consul, regia pecunia captus pacem constituit ignominiosam; quã improbauit Senatus.*Salust.Eutrop.Flor Orosius.*	642	666 167 2
3894	26	Gry. 15 Cyz. 3	6	*Consules M.Minucius Ruffus,& Sp.Posthumius Albinus.* In Iugurtham missus Albinus, cogitur fuso Romano exercitu ad turpem pacem, quam non probauit Senatus. *Authores citati.* Minucius consul iterum vin-	643	997 167 3

Orbis	Iudæorū	Syriæ	Ægyp.		V. C.	Olymp.
				cit Scordiscos & Dacos. *Flor. Eutrop.* Cimbri qui per Gallias perrumpere nitebantur in Hispanias, repulsi à Gallis diuertunt ad Italiam. *Cæsar. commen. lib. 7.*		
3895	27	Gryp. 16 Cyz. 4	7	*Consules Q. Cæcilius Metellus, & M. Iunius Sillanus.* Metello consuli obuenit Numidiæ bellum cum Iugurtha. hic duobus prælijs grauibus vicit Iugurtham, & prorogato in alterum annum imperio, demum anno tertio, sub cōsulatu Marij Romam rediit, & triumphauit. *Salustius.* dictus inde Numidicus. *Velleius lib. 2.* Narrat *Eutropius*, Mariū (qui claruit in hoc bello sub Metello, eiq; posteà successit) quoq; triūphasse de Iugurtha. Q. Seruilius Cæpio in vlteriore Hispania rebellātes Lusitanos domat. *Appian.* Cimbri Hispania & Gallijs exclusi, veniunt in Italiam. In hos missus Sillanus cōsul, qui primum Barbarorum impetum non potuit sustinere. *Florus & Pædianus in Cornelianam.* Mithridates Ponti Rex, circa hoc tempus Scythas vincit, & Ponti regiones integras suo subdit imperio. *Vide Iustinum lib. 37.* Hircanus Samariam obsidet, prius recuperatis aliquot vrbibus, quæ olim Iudaicæ erant iurisdictionis. Cyzicenus vt obsessam liberaret ciuitatem, bis cum exercitu Iudæos inuasit, & bis fusus ac fugatus: primùm ab Antigono & Aristobulo Hircani filiis, qui præerant obsidioni: deinde ab alijs Iudæis capta post annum & euersa est Samaria, nec prius quàm ab Herode restituta est, qui reparatam vocauit Sebasten *Ioseph. lib. 13.*	644	668 / 167 / 4
3896	28	Gry. 17 Cyz. 5	8	*Consules Seruius Sulpitius Galba, & M. Aurelius Scaurus.* scribunt *Velleius. Tacit. de Morib. Ger. & Quintil. Declam. 3.* Scaurum hunc missum in Cimbros, & tertiam tunc cladem à Cimbris accepisse Romanos, cæsumque consulem Scaurum.	645	669 / 168 / 1
3897	29	Gryp. 18 Cyz. 6	9	*Consules L. Cassius Longinus, & C. Marius.* Numidia obrigit Mario. Qui Iugurtham fugauit, & mox eum cū Boccho Mauritaniæ rege vicit memorabili prælio. *Salust.* In hoc bello cum Mario militabat Sulla. Nunc putatur diem obiisse Parthorum rex Artabanus, Dynastiæ suæ septimus rex. Post quem regnarunt Pacorus huius nominis primus, & Phraates huius nominis secundus, qui cum Tigrane bellum gessit. Ita hos reges recensent. *Plutar. Dion. Xiphil. & Florus.* Dissentiente *Iustino. lib. 42.* Tigurini, Galli nuncupati, Heluetiorum (vbi hodiè est Tigurinus, *Zurich*) fines egressi, Allobroges socios populi Romani infestabant. In eos missus Cassius Longinus consul cæsus est, & exercitus Romanus sub iugum missus. *Cæsar lib. 1. & Orosius.*	646	670 / 168 / 2
3898	30	Gry. 19 Cyz. 7	10	*Consules Q. Seruilius Cæpio, & C. Attilius Serranus.* Bocchus timens sibi à Romanis, impetrata delicti gratia, Iugurtham ad se amicè vocatum tradit viuum Romanis. & Numidia venit in potestatem S. & populi Romani. De qua post annum triumphauit Marius. Eò interim tempore inter Marium & Syllā exortæ inimicitiæ, ex quibus posteà bella ciuilia exarserūt grauissima. *Salusti. & Plutarch.* Mouerunt eodem tempore Tectosages & Tolosates arma in Romanos. in eos missus Cæpio consul hostem profligauit, capta vrbe Tolosa. Tunc è Tolosano templo ablatum à	647	671 / 168 / 3

Orbis	Iude.	Syria.	Ægypt.		V.C.	Olympia.
				regno Matricidam Alexandrum. cui toti interuallo *Clemens Alex.1.strom.* dedit annos 36.discrepantia hæc forte triennii est,nisi quis velit interualli huius etiam extremos putari annos,ab aliis tantum interiectos. satis est constare de toto interuallo.Nec minor ferè est de nominibus discrepantia.Laturus *ab Epiphanio* Soter vocatur.Ab *Eusebio* tùm Soter,tùm Φουσκων.		
3890	22	11	2	*Consules* M.Acilius *Balbus,&* C. *Porcius Cato.* Hic posterior bellum Sordiscis in Thraciâ intulit,& ignominiosè pugnauit, inquiunt *Eutrop. Et* Flor. *Epit.* 63. at substitutus T. Didius prætor, horum insolentiam compescuit,& triumphasse putatur. In Syria,Cleopatra repudiata à Ptolemæo Lathuro, dat se in potestatem Antiochi Cyziceni(de quo 3892.) & bellū cū Grypo mouit,quod inter duos hos fratres non nisi morte finitum est.*Euseb.Ioseph.& Iustin.lib.39.*	639	663 166 3
3891	23	12	3	*Consules Q.Cæcilius Metellus Caprarius,& Cn.Papirius Carbo.* Ambo Metelli,consul & alter,duo inquam fratres triumpharunt eodem die: Proconsul quidem de Sardinia quæ iam rebellauit: de Macedonia vero consul *Eutrop.Ruffus Velleius.* Cimbros hoc anno arma mouisse, & superato Carbone stragem Romanorum edidisse, scribunt *Tacitus* de *moribus Germ.Eutrop.Obsequens*, *Florus & Plutarchus in Mario* Hunc vrbis annum expressè rectéque notat *Tacitus*,& cœptum hoc bellum Cimbricum seu Teuton cum annis 210 ante consulatum Traiani. Victum in Illyrico Carbonem plures tradunt. Apparet post hanc victoriam quieuisse Cimbros , vsque ad Silani consulatum.	640	664 166 4
3892	24	13 Cyzicenus 1	4	*Consules M.Liuius Drusus & Calpurnius Piso Cesonius.* Hic Drusus,est filius C. Drusi qui consulatum gessit anno 606 *ex Cicer.in Bruto.* Alter vero est auuus L. Pisonis,soceri C. Cæsaris,*ex ipso Cæsare lib.*1.*de bello Gallico.* Didius prosperè pugnans Scordiscos vagantes cōpulit in suam Thraciam, at Drusus nunc consul vlterius egit, & vetuit transire Danubium. *Florus Ruffus. fasti Capitol.* Antiochus Cyzicenus filius Antiochi qui dicebatur Sedetes,occupat partē Syriæ,& regnat ibi annis 17, ex *Eusebio. vide Iosephum.* de eius belo in fratrem dixi anno 639.	641	665 167 1
3893	25	Gry. 14 Cyz. 2	5	*Consules P.Cornelius Scipio Nasica, & L. Calpurnius Bestia.* Gallos Cimbri, & Siculos serui vexant. *Appia.* Nunc cœptum est bellum Iugurthinum,his inquā annis,& cōsulibus,Historiā dat *Salustius*.Iugurtha Micipsæ filius nothus sed adoptatus, & regnum affectans: primum fratrem Hiemsalem necat structis insidiis; Senatum Romanum & Legatos pecuniis corrupit: ac demum occiso altero fratre Adherbale,bellū ei à Romanis indictum.In quem missus Bestia consul, regia pecunia captus pacem constituit ignominiosam; quā improbauit Senatus.*Salust.Eutrop. Flor Orosius.*	642	666 167 2
3894	26	Gry. 15 Cyz. 3	6	*Consules M.Minucius Ruffus,& Sp.Posthumius Albinus.* In Iugurtham missus Albinus, cogitur fuso Romano exercitu ad turpem pacem, quam non probauit Senatus. *Authores citati.* Minucius consul iterum vin-	643	997 167 338

Orbis	Iudæorū	Syriæ	Ægyp.		V. C.	Olymp.
				cit Scordiscos & Dacos. *Flor. Eutrop.* Cimbri qui per Gallias perrumpere nitebantur in Hispanias, repulsi à Gallis diuertunt ad Italiam. *Cæsar. commen. lib.* 7.		
3895	27	Gryp. 16 Cyz. 4	7	*Consules Q. Cæcilius Metellus, & M. Iunius Sillanus.* Metello consuli obuenit Numidiæ bellum cum Iugurtha. hic duobus præliis grauibus vicit Iugurtham, & prorogato in alterum annum imperio, demum anno tertio, sub cōsulatu Marii Romam rediit, & triumphauit. *Salustius.* dictus inde Numidicus. *Velleius lib.* 2. Narrat *Eutropius*, Mariū (qui claruit in hoc bello sub Metello, eiq; posteà successit) quoq; triūphasse de Iugurtha. Q. Seruilius Cæpio in vlteriore Hispania rebellātes Lusitanos domat. *Appian.* Cimbri Hispania & Galliis exclusi, veniunt in Italiam. In hos missus Sillanus cōsul, qui primum Barbarorum impetum non potuit sustinere. *Florus & Pædianus in Cornelianam.* Mithridates Ponti Rex, circa hoc tempus Scythas vincit, & Ponti regiones integras suo subdit imperio. *Vide Iustinum lib.* 37. Hircanus Samariam obsidet, prius recuperatis aliquot vrbibus, quæ olim Iudaicæ erant iurisdictionis. Cyzicenus vt obsessam liberaret ciuitatem, bis cum exercitu Iudæos inuasit, & bis fusus ac fugatus: primùm ab Antigono & Aristobulo Hircani filiis, qui præerant obsidioni: deinde ab aliis Iudæis capta post annum & euersa est Samaria, nec prius quàm ab Herode restituta est, qui reparatam vocauit Sebasten *Ioseph. lib.* 13.	644	668 167 4
3896	28	Gry. 17 Cyz. 5	8	*Consules Seruius Sulpitius Galba, & M. Aurelius Scaurus.* scribunt *Velleius. Tacit. de Morib. Ger. & Quintil. Declam.* 3. Scaurum hunc missum in Cimbros, & tertiam tunc cladem à Cimbris accepisse Romanos, cæsumque consulem Scaurum.	645	669 168 1
3897	29	Gryp. 18 Cyz. 6	9	*Consules L. Cassius Longinus, & C. Marius.* Numidia obrigit Mario. Qui Iugurtham fugauit, & mox eum cū Boccho Mauritaniæ rege vicit memorabili prælio. *Salust.* In hoc bello cum Mario militabat Sulla. Nunc putatur diem obiisse Parthorum rex Artabanus, Dynastiæ suæ septimus rex. Post quem regnarunt Pacorus huius nominis primus, & Phraates huius nominis secundus, qui cum Tigrane bellum gessit. Ita hos reges recensent. *Plutar. Dion. Xiphil. & Florus.* Dissentiente *Iustino. lib.* 42. Tigurini, Galli nuncupati, Heluetiorum (vbi hodiè est Tigurinus, *Zurich*) fines egressi, Allobroges socios populi Romani infestabant. In eos missus Cassius Longinus consul cæsus est, & exercitus Romanus sub iugum missus. *Cæsar lib.* 1. *& Orosius.*	646	670 168 2
3898	30	Gry. 19 Cyz. 7	10	*Consules Q. Seruilius Cæpio, & C. Attilius Serranus.* Bocchus timens sibi à Romanis, impetrata delicti gratia, Iugurtham ad se amicè vocatum tradit viuum Romanis. & Numidia venit in potestatem S. & populi Romani. De qua post annum triumphauit Marius. Eò interim tempore inter Marium & Syllā exortæ inimicitiæ, ex quibus posteà bella ciuilia exarserūt grauissima. *Salusti. & Plutarch.* Mouerunt eodem tempore Tectosages & Tolosates arma in Romanos. in eos missus Cæpio consul hostem profligauit, capta vrbe Tolosa. Tunc è Tolosano templo ablatum à	647	671 168 3

Orbis	Iude.	Syria.	Aegypt		V.C.	Olympia.
				regno Matricidam Alexandrum. cui toti interuallo *Clemens Alex. 1. strom.* dedit annos 36. discrepantia hæc forte triennii est, nisi quis velit interualli huius etiam extremos putari annos, ab aliis tantum interiectos. satis est constare de toto interuallo. Nec minor ferè est de nominibus discrepantia. Laturus *ab Epiphanio* Soter vocatur. Ab *Eusebio* tùm Soter, tùm Φουσκων.		
3890	22	11	2	*Consules* M. Acilius *Balbus*, & C. *Porcius Cato*. Hic posterior bellum Sordiscis in Thraciâ intulit, & ignominiosè pugnauit, inquiunt *Eutrop. Et* Flor. *Epit.* 63. at substitutus T. Didius prætor, horum insolentiam compescuit, & triumphasse putatur. In Syria Cleopatra repudiata à Ptolemæo Lathuro, dat se in potestatem Antiochi Cyziceni (de quo 3892.) & bellũ cũ Gry o mouit, quod inter duos hos fratres non nisi morte finitum est. *Euseb. Ioseph. & Iustin. lib.* 39.	639	663 166 3
3891	23	12	3	*Consules Q. Cæcilius Metellus Caprarius, & Cn. Papirius Carbo.* Ambo Metelli, consul & alter, duo inquam fratres triumpharunt eodem die: Proconsul quidem de Sardinia quæ iam rebellauit: de Macedonia vero consul *Eutrop. Ruffus Velleius.* Cimbros hoc anno arma mouisse, & superato Carbone stragem Romanorum edidisse, scribunt *Tacitus* de *moribus Germ. Eutrop. Obsequens*, Florus & *Plutarchus in Mario* Hunc vrbis annum expressè rectèque notat *Tacitus*, & cœptum hoc bellum Cimbricum seu Teuton cum annis 210 ante consulatum Traiani. Victum in Illyrico Carbonem plures tradunt. Apparet post hanc victoriam quieuisse Cimbros, vsque ad Silani consulatum.	640	664 166 4
3892	24	13 Cyzicenus 1	4	*Consules M. Liuius Drusus & Calpurnius Piso Cesonius.* Hic Drusus, est filius C. Drusi qui consulatum gessit anno 606 *ex Cicer. in Bruto.* Alter vero est auuus L. Pisonis, soceri C. Cæsaris, *ex ipso Cæsare lib. 1. de bello Gallico.* Didius prosperè pugnans Scordiscos vagantes cõpulit in suam Thraciam, at Drusus nunc consul vlterius egit, & vetuit transire Danubium. *Florus Ruffus. fasti Capitol.* Antiochus Cyzicenus filius Antiochi qui dicebatur Sedetes, occupat partẽ Syriæ, & regnat ibi annis 17, ex *Eusebio. vide Iosephum.* de eius bello in fratrem dixi anno 639.	641	665 167 1
3893	25	Gry. 14 Cyz. 2	5	*Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & L. Calpurnius Bestia.* Gallos Cimbri, & Siculos serui vexant. *Appia.* Nunc cœptum est bellum Iugurthinum, his inquã annis, & cõsulibus. Historiã dat *Salustius*. Iugurtha Micipsæ filius nothus sed adoptatus, & regnum affectans: primum fratrem Hiemsalem necat structis insidiis; Senatum Romanum & Legatos pecuniis corrupit: ac demum occiso altero fratre Adherbale, bellũ ei à Romanis indictum. In quem missus Bestia consul, regia pecunia captus pacem constituit ignominiosam; quã improbauit Senatus. *Salust. Eutrop. Flor. Orosius.*	642	666 167 2
3894	26	Gry. 15 Cyz. 3	6	*Consules M. Minucius Ruffus, & Sp. Posthumius Albinus.* In Iugurtham missus Albinus, cogitur fuso Romano exercitu ad turpem pacem, quam non probauit Senatus. *Authores citati.* Minucius consul iterum vin-	643	997 167 338

Orbis	Iudæorũ	Syriæ.	Ægyp.		V. C.	Olymp.
				cit Scordiscos & Dacos. *Flor. Eutrop.* Cimbri qui per Gallias perrumpere nitebantur in Hispanias, repulsi à Gallis diuertunt ad Italiam. *Cæsar. commen. lib.* 7.		
3895	27	Gryp. 16 Cyz. 4	7	*Consules Q. Cæcilius Metellus, & M. Iunius* Sillanus. Metello consuli obuenit Numidiæ bellum cum Iugurtha. hic duobus prælijs grauibus vicit Iugurtham, & protogato in alterum annum imperio, demum anno tertio, sub cõsulatu Marij Romam rediit, & triumphauit. *Salustius.* dictus inde Numidicus. *Velleius lib.* 2. Narrat *Eutropi*⁹, Mariũ (qui claruit in hoc bello sub Metello, eiq; posteà successit) quoq; triũphasse de Iugurtha. Q. Seruilius Cæpio in vlteriore Hispania rebellãtes Lusitanos domat. *Appian.* Cimbri Hispania & Galliis exclusi, veniunt in Italiam. In hos missus Sillanus cõsul, qui primum Barbarorum impetum non potuit sustinere. *Florus & Pedianus in Cornelianam.* Mithridates Ponti Rex, circa hoc tempus Scythas vincit, & Ponti regiones integras suo subdit imperio. *Vide Iustinum lib.* 37. Hircanus Samariam obsidet, prius recuperatis aliquot vrbibus, quæ olim Iudaicæ erant iurisdictionis. Cyzicenus vt obsessam liberaret ciuitatem, bis cum exercitu Iudæos inuasit, & bis fusus ac fugatus: primùm ab Antigono & Aristobulo Hircani filiis, qui præerant obsidioni: deinde ab aliis Iudæis capta post annum & euersa est Samaria, nec prius quàm ab Herode restituta est, qui reparatam vocauit Sebasten *Ioseph. lib.* 13.	644	668 167 4
3896	28	Gry. 17 Cyz. 5	8	*Consules Seruius Sulpitius Galba, & M. Aurelius Scaurus.* scribunt *Velleius. Tacit. de Morib. Ger. & Quintil. Declam.* 3. Scaurum hunc missum in Cimbros, & tertiam tunc cladem à Cimbris accepisse Romanos, cæsumque consulem Scaurum.	645	669 168 1
3897	29	Gryp. 18 Cyz. 6	9	*Consules L. Cassius* Longinus, *&* C. *Marius.* Numidia obrigit Mario. Qui Iugurtham fugauit, & mox eum cũ Boccho Mauritaniæ rege vicit memorabili prælio. *Salust.* In hoc bello cum Mario militabat Sulla. Nunc putatur diem obiisse Parthorum rex Artabanus, Dynastiæ suæ septimus rex. Post quem regnarunt Pacorus huius nominis primus, & Phraates huius nominis secundus, qui cum Tigrane bellum gessit. Ita hos reges recensent. *Plutar. Dion.* Xiphil. *&* Florus. Dissentiente *Iustino. lib.* 42. Tigurini, Galli nuncupati, Heluetiorum (vbi hodiè est Tigurinus, *Zurich*) fines egressi, Allobroges socios populi Romani infestabant. In eos missus Cassius Longinus consul cæsus est, & exercitus Romanus sub iugum missus. *Cæsar lib.* 1. *& Orosius.*	646	670 168 2
3898	30	Gry. 19 Cyz. 7	10	*Consules Q. Seruilius Cæpio, & C. Atilius Serranus.* Bocchus timens sibi à Romanis, impetrata delicti gratia, Iugurtham ad se amicè vocatum tradit viuum Romanis. & Numidia venit in potestatem S. & populi Romani. De qua post annum triumphauit Marius Eò interim tempore inter Marium & Syllã exortæ inimicitiæ, ex quibus posteà bella ciuilia exarserũt grauissima. *Salusti. & Plutarch.* Mouerunt eodem tempore Tectosages & Tolosates arma in Romanos. in eos missus Cæpio consul hostem profligauit, capta vrbe Tolosa. Tunc è Tolosano templo ablatum à	647	671 168 3

Hic annus eſt, quo Cleopatra filium Antiochum Grypum Syriæ regem conſtituit, & nunc quidem nomine tantum, retenta ſibi adminiſtratione. florent Accius & Pacuuius poetæ Latini.

Orbis	Iudæorũ	Syriæ	Ægypt.	V. C.	Olympia.
3881	13	2 (Græ. 190.)	22	650	654 / 164 / 2

Conſules Q. Cæcilius Metellus, & T. Quinctius Flaminius. Balearicum bellum geſtum. Nam cùm ex Balearibus (Maiorica & Minorica) pauci cum prædonibus cõſpiraſſent, Metellus conſul (Macedonici filius) criminatus vniuerſos; Baleares domuit, conditque Colonias, dictus Balearicus, *Strab. lib.* 13. *Obſequens. Florus.* triumphaſſe iam dicitur Fuluius de Liguribus montanis & Vocontiis, qui poſt Salyas, *inquit Strabo*, tenent montana, (Mont cenis) *Faſti Capitol.* C. Gracchus (nunc primùm, ipſe Tribunus plebis) de forenſibus litibus iudicium, lege ſtatuit pertinere deinceps etiam ad equites. *Patercul. Plutar. in eius vita.* Carthago fit Colonia *ex Eutropio. & Plutarco in Graccho.* Iunonia inquit dicta inde eſt.

Orbis	Iudæorũ	Syriæ	Ægypt.	V. C.	Olympia.
3882	14	3 (Græ. 191.)	23	631	655 / 164 / 3

Conſules Cn. Domitius Ænobarbus, & C. Fannius Strabo. Prior conſul feliciter rem gerit cum Aruernis & Allobrogibus, qui Saluiorum cauſâ mouiſſe narrantur. *Sueton. in Nerone. & Eutrop. Epit.* 61. victi graui bello ad oppidum Vindalium, fuſo hoſtium equitatu ad nouam Elephantorum formam, *Oroſius.* Locum pugnæ dat *Strabo*, vbi commiſcentur Rodanus & Sulga (gallicè Sorgne) De orge fonte *Plin. lib.* 18. *c.* 22. *& Petrarcha in Epiſtolis.* Scribunt *Liuius & Flor. Epit.* 60. occiſum his Coſſ. in Syria Seleucum de quo ad an. v. c. 628. Tandem Ptolemęus Ægypti Rex infenſus Alexandro quem miſerat regem in Syriam, reconciliatur ſorori Cleopatræ, & victo cæſoque Alexandro Grypum nepotem toti iam regno præfecit regem. Hic poſt occiſam à ſe matrem Cleopatram, regnat inquit *Euſebius* annis 12. ſed poſt 8 annos ſi creditur *Iuſtino*, bellum illi eſſe cœpit cum fratre Cyziceno. Incerti ſunt horum anni. *Ioſephus* Grypo tum pacis tum belli annos dat 29. quorum 17 dat Cyziceno *Euſebius.* Hircanus renouat amicitiam cum Romanis, anno principatus ſui 14, & Græcorum anno 191. *Ex Ioſep. lib.* 13. *Antiq. c.* 16. hos etiam dat conſules (vbi pro Flaminio reſtitue Fannium) ex quo apparet eum anno integro errare in dando anno 4. Olymp. 164. Promulgatur Lex Cælia de ſuffragiis à populo, etiam in iudicio perduellionis ferendis, non voce ſed tabulis. meminit *Cic. de* LL. *lib.* 3.

Orbis	Iudæorũ	Syriæ	Ægypt.	V. C.	Olympia.
3883	15	4 (Græ. 192.)	24	632	656 / 164 / 4

Conſules L. Opimius, & Fabius maximus Æmilianus. His Coſſ. C. Sempro. Gracchus, Tiberii frater, dum armis ſeditioſas quas Tribunus plebis leges tulerat, tueri ne antiquarentur conatur, occiſus eſt à conſule Opimio, annis 12 a cæſo fratre. *Velleius & Plutar. in eius vita. Florus & Oroſius.* Cæſus in eadem ſeditione Fuluius Flaccus qui de Gallis triumphauit, & cum Graccho Auentinum obtinuerat. *Appianus.*

Fabius Conſul Pauli nepos, ducto contra Allobroges exercitu, bellum confecit Cæſa hoſtium 120 millia. Bituitus Aruernorum rex in cuſtodiam datus. *Florus Epit.* 61. addit *Cæſar lib.* 1. *de bello gallico*, Aruernos & Rutenos non fuiſſe à Fabio in prouinciam redactos; nec ſtipendium illis impoſitum. Hoc tamen bello Narbonenſis Gallia in prouinciam redacta eſt, & decretum vt quotãnis cõ

Orbis	Iudeorũ.	Syna.	Aegyp.		V. C.	Olymp.
				tannis eò mitterentur Prætores Romani. *Iul. Obsequens. Strabo lib. 4. Appian. Orosius. Plin. lib. 7. c. 50.* Fabius inde dictus Allobrogicus. *Velleius.*		
3884	16	5	25	*Consules* P. *Manilius Nepos, &* C. *Papirius Carbo.* Opimius & qui cum eò mortem Graccho intulerunt, accusantur, & impunè dimittuntur *Cic. lib. 2. de Orat. Flor. Epit. 61*, hic Carbo antea plebis partes sequutus, post ad optimates se contulit.	633	657 165 1
3885	17	6	26	*Consules L. Cæcilius Metellus, & L. Aurelius Cotta.* Circa hunc consulatum cœpisse videtur regnare in Ponto Mithridates dictus Euergetes. Filius illius qui dictus est Mithridates Eupator. regnauit ex *Appiano* annis 57. & plusquam 30 annis bellum gessit cum Romanis. vir adeò assuetus antidotis contra venenum, vt cùm volebat veneno perire non potuerit.	634	658 165 2
3886	18	7	27	*Consules* M. *Porcius Cato annorum vrbis collector, & Q. Marcius* Rex. Hic Cato, filius Censorii est, Africa hoc anno propter aliquot vt putatur motus, facta est consularis prouincia, & Catoni consuli decreta; quem in prouincia obiisse testatur *Gell. lib. 13.* alter vero consul Q. Marcius Sarnos gentem Alpinam expugnauit. *Flor. Epit. 62.* Moritur Micipsa rex Numidiæ, duo illi filii superstites mansere, Adherbal, & Hiempsal, & nothus Iugurtha *Salust.*	635	659 165 3
3887	19	8	28	*Consules L. Cæcilius* Metellus, *& Q. Mucius Scæuola dictus Augur.* qui *authore* Cicerone, Iurisconsultorum sui temporis nulli fuit secundus. Metellus Dalmatas subegit, & inde Dalmaticus nuncupatus. *Flor. Epit. 62.* Ptolemæus huius nominis à Lago octauus, mortuo fratre Euergete regnabit, idque annis 17 *ex Eusebio.* Hic Phiscō dictus est, à quibusdam Lathurus quasi reuersus ad regnum. Sed quia phiscon annos regni 29 cōpleuit; huic Lathuro sedes dabitur ad annum v. c. 638.	636	660 165 4
3888	20	9	29	*Consules* L. *Licinius Geta, & Q. Fabius maximus Eburnus.* Triumphat quidem hoc anno Metellus de Dalmatis, anno consulatus, vt scribunt victis. tamē *Appianus* ait nulla eorum culpa, sed triumphandi libidine bellum illis fuisse illatum. nascitur Varro collector annorum. v c.	637	661 166 1
3889	21	10	*Ptolemeus Lathurus.* 1	*Consules M. Aemilius Scaurus & Cæcilius Metellus.* Hic posterior est filius tertius Metelli Macedonici qui nunc diem clausit: de quo lege Paterculum. Scaurus missus contra Ligures victor triumphauit. *Fasti capit.* Hic Censor strauit viam Æmiliā. De eius singulari in exercitum imperio, & de arbore in pede castrorum intactis fructibus relicta, vide *Frontinum lib. 4.* Hic annus est noui regis in Ægypto, vt attigi ad annum vrbis 636. nempe quo post mortem fratris incipit regnare Ptolemæus Lathurus *λάθυρος.* Sic eum vocat *Clem. 1. Stromat.* Ab hoc rege vsque ad Dionysium, non conuenit omnino inter scriptores de singulorum regum annis. *Mercator* tantum 15 annos dat huic regi ex Epiphanio. Omnes tamen dāt Alexandro annos 10. & huic eidem Laturo fere 8. post regressum in regnum, nempè post pulsum regno	638	662 166 2

Orbis	Iudæorũ	Syriæ	Ægypti		V. C.	Olymp.
				cit Scordiscos & Dacos. *Flor. Eutrop.* Cimbri qui per Gallias perrumpere nitebantur in Hispanias, repulsi à Gallis diuertunt ad Italiam. *Cæsar. commen. lib. 7.*		
3895	27	Gryp. 16 Cyz. 4	7	*Consules Q. Cæcilius Metellus, & M. Iunius Sillanus.* Metello consuli obuenit Numidiæ bellum cum Iugurtha. hic duobus præliis grauibus vicit Iugurtham, & prorogato in alterum annum imperio, demum anno tertio, sub cõsulatu Marii Romam rediit, & triumphauit. *Salustius.* dictus inde Numidicus. *Velleius lib. 2.* Narrat *Eutropius*, Mariũ (qui claruit in hoc bello sub Metello, eiq; posteà successit) quoq; triũphasse de Iugurtha. Q. Seruilius Cæpio in vlteriore Hispania rebellãtes Lusitanos domat. *Appian.* Cimbri Hispania & Galliis exclusi, veniunt in Italiam. In hos missus Sillanus cõsul, qui primum Barbarorum impetum non potuit sustinere. *Florus & Padianus in Cornelianam.* Mithridates Ponti Rex, circa hoc tempus Scythas vincit, & Ponti regiones integras suo subdit imperio. *Vide Iustinum lib. 37.* Hircanus Samariam obsidet, prius recuperatis aliquot vrbibus, quæ olim Iudaicæ erant iurisdictionis. Cyzicenus vt obsessam liberaret ciuitatem, bis cum exercitu Iudæos inuasit, & bis fusus ac fugatus: primùm ab Antigono & Aristobulo Hircani filiis, qui præerant obsidioni: deinde ab aliis Iudæis capta post annum & euersa est Samaria, nec prius quàm ab Herode restituta est, qui reparatam vocauit Sebasten *Ioseph. lib. 13.*	644	668 167 4
3896	28	Gry. 17 Cyz. 5	8	*Consules Seruius Sulpitius Galba, & M. Aurelius Scaurus.* scribunt *Velleius. Tacit. de Morib. Ger. & Quintil. Declam. 3.* Scaurum hunc missum in Cimbros, & tertiam tunc cladem à Cimbris accepisse Romanos, cæsumque consulem Scaurum.	645	669 168 1
3897	29	Gryp. 18 Cyz. 6	9	*Consules L. Cassius* Longinus, *& C. Marius.* Numidia obrigit Mario. Qui Iugurtham fugauit, & mox eum cũ Boccho Mauritaniæ rege vicit memorabili prælio. *Salust.* In hoc bello cum Mario militabat Sulla. Nunc putatur diem obiisse Parthorum rex Artabanus, Dynastiæ suæ septimus rex. Post quem regnarunt Pacorus huius nominis primus, & Phraates huius nominis secundus, qui cum Tigrane bellum gessit. Ita hos reges recensent. *Plutar. Dion.* Xiphil. *& Florus.* Dissentiente *Iustino lib. 42.* Tigurini, Galli nuncupati, Heluetiorum (vbi hodiè est Tigurinus, *Zurich*) fines egressi, Allobroges socios populi Romani infestabant. In eos missus Cassius Longinus consul cæsus est, & exercitus Romanus sub iugum missus. *Cæsar. lib. 1. & Orosius.*	646	670 168 2
3898	30	Gry. 19 Cyz. 7	10	*Consules Q. Seruilius Cæpio, & C. Attilius Serranus.* Bocchus timens sibi à Romanis, impetrata delicti gratia, Iugurtham ad se amicè vocatum tradit viuum Romanis. & Numidia venit in potestatem S. & populi Romani. De qua post annum triumphauit Marius. Eo interim tempore inter Marium & Syllã exortæ inimicitiæ, ex quibus posteà bella ciuilia exarserũt grauissima. *Salusti. & Plutarch.* Mouerunt eodem tempore Tectosages & Tolosates arma in Romanos. in eos missus Cæpio consul hostem profligauit, capta vrbe Tolosa. Tunc è Tolosano templo ablatum à	647	671 168 3

Romanis aurum. Sed quisquis ex ea direptione aurum attigit, miserè periisse narratur. *Osor. Eutro. Strabo lib.* 4. *Gell. lib.* 3. *& Iustin.*

Cicero nascitur his consulibus mense Ianuario, exeūte anno vrbis 646. *Gellius lib.* 15 *& Plutar. in eius vita.* Nascitur iisdem Coss. Pompeius magnus ex *Paterc.* Idq; vltimo Septēb. *ex Plin. lib.* 37. ac proinde an. V.C 647. post quadriēniū Archias poeta venit Romā.

3899 | Aristobulus 1 | Gry. 20 Cyz. 8 | 11 — *Consules P. Rutillius Ruffus, & Cn. Manlius.* Si quod scribit *Appianus* durauit bellum Mithridaticum annis 42. (confectum tandem à Pompeio) debet nūc cœpisse, fere nascente eodem Pompeio. nunc enim iacta saltē sunt semina, dataque causa illius belli, quando oppressa à Mithridate Cappadocia, Ariobarzanes electus à Cappadocibus rex contra Mithridatem Romā venit, suppetias impetraturus. *Iustin. lib.* 37. *&* 38 — 648 | 672, 168, 4

Cimbri & Tigurini arma mouent confœderati in Romanum imperiū. In hos ire iubetur Manlius cōsul & Cæpio Proconsul, prorogato illi imperio. Sed dū Romani duces inuidia & contentione disceptant, victi à barbaris sunt. ingens clades accepta, & quā Aliensi ferè parē facit *Iustinus.* eandem latius describit *Orosius.* vide *Florū & Eutropiū.* Cæpio Romā vocat⁹, morti addicitur.

Hircanus Princeps Iudæorū moritur, idēque summus Pontifex, exactis principatus annis 30. succedit filius Aristobulus, princeps & primus rex post captiuitatem. regnat anno vno. *Iosep. lib* 13. *Antiq. c.* 18. Sed ineptè numerat *Iosephus* huc vsq; à soluta captiuitate annos 481.

3900 | Ianeus 1 | Gry. 21 Cyz. 9 | 12 — *Consules C. Marius secundùm, & C. Flauius Fimbria.* Ab Aristobulo primo post captiuitatem Iudæorum rege, narrat *Iosephus*, occisos Antigonum fratrem, & matrem. Exacto regni anno moritur. Succedit frater Iamneus, dictus etiam Alexander. qui regnat ex *Iosepho.* an. 27 completis. Cimbri hoc anno impetum fecere in Hispaniam citeriorem, sed repressi sunt à Celtiberis. *Florus, & Plutar. in Mario.* Cimbri in regressu per Gallias coniunxerunt se Teutoniis. Aliqui hunc consulatum referunt ad annum qui proximè præcessit ex eclipsi solis quam dat *Obsequens.* Sed annorum inæqualis ratio, variaque ante & post cęsarem, aliaque suis locis disputata, faciūt vt de hac eclipsi dissrepent authores non parum. — 649 | 673, 169, 1

3901 | 2 | Gry. 22 Cyz. 10 | 13 — *Consules C. Marius tertiùm, & L. Aurelius Orestes.* Quia expectabantur etiam hoc anno Cimbri in Italia, & finibus Romani imperii, tertiùm consul creatur Marius, metu inquam Cimbrici belli. Verum cum nec hoc anno mouerent Cimbri, Marius tempus totum posuit in apparatu bellico. *Plutar. Paterculus.* Circa hunc annum latæ Romæ leges maiestatis & de Coloniis. Et post biennium lex Cæcilia Didia, ne de multis rebus coniunctim vna rogatione ad populum referretur. Meminit. *Cic. Philip.* 5. *& pro domo sua.* — 650 | 674, 169, 2

3902 | 3 | Gry. 23 Cyz. 11 | 14 — *Consules C. Marius quartùm, & Q. Lutatius Catulus.* Cimbri adiunctis Teutonibus, Ambronibus, & Tigurinis per Gallias & per Noricum in Italiam mouent. Lutatius Cimbris in Noricis se opponit: Marius reliquis in Gallia. Vbi ad aquas Sextias Ambrones & Teutones gemino prælio cecidit. *Plutar. in Mario.* — 651 | 675, 169, 3

Orbis	Iude.	Syria.	Aegypt		V.C.	Olympia
				scribit *Osorius* cæsa hostium 200 millia, & 80 millia capta. *Vellei.* *Florus.* Deinde Marius aduersus Cimbros, à quibus premebatur Catulus, exiuit. Oblatũ triũphũ distulit, donec Cimbros vinceret. *Citati authores.*		
3903	4	Gry. 24 Cyz. 12	15	*Consules* C. *Marius quintùm, &* M. *Aquilius.* Cùm Catulus proconsul à Cimbris premeretur, Marius posthabito de Gallis triumpho accurrit, aduocatis è Gallia copiis. Signa cum hoste collata in Agro Vercellensi. & Cimbris funditus deletis feliciter pugnatum est, inquit *Valer. lib.* 5. plura *Plutar. Florus.* Pugna in Iulium incidit. Cæsa hostium 140000 millia. capta 60000. *Florus* tamen in Venetia ad Athesium Veronæ fluuium (quem sequitur *Sigonius*) pugnatum scribit. *Plutarchus* agrum dat Vercellensem. Marius vno contentus triumpho est, cùm offerrentur duo. & qui anteà vt nouo homini inuidebant ob tantos honores Mario, nunc fatebãtur conseruatam ab eo rempub. *Flor. Epito.* 68. *scribit Obsequens* his etiam consulibus deuictos Lusitanos.	652	676 169 4
3904	5	Gry. 25 Cyz. 13	16	*Consules C. Marius sextùm, & L. Valerius Flaccus* Artibus Saturnini Tribuni plebis, Marius sextùm consul creatur. Saturninus seditionem concitat, lege ab eo lata ex sententia Marii consulis, vt quem agrũ Marius pulsis Cimbris in Gallia armis peperisset, is populo Romano diuideretur. Et Metello Numidico in legem hanc popularem non iuranti diem dixit. Metellus, ne cædes fieret exilium voluntarium elegit. Marius abeunti interdixit aqua & igni. Sed cùm Saturninus etiam C. Memmium interfecisset; mandat Mario Senatus ne quid respub. detrimenti capiat. Marius Saturninum qui in Capitolium confugit captum occidit. eiusque ædes diruit à fundamentis. *Appian.* *Plutar* *Flor.* *Valeri.* M. Aquilius Proconsul in Sicilia bellum seruile secundum ab Athenione pastore excitatum nunc confecit. *Flor. Epit.* 69. *Cicero & alii.* Scribit *Athenæus lib.* 5, triumphasse proconsulem. Nascitur his consulibus C. Iulius Cæsar 12 *Iul.* *Dion & Macrob.* 1. *Saturnal.*	653.	677 170 1
3905	6	Gry. 26 Cyz. 14	17 Alexãder 1	*Consules M. Antonius, & A. Posthumius Albinus.* Reuocatus est ab exilio his Coss. Q. Metellus Numidicus, ingenti ciuium fauore. *Fenestella* tradit nunc primùm Romæ, in Circo pugnasse elephantos. *& Plin. lib.* 8 *c.* 7. qui notant annum vrbis 655. Lusitani rebellantes victi à L. Cornelio Dolobella Prætore, vt obseruat *Sigonius.* Laturus hoc anno regni sui 16, displicuit matri suæ Cleopatræ; quem illa proinde in Cyprũ abegit, reuocato inde fratre ipsius Alexãdro; qui deinceps regnabit cum matre annis 10. *ex Eusebio* & Ptolemæus Alexander solet vocari. *Iustin. Pausan.*	654	678 170 2
3906	7	Gry 27 Cyz. 15	2	*Consules Q. Cæcilius Metellus Nepos, & T. Didius.* Posterior hic in citeriorem Hispaniam missus, 20 millia Areuaccũ occidit, vrbibus aliquot receptis. *Appianus. & Frontin. lib.* 2, Termestinorum vrbem mœnibus nudauit. Addit *Plutarchus* Q. Sertorium Didio fuisse Tribunum militum. Narrat *Iosephus* rebellantem Ptolemaidem obsessam ab Alexandro Iudæorum rege. Euocatum tamen è Cypro Laturum ab obsessis, effecisse vt solueretur obsidio.	655	679 170 3

Orbis	In iaorū	Syria.	Aegyp.		V. C.	Olymp.
3907	8	Grypus. 28 Cyz. 16	3	*Consules* Cn. *Cornelius Lentulus* & *P.* Licinius *Crassus* qui pater est M. Crassi, æqualis Pompeii magni, & qui iam consul sortitur Lusitaniam, successor vt putatur Dolabellæ. *Strabo lib.* 3. Flor. *Appian.* Senatusconsultum de non immolandis hominibus viuis. *Plin. lib.* 30. *c.* 1.	656	680 170 4
3908	9	Gry. 29 Cyz. 17	4	*Consules* Cn. *Domitius Ahenobarbus*, & *C. Cossius Longinus.* Ptolemæus in Lybia Cyrenarum rex, dictus Apion, moriens populum Romanum hæredem reliquit. Senatus ciuitates eas iussit esse liberas vt scribit *obsequens.* Tamen *Iustinus lib.* 40, regnum illud prouinciam factam scribit. De anno non conuenit inter authores. Laturus iratus Iudæis ob fœdus inter Alexandrum Iudæorum regem & Cleopatram, bellum infert Iudæis, idque vario marte protrahitur, adiuuante Iudæos Cleopatra. *Iosep.*	657	681 171 1
3909	10	Seleucus Gryp. F. 1	5	*Consules L. Licinius Crassus*, & *Q. Mucius Scæuola.* Cum Italici populi tenerentur magna cupiditate ciuitatis Romanæ, & ob id iam magna pars pro ciuibus Ro. se gereret, lata est lex Mucia Licinia; vt quisque in suæ ciuitatis ius redigeretur. quæ res præcipua causa fuit belli Italici post triennium exorti. *Appian.* Q. Mucius consul Asiam rexit, idque sanctè & fortiter, vt scribit *Valer. lib.* 8 *Flor. Epit.* 70. hunc Cicero inter claros oratores recenset, qui etiam inter primos iurisconsultos habitus est. Florere incipit Hortensius orator. Pacorus, primus huius nominis apud Parthos rex, contrahit cum Romanis amicitiam. *Plutar. in Sylla.* Tigranes sub idem tempus vtramque Armeniam possidere incipit integram. Antiochus Gripus exactis 29 annis in Syria occiditur à quodam Heracleone. Successorem regni reliquit Seleucum filium à quo victus Cyzicenus periit paulò post fugam incendio. *Ioseph. lib.* 13 *c.* 19. & quamuis non habeatur quandiu regnauerit hic Seleucus, damus illi annos 5. ex coniectura historiæ.	658	682 171 2
3910	11	2	6	*Consules* C. *Celius* Caldus, & *L. Domitius Ahenobarbus.* Rebellãtes Celtiberos repressit Fuluius Flaccus Prætor, effecitque pacatam Hispaniam vsque ad Sertorii aduentum. *Appianus*, qui narrat cæsa 20 millia. Scribit *Plutarchus* Sullam post Præturam, missum in Cappadociam aduersus Mithridatem, & aduocatis sociorum auxiliis reduxisse Ariobarzanem in regnum, pulso Gordio. tunc cœptum est bellum Mithridaticum, quod post 30 annos à Pompeio terminatum est, circa annum V.C. 689. & cùm principium huius belli sumi possit vel ab hoc consulatu quo missus est Sylla, vel anteà quando Mithridates cœpit Cappadociam occupare; non erit mirum si huic bello *Appianus* det 42 annos. *Plinius* vero lib. 7, tantum annos 30, aut 32. Q. Mutius Scæuola totum ius Ciuile peculiari methodo redigit in 18 libros.	659	683 171 3
3911	12	3	7	*Consules* C. *Valerius Flaccus*, & *M. Herennius.* Arabes incursiones faciunt in Syriam, duce eorum rege Herotino, qui narratur 600 genuisse filios, *Iusti. lib.* 39. Hic Herennius consul est, quem Cicero in Bruto scribit summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia.	660	684 171 4

Orbis	Iudæor.	Syria.	Aegypti.		V. C.	Olymp.
3912	13	4	8	*Consules C. Claudius Pulcher. & M. Perpenna.* Thraces Macedoniám infestant, & vastant, cum quibus etiam infeliciter pugnat Geminius Prætor. *Iul. Obseq. & Epitom.* 70.	661	685 172 1
3913	14	5	9	*Consules L. Marcius Philippus, & Sex. Iulius Cæsar. Solinus cap.* 2. *& Appianus*, notant hoc anno exarsisse bellum Italicum, dictum etiam sociale & Marsicum tamen *Velleius & Ascon. Pædianus*, referunt eius initium ad sequentes Consules. Marsicum dictum, quod à Marsis primùm commotum sit. sequuti hos sunt in Italia socii. belli causam habes ad au. V C. 658.	662	686 172 2
3914	15	*Antiochus Eusebius* 1	10	*Consules L. Iulius Cæsar, & P. Rutilius Lupus.* In bello Marsico vterque Consul hoc anno fusus est. Rutilius etiam occisus. Sed variis in locis pugnatum est, & feliciter à Mario, Sulla, aliisque Romanis Prætoribus, qui dati erant singulis consulibus. Marius Marsorum sex millia occidit. *Florus. Eutrop. Oros. Plutarch. & Appian.* Tigranes Armeniæ rex à Mithridate rege inductus, Nicomedē & Ariobarzanem reges expellit regnis. Sed Romani dato initio belli Mithridatici aperto, vtrumq; restituunt, Nicomedem Bithyniæ, & Ariobarzanem Cappadociæ *Appian. & Flor. Epit.* 74. *Iustin. lib.* 37. *&* 38. In Syria Seleucus Gripi filius occiditur à Patruele, qui est Antiochus Eusebius, Cyziceni filius, & qui iam incipit regnare. *Iosephus lib.* 13 *cap.* 19. nec huius regni habentur anni. quatuor illi damus ex coniectura historiæ, collectos. insequenti anno lata est lex Plautia Papyria à Plautio Syllano & Papyrio Carbone Trib. pleb. tres Plautiæ seu Plotiæ leges latæ, vna agraria, de qua *Cicer. lib. primo Epist. ad Atticum.* Altera de vi. cuius meminit pro Milone. Tertia iudiciaria, qua præter alia factum est, vt Senatores etiam iudicarent, cùm antea lege Sempronia ad solos equites iudicia fuissent translata.	663	687 172 3
3915	16	2	*Ptolem. Laturus* 1 ... *iterum*	*Consules Cn. Pompeius Strabo, & L. Porcius Cato.* Cæsus quidem est Cato Consul in bello Marsico. tamen cætera pene omnia feliciter euenere Romanis. hostium duces præcipui cæsi, profligati exercitus, coactique tādem sunt Itali sub Romanis legibus pristino more viuere. enituit in hoc bello Sullæ virtus & industria. Tyrrhenis & Vmbris qui ad sociale bellum à Romanis non defecerant datum est ius ciuitatis. *Orosius App.* Postumius Albinus, legatus, consularis, cum castris præesset, infamis crimine proditionis ab exercitu trucidatus est. Solus Cn. Pompeius triumphauit ex *Orosio.* Ptolemæus Laturus de quo ad annū vrbis 638 eiectus à matre, nunc reuocatur, pulso ob cædem matris Alexandro, & regnat annis saltē 7. vide *Eusebiū ad Olym.* 133	664	688 172 4
3916	17	3	2	*Consules L. Cornelius Sulla, & Q. Pompeius Rufus.* Geruntur hoc anno bella duo, foris Mithridaticum, domi ciuile Marianum. Sullæ quidem Consuli mandatur Mithridaticum. sed Marius fortis huius cupidissimus omnia turbauit Romæ; efficitque vt P. Sulpitius Trib. plebis lege lata abrogaret Sullæ imperium, qua in Marium bellum hoc transtulit. Sulla cum exercitu Romā è Campania properat, & occupato Capitolio cœtus ille Legislator est, pulsi inimici vrbe, Marius in Africam defertur. Q. Pompeius Consul à militibus consilio Sullæ occisus est. Sulla rempub. ordinat. *Vellei. Appianus, plut.*	665	689 173 1

Interim Mithridates hoc benè vsus tempore, Phrygiam populi Romani prouinciam cum exercitu intrat, & Asia in potestatem redacta, vno die, vnoque nuntio 60 millia ciuium Romanorum occidi curauit. Rhodum oppugnat. Piræum Athenarum portum occupat. *authores iam citati*: *Plutrchus* hunc consulatum notat.

Alexander Iudæorum rex, primùm quidem prosperè cum Arabibus pugnat, sed postea ab iisdem fuso exercitu circumuentus, ansam dedit rebellandi suis. *Ioseph.* Floret Lucretius poeta.

3917 18 4 3. *Consules Cn. Octauius, & L. Cornelius Cinna.* Excreuit iam Mithridatis ditio non tantum per Asiam, sed 666 690
etiam in Græcia. quando Sylla in Græciam traiecit, & 173 2
in Atticam aduersus Archelaum mari à Mithridate præfectum, Piræum oppugnat. *Appian. Plutarch.* sic transacta est æstas.

In Italia inter duos Consules bellum geritur. Nam Cinna qui varia arte studebat reuocare ab exilio pulsos à Sulla, armatur in socium. sed ipse inito in vrbe conflictu, victus & pulsus est. sufficitur Cinnæ Consul Cornelius Merula. Marius reuersus ex Africa in Italiam Cinnæ se adiungit. qui vrbem ingressi, ciuium stragem edidere ingentem. inter hos cæsi duo Consules Octauius & Merula, cum oratoribus Antonio, Crasso, & Catulo. *Appian. Plutarchus. Vellei. Florus.* prioribus annis ciuitas aliquot Italicis populis data. hi in octo tantum tribus redacti erant, ne in suffragiis æquarent veteres tribus numero 35. Cinna vt Italos ad se alliceret spem dederat, vt nouis etiam ciuibus, 35 tribus darentur. atque hac arte, se quod volebat effecturum sperabat.

3918 19 *Ailij filij Gryp.* I 4 *Consules L. Cornelius Cinna secundùm, & C. Marius* 667 691
septimùm. Sulla Captis Athenis Kal. Martiis, Aristionē 173 3
tyrannum captum occidit. inde regressus ad Piræum, omnia expugnauit. pugnatum mox ad Chæroneam oppidum, vicit Sulla. ex hostibus vix decem millia effugerunt. numerabant hostes in exercitu peditum centum millia, equitum decem; ducibus Taxila & Archelao. Sullani decem tantum desiderati. Altero prælio in Bœotia ad Orchomenum oppidum, eoque repetito, Sulla omnes hostium copias deleuit. sic Græcia, Macedonia & Thessalia ad iura Romanorum rediere. *Plutar. & Appian.* In Asia, Magnesia quæ sola in fide Romanorum mansit, probè aduersus Mithridatem defensa est. hæc è Thracia transitum habet in Asiam. *Florus & alij.*

Romæ Marius & Cinna nullis habitis comitiis se Consules renunciarunt. quo die Marius Sex. Liciniū Senatorem de saxo iussit deiici. sed Mario Idib. Ianuariis mortuo, suffectus est L. Valerius Flaccus.

Syriæ regnum discordiis vacillat. continuato bello inter Grypi & Cyziceni filios. Antiochus vnus ex Grypi filiis & Seleuci frater, cœperat iam partem Syriæ occupare, sed breui ille occisus est ab Eusebio Cyziceni filio. nunc vero videtur accidisse mors Antiochi huius Eusebii in bello Parthico. Post cuius excessum, mansit regnum Demetrio & Philippo, reliquis Grypi filiis.

Orbis	Indict.	Syria.	Aegypt.	PERIODVS 8.	V.C.	Olymp.
				*Euseb.Antiq.lib.*13.*cap.*21. Nascitur Veronæ Catullus poeta anno V.C. 666. & Salustius in Sabinis anno 667. *Euseb.* Florebat etiam Possidonius Philosophus & historicus.		
39	20	2	5	*Consules* L. *Cornelius Cinna tertiùm*, *&* Cn. *Papirius* C*arbo.* Hi se Consules per biennium crearunt. his vrbẽ tyrannide prementibus, maior pars nobilitatis vt ait *Plutarchus*, Roma in castra Sullæ, velut in portum cõfugit. Interea Sulla variis prælis Thracas excidit & Dardanos fregit, dum de pace sed frustra agit Mithridates. *Appian. Plutar.* Missus anno vrbis 667 L. Valerius Flaccus qui in Asia Sullæ succederet, occiditur ab exercitu: imperium ad C. Fimbriam legatum translatũ est. hic penè cepit Mithridatem, & Ilium vrbem quæ se potestati Sullæ reseruabat, expugnauit, ac deleuit. *Florus. Appian. & Strabo lib*, 13. Addit *Appianus* hoc secundum Troiæ excidium incidisse in annum 4 Olymp. 173. Iudæi ciuili bello sese conficiunt. *Iosephus* notat cæsa 50 hominum millia.	668	692 173 4
3920	21	3	6	*Consules L. Cornelius* C*inna quartùm*, *&* Cn. P*apirius* C*arbo secundùm.* Dum Cinna parat traiicere in Asiam contra Sullam, ab vno è suis interemptus est. Carbo solus reliquo anno consulatum gessit. Fimbria in Asia desertus ab exercitu qui ad Sullam transierat, ipse se interemit. Pacem cum Mithridate Sulla constituit, vt Mithridates excederet prouinciis Asia, Bithynia & Cappadocia. Sulla legatis Roma missis respondit se in Senatus potestate futurum, si ciues qui ad se confugerant restituerentur. id ne fieret impedit Carbo. *Eutrop. Velles. Appian.* P*lutar.* Sulla compositis rebus Asiaticis cum Mithridate, redit in Græciam sub annum V.C. *669.* Athenis reperta opera Aristotelis & Theophrasti, quæ Sulla curauit Romam asportari cũ reliquis illius Athheniensis Bibliothecæ libris. *vide* P*lutar. in Sulla.*	669	693 174 1
3921	22	4	7	*Consules L.Cornelius Scipio Asiaticus*, *&* C. *Norbanus Flaccus.* Sulla reuersus in Italiam 30 armatorum millia, aduersus hostium 200 millia Brundusii exponit. Norbanus Sullæ legatos de pace acturos violat. Q. Metellus Pius, & Cn. Pompeius Strabonis filius cum parte exercitus ad Sullam se contulerunt. Sulla Norbanum ad Canusium acie vincit. ac demum Scipionis alterius Consulis totus exercitus, signa ad Sullam transfert. Scipio cum interimi posset dimissus. Sertorius cui antea assignata erat Hispania diffidens Italis, eò se confert, iam deploratis rebus Marianis. Conflagrauit Capitolium exustis libris Sybillinis. *Velleius. Flor. Appia.* P*lutar.* à fundato Capitolio, seu ab octauo anno Tarquinii prisci huc vsque, sunt anni 526.	670	694 174 2
		Philipp solus.		Tandem Philippus solus in Syria regnat, annis 2. toto regno potitus. *Iosep. antiq. lib.* 13. *cap* 22. & huc vsque Seleucidæ. Nascitur Brutus, cui Cicero varios libros inscripsit.		
3922	23	5	*Ptolem. Auletes* 1	C*onsules* Cn. P*apirius* C*arbo tertiùm. &* Cn. *Marius iunior.* C. *F.* Consules cùm supra modum omnem crudeles intra vrbem se exhibuissent in Sullæ amicos, inde cum exercitu digressi infeliciter pugnarunt: & victi in diuersis locis ambo occisi sunt. Victor Sulla in hostes non minus crudelis fuit. edita proscriptionis tabula,	671	695 174 3

claram victoriam, fœdâ in vrbe & per Italiam cæde inquinauit. ipse Dictator in annum insequentem renunciatur. *Vellei. Paterc. Plutarc. & Appianus.* qui hanc dictaturam notat incidisse in annum 4. Olymp. 174. Sertorius Hispaniam sortitus, vix eò pedem intulerat, cum ab Annio quem eo miserat Sulla, pulsus, cogitur se recipere in Africam. *Plutar.* redintegratur bellum Mithridaticum à Murena, quem Sulla cum duabus legionibus Asiæ custodem reliquerat, hic spe triumphi concepta pacem violat. *Appianus.*

In Ægypto moritur Ptolemæus Latturus, iam rex secundùm Ægypti. succedit filius Ptolemæus huius nominis decimus, dictus Auletes αὐλητής, fistulator; pater Cleopatræ, quem Epiphanius vocat Dionysium. regnat in Aegypto annis ferè 30. Eusebius dat annos 29 integros. Florentinæ ciuitatis iacta sunt fundamenta (initio dicta est Fluentia à flumine) à veteranis partium Sullanarum, quibus ille agrum illum concessit. *Blondus: Aretinus. & alij.* accidit circa ineuntem annum vrbis 672.

3923 | 24 | | 2 | *Consules Cn. Cornelius Dolobella, & M. Tullius Decula.* | 672 | 696 174 4

Redintegrata pax est cum Mithridate, reuocato Romam Murena. Sulla nunc dictator, & quoad cōstitueretur respub. nec tamen prohibuit esse Consules. hic 24 prælatis fascibus ac custodibus corporis, primus in hac parte dictatoria potestate abusus est. *Appian. Cicero orat pro Quintio anno ætatis 26.*

Lusitani qui Romanum iugum excutere volebant, Sertorium ex Africa reuocant, hic non modo Lusitaniam Romanis eripuit, sed eorum etiam Prætores terra marique vicit sæpe, & magnum sibi apud Hispanos nomen comparauit. *Plutar. in eius vita.*

Cn. Pompeius Missus hoc anno in Siciliam, Carbonem de quo supra, victum occidit. inde transuectus in Africam, Domitii exercitum profligauit duce occiso, pacatis spatio 40 dierū rebus redit Romam, Magnus tunc vocatus à Sulla; triumphatque annum ætatis agens 24. cùm nec Consul, nec Prætor fuisset, aut Senator. *Plutar. in Pomp.*

3924 | 25 | | 3 | *Consules L. Cornelius Sulla secundùm, dictus Felix, & Q. Cæcilius Metellus Pius.* | 673 | 697 175 1

Nec tamen Sulla se dictatura abdicat. Metellus Consul sortitur in Hispania bellum Sertorianum. *Florus. Appian. Plutar.* quod narratur apud Appianum de rege Alexandrinis dato à Sulla, dubiæ fidei est.

Cicero nunc agens annum 27 orat pro Roscio Amerino, in qua oratione Sullam offenderat, & coactus est Roma abesse, quo tempore hæsit Athenis, Asiam etiam peragrauit, & Rhodum, vbi habitus est in admiratione ab Apollonio: à quo rogatus Græcè declamabat. *Plutarc. in Cicer.*

Tigranes rex Armeniæ, subiugatis vicinis populis, nunc etiam Syriam occupat, superiorem saltem totam, & Ciliciam exacto biennio Philippi. cessatque sic regnum & Dynastia Seleucidarum. *Appian.* regnat annis 18. ex *Iustin. lib.* 40. Hic inferiorem breui Syriam subiugabit, post mortem Alexandri regis Iudeorum, inquit *Iosephus.*

Orbis	Iud	Aegypt.	PERIODVS 8.	V.C.	Olymp.
3925	26	4	*Consules Appius Claudius Pulcher, & P. Seruilius Vatia.* Qui postea Isauricus est appellatus. Sulla consulatum recusat. Idem sponte se abdicat dictatura, dimisso à se publico præsidio, professus in foro, se paratum esse reddere rationem rerũ omnium à se gestarum. *Appian. & Plutar.* Non tam feliciter Cæsar, qui Sullam nescisse literas dixit quòd dictaturam deposuisset. *ex Sueton.*	674	698 175 2
			Alexander in Iudæa rex, partis aliquot in Syria inferiori victoriis, triumphat in Iudæa, annis 4 ante obitum, *Iosephus.*	675	699 175 3
3926	27	5	*Consules M. Aemilius Lepidus, & Q. Lutatius Catulus.* Moritur Sulla sexagenarius. Magnus ei honos à Senatu habitus. corpus in campo Martio sepultum ex eius testamento. de Sullæ Epitaphio vide *Plutarchum.* Lepidus Sullæ actare (scindi curabat renitente collega. & ad seditionem res pertinuisset, nisi impediuisset Senatus. Lepidus in Galliam quam sortitus est mittitur. Catulo obtigit Italia. *Appian. & Florus.* Bellum in Hispania vario euentu producebatur cum Sertorio, duce Metello. Mithridates bello occupat Bosphori regnum. *Appian.*		
3927	28 Alexãdra 1	6	*Consules M. Aemilius Mamercus & D. Brutus.* Hoc anno. Lepidus comparato in Gallia exercitu, infesta signa patriæ infert. Missi in eum Pompeius & Catulus, à quibus bis victus pellitur in Sardiniam, vbi morbo oppressus interiit. Perpenna vnus ex Lepidi ducibus, collectis reliquiis exercitus se Sertorio adiungit in Hispania. qua ex causa Roma mittitur in Hispaniã Pompeius, vt Metello adesset Proconsul aduersus Sertorium. qui Metello magno & laudato duci facessebat negotium. *Appian. & Plutar.* Incipit regnare Alexandra in Iudæa, de qua anno insequenti. Appio Claudio decretum bellum cũ Thracibus qui Rhodopæam prouinciam incolebant, & Macedoniam infestabant. Barbaros sæpe victos perdomuisset, nisi victorem mors præoccupasset. *Osorius.* Cicero post peragratam Græciam & Asiam nunc redit Romam mortuo Sulla.	676	700 175 4
3928	Alexãdra 1	7	*Consules Cn. Octauius, & C. Scribonius Curio.* Pugnatur in Hispania sępe, varioque marte, hinc Sertorio & Perpenna, illinc Pompeio & Metello fortissimis ducibus strenuè dimicãtibus. *Appian.* Nicomedes Bithyniæ rex moriens populum Romanum testamento hæredem relinquit *Appian.* Alexander in Iudęa rex, dum bellum gerit fato concessit in Gerasenorum finibus, obsidens Ragaba castellum, quod vltra Iordanem situm est. moriens Alexandræ vxori administrationem regni reliquit, donec adolescerent filii Hircanus & Aristobulus. regnat sic Alexandra annis 9. Hircano filio seniore creato põtifice, quòd minus aptus regno regendo videretur. ipsa interim ex consilio Mariti nonnihil licentiæ permisit Pharisæis, qui multum poterant apud populum, vt securius regnaret. *Ioseph. lib. 13. cap. 23.*	677	701 176 1
3929	2	8	*Consules L. Octauius, & C. Aurelius Cotta.* Mithridates missis ad Sertorium nuntiis, coit cum eo societatem, & Bithyniæ ac Cappadociæ regna cum occupasset, fretus suis opibus tertium cum Romanis bellũ orditur, nec defuit ei Sertorius. *Appian. Plutar.* protrahitur etiam hoc anno à magnis ducibus Sertorianum bellum. è quibus Sertorius est, de cuius laudibus vix est qui taceat historicus. lege *Plutar. in eius vita.* Spartacus gladiatorum factus princeps è Thracia oriundus, contracta non cõtemnẽda perditorum hominum manu, Romanos in se missos vincit. nec modicum vrbi iniecit timorem. *Appian.* Cicero	678	702 706 2

Orbis	Iudaeor.	Aegypt.		V. C.	Olymp.
			anno superiore Quæstor, nunc Præturam init in Sicilia exactis iam annis 136 à captis Syracusis: de qua re dixi ad annum V.C.541.		
3930	3	9	*Consules L. Licinius Lucullus, & M. Aurelius Cotta.* Lucullo obuenit bellum Mithridaticum. Cotta mari præficitur. qui temerè ante Luculli aduentum congressus cum Mithridate vincitur, & classe exuitur. Chalcedonem Cotta refugit, obsessus ibi à rege est. sed Lucullus suo aduentu obsidionem soluit. *Appian. Plutarch. Flor. Epit.* 94. Seruilius missus in Piratas qui maria obsidebant. Cilices præsertim, maria iam inuaserant, fugacibus leuibusque freti myoparonibus, si quando grauior classis instaret. hic superatis non sine cruore Piratis, eos mari submouit. vrbes eorum, & Isauron arcem Ciliciæ euertit. vnde Isaurici nomen habere voluit. *Osorius. Eutrop. Flor.* Isauros domuit, & primus Romanorum inquit Osorius per Taurum duxit exercitum. de Cilicibus & Isauris triumphauit. In Hispania feliciter omnia Sertorio eueniebant. iam Romanos Imperatores, Metellum in Galliam, Pompeium in Vaccæos distractis copiis hibernãdi causa fugauerat. & Pompeius de reducendo in Italiã exercitu scripsit ad Senatum, nisi maturè subsidium mitteretur; quando proditione Perpennæ à coniuratis occisus est in conuiuio Sertorius. scribit *Eutropius* octauo ducatus sui anno cæsum Sertorium, & *Osorius* decimo bellum esse confectum. quod insequentium annorum est. *vide Plutarchum* qui indicat occisum Sertorium aut hoc aut insequente consulatu.	679	703 176 3
3931	4	10	*Consules M. Terentius Varro Lucullus, & C Cassius Varus.* Prosperè Lucullus Mithridatem pressit. nam *vt ait Eutropius*, dum in obsidione Cizyci moratur Mithridates, cum à tergo Lucullus obsedit, & fame consumptum penè exercitum, multis vicit prælus. Nauali prælio duces regis oppressit. centum fere millia hominum ex parte regis desiderata, rex coactus in Pontum profugere, & piratico myoparone Sinopen, & inde Amisum, ad Tigranis regis generi opem implorandã. *Appian. Plutarch* qui narrant etiam Deiotarum apud Galatas Tetrarcham, fudisse in Galatia copias Eumachi ducis regii. In Hispania Perpenna, protrahit insuper toto hoc anno bellum cũ Romanis. *Appian.*	680	704 176 4
3932	5	11	*Consules* L. *Gellius Poplicola & Cn. Cornel.* Lentulus Clodianus. In Hispania Perpenna nunc victus à Pompeio est, & occisus. ac hunc finem habuit bellum Hispanicum. datumque est Põpeio iã ab omnibus, vt magn⁹ vocaretur. Lentulus Cõsul malè pugnat cum Spartaco gladiatorum duce, nec Collegæ felicius accidit prælium. victi separatim ambo Consules: & Spartacus iam in Italia, qui Romam infesta signa ferebat, non nisi magna Romanorum clade retentus est. *Appian. Florus.* Lucullus Mithridatem insequutus, Ponti vrbes aliquot capit, Amisum obsidet, & demum primus Pontum Romanis legionibus aperuit, regiis opibus, & natura regionis munitum. vt ait *Cic pro Archia. Plutar. Appian.*	681	705 177 1
3933	6	12	*Consules* C*n. Aufidius Orestes, & P. Cornelius* Lentulus *Sura.* Bellum contra Spartacum decretum M. Crasso, qui hostem gladiatorem bis vicit, occidit; finem huic bello imposuit, confecitque sex mensibus. *Appian. lib. 6.* quinque millia quæ ex pugna hac euaserant, à Cn. Pompeio ab Hispaniensi	682	706 177 2

Orbis.	Iudae.	Aegyt.		V.C.	Olympia.
			Hispanienſi bello reuertente oppreſſa ſcribit *Plutarchus*, iam enim confecto bello in Hiſpania, redière Romam Metellus & Pompeius triumphaturi. *Appian. Plutar.* Mithridates coacto nouo exercitu, obſidionem Amiſi ſoluere nitebatur, ſed fuſus iterum à Lucullo eſt eius exercitus. cæſis 60 hominum millibus. Mithridates fuga euaſit in Armeniam. Amiſum reuerſus expugnat Lucullus, *authores citati* Pompeius deuicto Perpenna iam triumphum peregit vltimo Decembris, poſtridiè initurus conſulatum. qui illi primus fuit. *Plutarchus.*		
3934	7	13	*Conſules M. Licinius Craſſus, & Cn. Pompeius Magnus.* Pompeius Tribunitiam poteſtatem, à Sullanis temporibus collapſam reſtituit, & equitibus Romanis poteſtatem fecit cognoſcendi ciuiles & delictorum forenſes controuerſias. *Plutar. Aſcon.* Lucullus fugientem inſequutus Mithridatem in Armeniam bellum indicit Tygrani, quòd renuiſſet Romanis tradere Mithridatem. & loca Armeniæ aliqua occupat. *Plutar Appian. Ioſeph.* Pompeio primùm conſule Cicero Verrinas ſcribit. Metellus expellit è Sicilia piratas. Naſcitur Virgilius.	683	707 / 177 3
3935	8	14	*Conſules Q. Hortenſius, & Q. Cæcilius Metellus. Ioſephus lib. 14 antiq. c.* 1. refert hunc conſulatum ad annum 3. Olymp. 177. quartum potius lege ex aliis authoribus reſtituendam Lucullus in Armenia cum ingentibus Tygranis copiis (250 hominum milia numerabat) conflixit acie prid. Non. Oct. regem prælio victum fudit: Lucullus quia Tigranem fugientẽ non eſt inſequutus, ſuſpectus quibuſdam fuit ne bellum data opera duceret. ac proinde Aſiam Prætoribus, Ciliciam cõſuli decernũt. interim Lucullus Tigranocertam nobiliſsimã Armeniæ vrbem capit *Dion. lib. 35. Plutar. Iuſt. Appia.*	684	708 / 177 4
3936	9 / Hircanus.	15	*Conſules L. Cæcilius Metellus, & Q. Martius.* Dictus Rex, quòd mortuo collega ſolus toto fere anno geſsiſſet conſulatum. Geſtum nunc eſt bellum creticum cum Cretenſibus, ab Antonio, patre Triumuiri, ſed infeliciter. ex quo ipſe concepto merore obiit. ſucceſsit Metellus proconſul, qui bellum confecit, dictuſque eſt Creticus. *Flor. Eutro.* Tigranes & Mithridates iterum victi à Lucullo, & Niſibis vrbs capta, *Iuſtin. Appian. Plutar.* Luculli legiones minus duci obtemperantes, ducti & protracti belli cauſa ab aliquibus aſſeruntur. Alexandra hoc nono regni anno moritur, mulier ſupra ſexum egregia, inquit *Ioſephus lib. 13. antiq. c. vltimo.* Hircanus regnat in Iudæa hæres à matre inſtitutus: ſed tribus tãtum menſibus liberè. Nam ei ſe opponit Ariſtobulus frater. *Ioſep. lib. 14.* De quinque vero annis quibus contenderunt Duo fratres vſque ad templum captum, *vide qq. c. 16. nu. 32.* Quando Pompeius ſubactis Iudæis, relinquet Hircano ſolum Pontificatum. quo tempore amittent tandem Iudæi libertatem ex *Ioſeph. lib. 14. c. 3. vide an. V.C. 688. & 690.*	685	709 / 178 1
3954	14	3	*Consules L. Aemilius Paulus, & C. Claudius C.F. M.N. Marcellus.* Cicero nunc Ciliciæ Proconsul Parthos incursantes repellit, & Cappadociam vt ei imperatum erat restituit Ario barzani. Cassius quoque eosdem è Syria repellit. & nato inter Parthos ciuili bello, hoc Parthicum cum Romanis nunc finem accepit. *Plutar. in Cicer. Velleius. Dio. Appian.* Hic nonus est à primo Cæsaris consulatu & decreto illi bello Gallico annus. quo bellum ab eo gestum nullum est, sed omnem dedit operam vt in suo discessu pacata firmaque manerent. id assequutus est beneuolentiæ ostensione, muneribus, & relictis ibi aliquot legionibus. *Rufus Velleius. Sueton.* Studium Pompeii erga Cæsarem, perturbatus reipub. status, & robur exercitus in re militari versatissimi; Cæsarem ad euersionem reipub. euexerunt. Moritur Romæ Hortensius	703	727 182 3
39 5	15	4	*Consules C. Claudius Marcellus. M. F. M. N. & L. Cornelius Lentulus Crus.* Actum Romæ est, ne Cæsar ad consulatus petitionem admitteretur, nisi priuatus vt fieri solebat, & dimisso exercitu. id nisi Pompeius quoque exercitum dimitteret, facturum se negat. sequutū est Senatusconsultum quo iubetur exercitum dimittere. si non faceret, eum aduersus Remp. facturum. Pecunia ex ærario data Pompeio, abeunti in Græciam. Cæsar traiecto Rubicone vrbem occupat. agente Lepido postea Triumuiro Cæsar Dictator renūciatur. Exules præter Milonem reuocat, & post aliquot dies Dictatura se abdicat. *Cæsar lib. 1. belli ciuilis. Plutar. Dio. Velleius.* Cæsar festinat in Hispaniam. quam ad se attraxit. & in reditu Massiliam recepit.	704	728 182 4
3956	16	5	*Consules C. Iulius Cæsar secundum, & P. Seruilius Vatia Isauricus.* Cæsar anno superiore Dictator absens creatus, nunc Massilia rediens Consul renunciatur, ipso Cæsare dictatore habente comitia, *vt scribit lib.* 3. Et sub initium Ianuarii in Epirum traiecit. Pompeius ex omni Asia magnis copiis comparatis ex Macedonia occurrens, tandem in Pharsalia Thessaliæ campo substitit, quò iam Cæsar ob	705	729 183 1

Bellum hoc anno gerit Cæsar ad Alexandriam hyeme, inops rerum omnium & imparatus, *ex Suetonio*. Varia adiuit in hoc bello discrimina; suscepta, quòd pacis conditiones inter Ptolemæum regem puerum, & Cleopatram sororem à Cæsare editas, non sint admissæ ab his qui regias partes tuebantur. tandem cæsar summo prælio victor, Cleopatram, quibus volebat legibus regno præfecit. Ptolemæi cadauer in Nilo inuentum. *Euseb. Eutrop. Hieronymus.* Inde digressus, in Ponto bellum gessit cum Pharnace Bosphori rege magni Mithridatis filio, qui Romanas prouincias inuaserat. Sed victus à Cæsare Pharnaces est, & breui posteà necatus. eà celeritate vicit Cæsar, vt scripserit se eadem hora venisse, vidisse, & vicisse. *Dio. Appia. Plutar. Cæsar. Hirtius.* Cæsar exeunte hoc anno Romam venit designandus insequẽti anno consul. *Plutar.* at quod addit *Dio*, Cleopatram etiam Romam venisse, iure improbat *Scaliger ad Eusebium.*

Cicero hoc reipub statu Tusculi Philosophiam docet, & scribit quæstiones Tusculanas, Academicas, de officiis, de finibus & diuinatione. Quando etiam dixit pro Ligario, Marcello, & Deiotaro Galatiæ rege.

Antipater Hircano ob missas tempore belli Alexandrini copias duce Antipatro, confirmatur Pontificatus, & Antipater Iudææ procurator à Cæsare constituitur. *Iosep.*

3958 18 7 *Consules C. Iulius Cæsar tertium, & M. Æmilius Lepidus.* Sunt qui scribunt Cæsarem cum consulatu Dictaturam etiam hoc 707 731 183 3
anno gesisse. ita *Dio. lib.* 43. Alii Dictaturam huius anni non recipiunt. *In quibus est Onuphrius.* Cæsar mense Ianuario in Africam transportat exercitum contra Scipionem, Catonem & Iubam Mauritaniæ regem. Victi à Cæsare hostes. Cato Vticæ voluntaria morte interiit. Idem accidit Scipioni. Catonis filio data venia. Cæsar Romam deportauit exercitum. *Appian. Dio. Hirtius.* Numidia facta Prouincia, *ex Appia. Hirtio, & Velleio.* Triumphat Cæsar de Alexandria, Ponto, Africa & Gallia quatuor triumphis. *Dio, Plutar. Appia. & Sueton.*

Annum reformat Cæsar hoc tertio consulatu, vt author est Censorinus; adhibitis in re Mathematica viris doctis, & Sosigene præsertim, de qua re mox plura.

3959 19 8 *Consules, C. Iulius Cæsar quartum, at sine Collega.* Sub finem anni substituit in consulatu Fabium maximum & Trebonium. Ex hoc anno *vt ait Dio*, Honorarii consules creari cœpti sunt, & sæpe paucorum vel mensium vel dierum. In quos leguntur Ciceronis scommata. *Sigon. ad hunc annum.*

Cæsar hoc anno bellum gessit in Hispania cum filiis Cn. 708 732 183 4
Pompeii, omnium quæ antea gesserat acerrimum. Cæsari hæc pugna ad Mundam vrbem vltima fuit. sed omnium difficillima, & vt ferunt in omni vita fuit quinquagesima. Euasit Sex. Pompeius fratre occiso. Cæsar vniuersa recepta Hispania, omnibusque confectis ciuilibus bellis Romã discessit. vbi triumphauit de ciuibus captis. quod populo Romano grauissimum visum est. *Dio. Appian. Hirtius. Plutar.* Scribit *Velleius* Cæsarem rediisse Romam mense Octobri. De Anticatone quem in Catonem edidit Cæsar, lege *Plutar.* in Cæsare. Ventidius hoc anno missus à Cæsare domat, rebellantes Illyrios. *Appian.*

DE ANNO IVLIANO.

Qualis sit anni huius Iuliani ratio, iubente Iulio Cæsare ad- Annus Iulianus
inuenta anno proximè præcedente, expositum satis est *qq. c.* 19. 1
hic eius initium collocandum est, eritque his vrbis & orbis an-

nus,excurrẽs,ille qui primus Iulianus dicitur,sed à Kal. Ianuarii incipiens. Quam Iulianam anni publicationẽ *Scaliger de Emend.lib. 4.c.de anno Syrogræcorum Iuliano*, notat factam annis 45, ante Christi annum primum Dionysianum.ac proindè illi authori,ad annum Dominicũ vulgarem, vt ibidem loquitur, tantum erunt anni 43. vti docent quæ cõmemoraui de æra Antiochena ad annũ vrbis 705.an vero quod ibidẽ subiũgir, Antiocheni etiã ab hac Iuliana editione annos suos putare soliti fuerint, non est huius materiæ quæstio. Cæterum rectè locari primum Iulianum annum ,ad annos hic in margine appositos, vrbis & Iphiti ; satis docuit *Censorinus*,qui annũ Iphiti 1014,componit cum anno Iuliano 283 à Kalendis Ianuarii. Quod planè nostris annis conforme est,vt tabula habet posita initio Tomi secundi,cap. 12. Ibidem c.10,satis hæc temporis ratio comprobata est. & quàm rectè hinc ad Dominicum annum vulgarem sint anni 43. ad Dionysianum plures.

3960 | 20 | 9 — 2 | 709 | 733 | 184 1

Consules Cæsar quintùm,& M.Antonius. Dio. Appian. Fasti Siculi, Cassiodor. & Plutarchus,qui tradit Cæsarem quintùm consulem,coaptasse sibi collegam M.Antonium. & posteà sibi suffecisse Dolobellam. Addunt tamen *Appianus*,& *Velleius*, non iniisse Dolobellam nisi occiso Cæsare. Dictator quartùm,scribitur à plerisque Cæsar hoc anno. Ab aliis quintùm. Visus est sibi Dictaturam perpetuam & Monarchiam affectare. Ac demum facta authoribus Bruto & Cassio conspiratione, Ibidus Mart. In Curia Pompeii,23 vulneribus occisus est. Occupant percussores capitolium,sed acceptis obsidibus Antonii & Lepidi filiis è Capitolio descẽdũt. Dictatura in perpetuũ Antonii consulis lege, sublata. Quã tunc solis defectionẽ accidisse colligunt aliqui *ex Virgilio*. plures solis palliorem insolitum interpretantur. Octauius Iuliæ sororis, Cæsaris nepos Romam ex Epiro reuersus,nomen Cæsaris ex testamento assumpsit. interim Antonius impotenter omnia agens,in se Octauium concitauit. Brutus cui obtigit Gallia,vt irrumpenti in eam Antonio obsisteret, substitit Mutinæ cum exercitu. *Appian. Dio. Plutar.* Sic parum ad pacem Reipub. profuit ἀμνηστία à Senatu proposita suasore Cicerone: cuius authoritas tunc in vrbe si vnquàm magna erat. reprehensum à Bruto eius erga Octauium studium immoderatum. Habet Philippicas. Ex quibus 2, dicta est 13. Kal. Octob. Sextus Pompeius,magni Pompeii filius, qui Hispanica clade euasit,collecta classe maris imperium obtinuit, & potitus Sicilia,eam vsque ad obitum retinuit. *Dio. Appian.* Antonius Quintilem mensem, Iulium vocandũ decernit. *Euseb.* Masachus Iudæus indignè ferens omnia geri ad nutum Antipatri, eum veneno sustulit è medio. Sed Posteà Masachus ab Herode Antipatri filio (cui pater commiserat Galilææ administrationem) occisus est. Interim Antigonus Aristobuli filius Iudæam occupare contendit. Sed hic etiam ab Herode tandem pulsus. *Iosep.*

3961 | 21 | 10 — 3 | 710 | 734 | 184 2

Consules A.Hirtius, & C.Vibius Pansa Capronianus. His consulibus Solinus & Rufus dant annum vrbis

710. Bellum in Antonium authore Senatu decretum. summo prælio aduersus Antonium pugnant consules. Antonius victus, amisso exercitu profugit in Galliam ad Lepidum: sic soluta Mutinẽsi obsidione Brutus liberatur. Et mortuis breui ex vulnere duobus consulibus, Octauio remansit victoria, & cõsulatus. *Appian. Dio.* Cæsar; *inquit Suetonius*, hunc consulatum vigesimo ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad vrbem legionibus. reconciliatisque sibi Antonio & Lepido, Q. Pedium sibi Collegã subrogauit. *Dio. & Appianus.* consulatũ iniit Cæsar, pridie quàm 20 annos impleret, 10 Kal. Octob. *Velleius.* Licet Sextilem mensem notet *Dio.* ab hoc cõsulatu sunt anni 36. ad consulatũ Cẽsorini.

Octauius iubet Q. Pedium Collegam legem ferre de habenda quęstione in percussores Cæsaris. Qua lege postulati Cassius & Brutus, absentes damnati sũt. & cùm nec Brutũ qui Macedoniam, nec Cassium qui Syriã, ex Senatusconsulto obtinebant, armis vlcisci posset, ipse Octauius, M. Antoni⁹ & M. Lepidus in agro Bononiẽsi *ex Dio.* aut Mutinẽsi, ex *Appiano* cõgressi, Triumuiros reipub. Constituẽdæ causa, se cũ summo imperio in quinquẽniũ renũciãt, diuisis inter se prouinciis Hispaniæ, Galliæ, & Africæ cum Sicilia, quæ tertia pars obuenit Octauio: edita ciuium & inimicorum porscriptione. In quibus erat Cicero petente Antonio. *Dio. Appian.* Occisus Cicero in suo Formiano 7. Decemb. ab Herennio, & Popilio Legionario milite, anno ætatis 63. caput cum manu dextra in rostris positum est. *Euseb. Chron. & citati authores. addit Val. max. lib. 2 c. 4.* Cæsũ in villa Caietana, & quod habet *Plutarchus* Καπίτας, Scaliger Καιήτας legẽdũ putat. Inierũt hi Triũuiratũ 5. Kal. Decẽ. 6. vt ex lapide Colotiano profert *Sigon.* L. Munatius Plancus Rhetios rebellantes iterum subiugat, qui etiam tunc Lugdunum in Gallia condidisse dicitur. *Dio.* post 100 annos deflagrauit. *Senec. in Epist.*

Cæsar inito Triumuiratu sponte se abdicat consulatu. suffectis Ventidio & Caritate. *Dio. & tabula Colotiana.* vbi hi suffecti nominantur consules. Hinc numerantur vt dicam, anni Augusti.

DE AVGVSTI INITIO
& Epocha.

Orbis	Iudæorũ	Ægypt.			Iuliani	V. C.	Olympia
3961	22	11	Augusti 1	*Consules* M. *Lepidus Triumuir secundum, & L. Munacius Plãcus.* Octauius ex Apollonia Epiri Romam reuersus, statim vt dixi in nomẽ patris lege transiuit, atque ab eo tẽpore ab omnibus C. Cæsar est appellatus. Nec desũt qui eum ab eodem tempore vocatum putãt Imperatorem. Longè tamẽ æquiore ratione nõ nisi post initum Triumuiratum, & suscepta	4	711	735 / 184 / 3

habet controuersam satis, an à primo anno Iuliano; an vero quod probabilius est à primo anno Augusti, quando vti sub finem anni præcedentis commemoraui, diuiso inter Triumuiros terrarum orbe, Cæsari obuenit quæ Hispanias habet, Europa. erit vero sic, an n us iste excurrens primus Æræ Hispanicæ, & a nte Cristum trigesimus octauus, compositus hi c cum quinto Iuliano. Hos 38 annos ab hac Epocha ad Christum notãt *Idatius* Episcopus Hispaniæ, qui vixit sub Leone Imp. primo. & *Iulianus Pomærius Episcopus Tolet. lib. 3. contra Iudæos*. addit *Idatius* cœpisse Olympiade 185. quæ sanè hoc anno initium habet à Solstitio æstiuali, iuxta temporis quam sequor rationem.

Quod vero suspicatur *Scaliger*, non nisi post deuictos Hispanos à Domitio insequẽtis anni consule, in vsu fuisse hanc Æram apud Hispanos, nõ officit huic initio à me posito. qui enim missus à Cæsare Domitius, potuit Hispanis imperare Ærã à Cæsaris annis petitã, potuit etiã Æræ principiũ dare ab ipso Augusti an. 1. integro.

Orbis	Iude.	Aegypt.	Augusti	Iuliani	V.C.	Olympia
3964	2	13	3	6	713	737 / 185 1

Cõsules C. *Domitius Caluinus secundum*, & *C. Asinius Pollio*. Antonius qui in Ægypto cum Cleopatra aliquãdiu hæserat, audito bello Perusino festinabat iã cũ ducentis nauibus in Italiã. *Eusebius in Chro.* hanc vocat secundã secessionẽ Augusti ab Antonio. cui volẽs occurrere Fuluia, obiit Sicyone in Græoia. quo nuntio accepto, Antonius & Cæsar, positis armis redeũt in gratiam. & Octauia Cæsaris soror Antonio in Matrimoniũ data. tũc noua Imperii diuisione, quicquid vltra Ioniũ mare erat versus Oriẽtẽ Antonio permissũ est. *Plutar. Appianus. Dio.* qui narrãt etiã pacẽ nũc inter hos duos Triũuiros & Sex. Põpeiũ qui præerat Siciliæ cõpositã. Ambo excepti cõuiuio in põpeianis triremib. & perire poterãt si annuisset Põpeius.

Herodes qui nunc Romæ hærebat, rex Iudææ renunciatur à Senatu, cõsentiẽtibus Triũuiris. Antigonus hostis populi Romani declaratus. *Iosep. lib. 14.* qui notat hos cõsules & quartũ annũ à morte Cæsaris. Eosdem dat cõsules & sextũ annũ Iulianũ *Scaliger de Emend. lib. 5.* sed ineptè *Iosephus* dat Olympiadẽ 184. qui enim Olympiadem citãt absque notatione anni, solent illius Olympiadis annũ primũ intelligere.

Parthi iterũ in Syriã duce Pacoro cum venissent, T. Didium ab Antonio Præfectum Syriæ profligant, magnasque occupãt prouincias. quas tamen posteà in eos missus Ventidius recuperauit. *Plutar. & alii citati.*

[Iude. column, printed sideways: *Herodes Romæ Rex dictus;*]

Orbis	Iude.	Aegypt.	Augusti	Iuliani	V.C.	Olympia
3965	3	14	4	7	714	738 / 185 2

Consules L. Marcius Censorinus, & C. Caluisius Sabinus. In Hispania rebellant Ceretani, in quos missus est Domitius Caluinus Proconsul. hostes bis prælio victi, ad iura Romanorum rediere. quem triumphasse notat *Dio*. Pollionẽ etiam de Dalmatis triumphasse scripsit *Horat.*

O

Orbis	Iudaeo.	Aegypti	Augusti		Iulia.	V. C.	Olymp.
				Ode.1.lib.2. nempe post captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem: susceptum eò anno filium, vocauit Salonium. Habent porrò tabulæ Capitolinæ Pollionem de Parthinis triumphasse. Hos *Plinius* in Macedonia: *Strab.lib.7.* in Epiro supra Apolloniam collocat.			
3966	4	15	5	*Consules Ap. Claudius Pulcher, & C. Norbanus Flaccus* Octauius captata occasione bellũ mouet aduersus Sextum Pompeium, minus probãte Cæsaris hoc factũ Antonio. nauali prælio eoque graui res gesta est. victus Octauius classe eius fusa & fracta. Malè vsus victoria Pompeius, hostem non est persecutus. *Plutar. Appia. Dio. lib.48.* In Oriente Ventidius feliciter pugnat cum Parthis. De quibus etiam triumphasse scribunt *Plin. Dio. Gellius & Valerius.* Duobus præliis hostem vicit occiso suprema pugna Pacoro rege. Hic Ventidius Picenus genere, in Pompeii Strabonis Asculano triumpho ductus cum aliis captiuis, nunc primus est qui de Parthis triumphauit, *authores citati.* Augustus Liuiam Drusi filiam antea Tiberio Neroni iunctam connubio, accipit vxorem. Herodis frater Ioseph. ab Antigono vict᷒ prælio, & occisus est. *Iosephus.* Nascitur Ouidi᷒ poeta.	8	715	739 185 3
3967	1 *Herodes à capta Hierosolymis.*	16	6	*Consules M. Vipsanius Agrippa, & L. Caninius Gallus.* Cum anni Triumuiratus quinque iam abiissent, Triumuiri seipsos in alterum quinquennium renunciant, *vt scribit* Dio. idem ex Colotiano lapide habetur. Vix satis inter Antonium & Cæsarem conueniebat, & alterius fides alteri suspecta nunc fuit. tam malè per Octauiam redière in gratiam. interim Octauius in Sex. Pompeiũ classẽ & bellũ parat. *Dio.* Herodes Ascalonita Antipatri filius, anno 3. ex quo Romæ rex creatus est, venit in Iudæam. & iubente Antonio per Sosium militiæ Romanæ in Syria præfectum, regno potitur: obsidetque Hierusalem. quam quinto posteà mense cepit. Occisus breui Antigonus *Iosep. lib.1. belli c 13. & Antiquit. lib.15. c.1.* & quicquid sit de consulibus quando inchoata est obsidio; saltẽ his & consulibus & annis hic notatis, vrbs capta est. Hos consules & excurrentem hanc Olympiadem *dat Iosephus*, cum capta vrbs est à Sosio & Herode. De mense captæ vrbis quæstio est. *Iosephus* enim quartum anni mensem notat. Sed an à mense Nisan numerandum, an vero à Tisri, qui alteri Iudaico anno initium dabat, non explicat eò loci Iosephus. Grauior est authorum discordia de principio 37 annorum qui dari solent regno Herodis: an peti debeat ab anno sexto Iuliano, quando vocatus est rex à Senatu; an ab hoc anno Iuliano. an denique ab Actiacâ victoria, anno Iuliano 15. vbi iterum de hoc redibit mentio. Cæterum reges Iudæorum cæso Antigono nunc defecere, & Iudeorũ regnũ ac Hierosolymorũ He-	9	716	740 185 4

Orbis	Iude.	Aegypt.	Augusti		Iuliani	V.C.	Olympia.
				rode rege facto restituitur, seu peregrinum inchoatur, præsertim à quo tempore cœpit esse legitimus rex, quod suo loco notatur.			
3968	2	17	7	*Consules L. Gellius Poplicola, & M. Cocceius Nerua.* Hoc tandem anno Sexti Pompeii classis profligata est à Cæsariana, duce M. Agrippa, *vt narrat Dio.* Coactus Pompeius relinquere Siciliam, venit in Asiam ad Antonium. Sed cùm Antonium malè pugnasse audiuit cum Medis, parat ipse bellum in Antonium, captando fœdus cum Parthis, ratus se Antonii imperium ad se facilè translaturum. Verū à M. Titio Antonii legato posteà captus interficietur, sub consulibus insequētis anni. *Dio. Appia.* Pompeio fugato, M. Lepidum Triumuirum, superbientem 20 legionum fiducia, & bellum Cæsari mouentem, Augustus spoliauit exercitu, supplicemque concessa vita Circeis in perpetuum relegauit. *Inquit Suetonius.* idem habēt *Oros. Dio. Appian. & Vellei. vide tamen 3991.*	10	717	741 186 1
3969	3	18	8	*Consules L. Cornificius, & Sex. Pompeius. ex Cassiodoro & Fastis Siculis. Dio. etiam dat L. Cornificium, & Sex. Pompeium Sex.* F. Hoc anno occisus est Sex. Pompeius Cn. F. Statilius Taurus iubente Cæsare Africā administrat. *Dio.* moritur Salustius historicus. viuebat cum Salustio Cornelius Nepos historicus.	11	718	742 186 2
3970	4	19	9	*Consules L. Scribonius Libo, Collegam L. Atratinum dat Cassiodorus. Sed pro Atratino M. Antonium secundum, M. F. dant fasti siculi, & Dio.* qui tamen *addit Antonium se statim abdicasse suffecto Atratino.* Leguntur alii etiā hoc anno suffecti. Triumphant hoc anno C. Sosius de captis Hierosolymis, & Norbanus de rebellante parte Hispaniæ. Augustus domitis Cisalpinis Gallis qui rebellabant transfert infesta signa in Dalmatas, quos deuicit facilè, *Dio. Appian. Zonar.* Antonius Artanasdem Armeniæ regem fide publica ad se venientem, capit, & catenis aureis ligatum spoliat regno, quod Cleopatræ filio à se genito dedit. Mox triumphat Alexandriæ de Armenis victis, quam rem factam in patriæ opprobrium interpretati sunt Romani, non sine communi omnium offensione, *Dio. lib. 49. Velleius, & Plutar.*	12	719	743 186 3
3971	5	20	10	*Consules C. Iulius Cæsar Octauianus secundùm, & L. Volcatius Tullus.* Cæsar post paucas horas hoc honore abiit, suffecto alio. *ex Suetonio. & Dione.* notant hunc vrbis annum fasti Capitolini. Exarserunt tandem grauiores inter Cæsarem & Antonium inimicitiæ, & criminationes vtrinque apud Senatum. dum Antonius posthabita Octauia, totus esse videtur cum Cleopatra. Vt prolixius narrāt *Plutar. & Dio.* sequitur inde pugna Actiaca.	13	720	744 186 4
3972	6	21	11	*Consules Cn. Domitius Ahenobarbus, & C. Sosius.* Cæsar in annum sequentem designatus	14	721	745 187 1

consul, hunc quidem exegit priuatus, transacto nempe iam quinquennio, quo secundùm Triumuir fuit. Erant ambo consules Antonianarum partium. Sed cùm Cæsar pluribus in Senatu in Antonium perorasset, ab vtroque habetur ad bellum delectus. Antonio vitio datum est, & socordiæ quòd cùm paratior esset quàm Cæsar ad bellum, & longè ampliores haberet copias, tamen tẽpus dederit hosti ad parandã expeditionẽ. *Hæc Dio, & alii.* Floret nũc Dioscorides, Antonio & Cleopatræ familiaris.

Orbis	Iudaeo.	Aegypt	Augusti.	Iulia.	V. C.	Olymp.
3973	Herodes. 1	22	11	15	712	746 187 2

Cõsules *C. Iulius Cæsar Octauianus tertium, & M. Valerius Messala Coruinus.* Quòd autẽ Cassiodorus vocet secundum Cæsaris consulatũ, est quia nõ habet rationẽ cõsulatus, quẽ anno 5 Iuliano gessit cum Pedio, quia suffectus fuit.

ACTIACA PVGNA.

Cæsar contractis ex Africa, Hispania, & Gallia copiis in Epirum cum exercitu traiecit. Antonius cum Cleopatra ad Actium Epiri promontorium Cæsari occurrit. Victus Antonius, fugit sequutus præeuntem Cleopatrã in Ægyptum. Cum hac victoria, annis hic notatis & 4. non. Septemb. reportatã; vniuersum Imperium Romanum ad Cæsarem recidit. Cæsar vbi castra habuerat, Nicopolim ædificat. *Hæc Dio. Item Sueton. Epitoma 122. & alii.* vltimum fuit hoc bellum cum ciuibus gestum. peracta pugna Cæsar Græciæ & Asiæ res componit, regressurus in Italiam exeunte hoc anno, vel ineunte proximo. Consentit hæc annorum ratio *cum Ptolemæo Almagesti lib 3. c. 8. & Clem. Alex. 1. Strom.* Qui ab excessu Alexandri magni ad Actiacam victoriam numerant annos 294. vnde etiam, & ex lègitimo annorum consensu, habetur hunc septembrẽ mensem incidisse in Olympiadis 187 annum 3. ineuntem. exacto iam anno secundo à solstitio æstiuo. Et cùm hic annus *Iosepho* sit Herodis septimus, rectè in sua opinione, *dixit lib. ant. 15. c. 6.* cœpisse Romanã Monarchiã anno Herodis septimo.

Sed quid ergo de illa quæstione indicata ad annum 9 Iulianum, an inde, an à sexto Iuliano, aut nunc à 15 sumẽdum sit regni Herodis initium. Sanè nullo modo à sexto Iuliano. at nunquid à nono & captis Hierosolymis vt ait Onuphrius. fortè non malè ab anno 15. & actiaca victoria. Nam si initium regni sumi debet ab authoritate conferentis illud, nemo ignorat minorem fuisse conferendi potestatem in Antonio, quàm vel in Senatu qui ante cõtulit, vel in Augusto qui iã Monarcha esse cœpit. Adde cùm nunc demũ ab Augusto plenè imperante regnũ acceperit Herodes; æquius esse, vt ob hoc beneficium ab Augusto cui hostis erat acceptum, Herodes annos regni numeraret suos. nec parum ad hoc firmandũ confert in nũmo Augusto, inscriptio ex vna su-

Orbis.	Iudæorũ.	August.	Aegypt.		Iulianus.	V. C.	Olympia.
				superficie ΚΑΙϹΑΡ ΑΥΓΟΥϹΤ. ex altera ΙΟΥΔΑΙΑϹ ΕΑΛΩΚΥΙΑϹ. verum vt in apparatu posterioris tomi dicã, nulli debet displicere Onuphrii sententia, de regni huius initio à nono anno Iuliano, & plena regni adepta possessione. idque ob rationes quæ ibi dabuntur in medium. habes tamen, vt res probabilis est, annos Herodis hic recensitos ab actiaca victoria. Occisus hoc anno putatur Hircanus Alexandræ filius, extincta in eo Machabeorum stirpe mascula. id Herodes egit, cùm Cæsarem pro regno adire parabat. *Ioseph. an. lib.* 15 *c.* 9.			
3974	2	13	23 *Deficit regnum.*	*Consules C. Cæsar Octauius quartùm, & M. Licinius Crassus.* Hunc Consulatum vt ait *Suetonius*, in Asia Cæsar iniuit, & media hyeme venit in Italiam *ex Dione.* addunt porro idem *Dio & Plin. lib.* 22. M. Tullium Ciceronem F. fuisse in parte anni Consulem cum Octauio. Cæsar ordinatis in Italia rebus, post morã ibi 30 dierum, properè reuertit in Asiam, & improuisò Pelusium Aegypti obtinuit: mox inito conflictu cum Antonio, noua ad Pharum potitur victoria. Kal. Sextilibus, *ex Orosio,* & Cæsare quartùm consule, *ex vetere Chronologo apud Clementem.* Antonius rebus desperatis voluntaria morte periit. Et Cleopatra sentiens se ad triumphum seruari, admotis aspidibus sibi mortem intulit. Cæsar Aegyptum in formam Prouinciæ redegit, cui Præfectum imposuit Cornelium Gallum. *Sueton. Dio. Plutar.* subactam Aegyptum mense qui postea dictus est Augustus plures notant. quandiu steterit hoc Lagidarum regnum, facile ex annis huc vsque expansis constat. nummus Augustanus componit consulatum Augusti cum capta Aegypto.	16	723	747 187 3
3975	3	14		*Consules C. Cæsar Octauius quintùm, & Sextus Apuleius.* Scribit *Dio*, Sexto Consuli suffectum in parte anni Potitum Valerium. Narrat *idem Dio*, his Coss. Cæsarem tres egisse triũphos; primo die de Pannoniis, Dalmatis, Iapygibus & Gallis. Die altero ex Macedonia. Tertio ex Aegypto de Cleopatra. idem habet *Suetonius.* addit *Macrobius* Cæsarem sextili mense triumphasse ter, & ideo mensem eum postea dictum Augustum, anno Iuliano 38. est etiam apud *Dionem*, æstate ea qua Potitus consul fuit suffectus, Cæsarem venisse in Italiam, & triumphasse. malè ergo *Osorius* dat triumpho Ianuarium. Cæsar peracto triumpho, constituta iam repub. Ianum claudit. *vide an. V.C.* 86. Ab hoc consulatu ducit initium primus annus Augustorum Ægyptiacus, mense Thoth	17	724	748 187 4

Orbis.	Iudeorũ.	August.		Iulianus.	V. C.	Olympia.
			qui Sextilem attingit. ex quo nempe subacta Ægyptus ab Augusto cœpit esse prouincia. quamuis non nisi Cæsare septimùm consule dictus sit à Senatu Augustus. Hunc Augustorum annum ægyptiacum obseruat Censorinus. Alius non malè colligitur à quibusdam Augustorum annus, sed Romanus dicendus, de quo ad annum Iulianum 19. Paudorus Ægyptius monachus eruditus qui floruit sub Arcadio, cùm scribit anno Augustorũ 22 correctum annum ab Augusto, numerat annos ab hoc Augustano ægyptiaco.			
3976	4	15	*Consules Cæsar Octauius sextùm, & M. Vipsanius Agrippa secundùm.* Hic consulatus datis Romæ ludis à Cæsare celebris est, & triumpho Crassi, confecto bello cum Thracibus & Scythis. *Dio.* moritur Terentius Varro habitus Romanorum doctissimus.	18	725	749 188 1
3977	5	16	*Consules* C. C*æsar Octauius septimùm, & M. Vipsanius Agrippa tertiùm.* Hic est annus quo Cæsari confirmatum est Imperium. Ille de reddenda repub. consilium cum suis habuit. suadebat reddendam Agrippa, dissuadebat Mæcenas. huius vicit sententia. id ergo Cæsar agere cœpit apud Senatum ac populum, & obtinuit (plerisque præsertim extimescentibus damna ex populari statu) ipse vnus imperium, communicata cum Senatu & populo prouinciarum administratione. Et vt Monarchiæ suspicionem eximeret, potestatem rerũ in decennium sumpsit. quod postea sæpius fuit prorogatum per quinquennia & decennia. hinc apud alios Imperatores solemnia quinquennia fuerunt, & decennia, ac si tunc imperium renouarent. ac tunc etiam posthabitis aliis quæ afferebantur nominibus, Augustum se dici passus est, adhibiti satellites vitæ custodes. firmatum nomen est ex Munatii Planci sententia, à Senatu. *vt scribunt Censorin. & Sueton* De hoc etiam initio lege *Dionem & Eutropium.* gesta res narratur sub initium Ianuarii. *Quod habet Eutropius, & inscriptio Narbonensis.* Ab hoc porro consulatu Cæsaris septimo, initium ducit primus annus Augustorũ Romanus à Kal. Ianuarij: & de eodẽ hoc Augustorũ anno loquitur *Censorinus nu. 65. & 66.* (quo cõsule Augustus Bissextum correxit) qui biennii notat discrimen inter duo Augustorũ annorũ initia. Hinc ad bissextum ab Augusto correctum sunt anni 20. & ab Augustano Ægyptiaco sũt anni 22. à qua posteriore Epocha ægyptiaca scribit *Scaliger ad an. Euseb.* 1988. Syderũ motus & rationes Astronomicas putari. Hic annus est quo M. Vipsanius Agrippa 3. Consul Pantheon extruxit, Romæ, vt habet inscriptio templi M. AGRIPPA L. F. TERT. COS. FECIT. meminit Dio.	19	726	750 188 2

Orbis	Iudaeo.	August.	PERIODVS 9.	Iulians.	V. C.	Olymp.
3978	6	17	*Consules* C. *Cæsar* Octauius, *Augustus octauum, & T. Statilius Taurus secundum.* Referato Iani tẽplo geritur bellum Cantabricum. *Dio. Suetõ.* Agrippa, septa in campo Martio dedicat. Cornelius Gallus poeta quòd se malè gesserit in præfectura Ægypti iussus à Cæsare exulare, sponte perit. *Euseb. chro. & Crinitus lib.* 3. *c.* 42. Polemo Rex ponti in amicitiã acceptus. *Dio.*	20	727	751 188 3
3979	7	18	*Consules C. Cæsar Octauius Augustus nonùm, & M. Iunius Silanus* Hunc consulatum Augustus Tarracone iniit *ex Suetõ.* Mortuo nũc Amynta rege Galatiæ, cum Lycaonia redacta est in formã Prouinciæ. sed Phamphiliæ oppida ante permissa Amyntæ, sunt libertate donata. Getuliæ pars concessa Iubæ pro paterno regno. *Rufus. Dio.* Terentius Varro re benè gesta cum Salassis tributum eis imponit. Cæsare ęgrotante Tarracone Antistus & Carisius feliciter pugnãt cum Cantabris, & Asturibus *Dio.*	21	728	752 188 4
3980	8	19	*Consules C. æsar Augustus Imp. decimùm, & C. Norbanus Flaccus.* L. Aimilius missus à Cæsare in Cantabros & Astures iterũ rebellantes, bellum ex sententia confecit, *Dio.* Ælius Gallus primus Romanorum exercitum duxit in Arabiam fęlicem, parùm felici successu, *Dio.* Florent in Italia Virgilius, Asinius Pollio. Messala, Varus, Plotius, & alii pręstantis ingenii viri. Ouidius agebat annum 15. & moriente Virgilio vigesimum. Cæsar curat extrui in Hispania Augustam Emeritam, dictam à suo nomine, & quòd data esset veteranis. Dionysius Afer suã sub Augusto Geographiam edidit. *Volateran. in Anthrop.*	22	729	753 189 1
3981	9	20	*Consules Cæsar Augustus vndecimùm. & Cn. Calpurnius Piso.* Scribit *Dio* Augustum Albanũ profectum, se consulatu abdicasse, & deinceps ab eo aliquandiu abstinuisse, vt consulatus pateret aliis. Habet Capitolinũ fragmentũ Terentium Varronem Murenam iniisse consulatũ cum Cæsare. Murenæ in cõsulatu mortuo suffectus videtur Calpurnius Piso. Augusto suffectus est L. Sestius. qui Bruti studiosissimus fuit. Augustus hoc anno laborauit morbo difficili, quo penè oppressus fuit. sed ab Antonio Musa sanatus. Eodem anno diem clausit Marcellus adolescens sororis filius, magnificè ab Augusto sepultus. *Dio.*	23	730	754 189 2
3982	10	21	*Consules Claudius Marcellus Æseruinus, & L. Aruntius.* Murenæ coniuratio in Augustum hoc anno patefacta. *Dio.* Magnus annus Ægyptiorum cuius mentio, fit *qq. c.* 19. *nu.* 28. hoc anno intercalatione ἀποκατάστασιν accepit, vt ait Pandorus Ægypti monachus. Astures & Cantabri mouentes reprimuntur per Carisiũ. *Dio lib.* 54. Cæsar repudiat Dictaturam oblatã. sed Tribunitiam potestatem admittit, & de-	24	731	755 189 3

Orbis.	Iudæo.	Augusti		Iulia.	V.C.	Olympia
			inceps retinuit,dato successoribus Imperatoribus exemplo cõiungendi cum Imperio Tribunatum. ita *Dio* agens de vndecimo consulatu Augusti : quem gessit anno præcedente. non conuenit tamen inter authores an ille prior annus,an vero qui nunc excurrit sit Tribunitiæ potestatis primus. illo quidem anno delata est.sed an illo vel hoc vsurpata,incertũ. Tacitus enim obiisse scribit Cæsarem anno 37 Tribunitiæ potestatis: authores vero Capitolini anno 36.			
3983	11	22	*Consules Q. Aemilius Lepidus & M. Lollius.* Hoc anno Augustus Iuliam filiam M. Agrippæ collocauit. eundemque Romanæ vrbis Gubernatorem reliquit;quando hoc ipso consulatu abest occupatus in lustrãdis prouinciis Orientis. *Dio*.in quo itinere Tyrios,Sidonios, & Cyzicenos libertate priuauit, ob cædem quorundam ciuium Romanorum,*Dio Zonar.* Sempronius Atratinus triumphat de Africa ex tabulis Capitolinis.	25	732	756 189 4
3984	12	23	*Consules* M.*Apuleius,& P.Silius Nerua.* Cæsari orientis prouincias lustranti occurrit Herodes in Syria, quando accepit ab Augusto Trachonitidem, Batanæam, & Auranitidem; facta etiam potestate,vt quem vellet filium, faceret Heredem. *Iosep.antiq.lib.*15.*c.*13. Phraates Parthorum Rex placat Cæsarem, & datis obsidibus pacem constituit.*Iustin lib.* 42. Dio.	26	733	757 190 1
3985	13	24	*Consules* C.Sentius *Saturninus laudatus plurimum in suo munere,& Q. Lucretius Vespillo.*Hoc anno,qui iuxta Iosephi Chronologiã est Herodis 18 excurrẽs,ab actiaca victoria inchoatus 13:Herodes Dei templum Hierosolymitanum construere seu potius restaurare, & ampliore ambitu adornare ac munire parat.*ita* I*osep.lib.* 15. *antiq. c.*14. annis octo expletum opus est: eodem tempore turrim Stratonis restauratam dixit Cæsaream.*idem.* moritur nunc Virgilius Brũdusii *Euseb.* scribebat eclogas an.712. V.C. In hũc annũ Capitolini scriptores cõiiciunt, vt apparet,triumphum L. Cornelii Balbi de Africa.is enim Gadibus genitus,*vt scribit Solinus*, Garamantas primus subegit, & externorum primus triumphauit.*vide Plin.lib.*5.Cæsar redit ex oriente Romam.	27	734	758 590 2
3986	14	25	*Consules* P. *Cornelius Lentulus* Marcellinus, *& Cn. Cornelius Lentulus.* Hoc anno M. Agrippa gener Cæsaris, accepit tribunitiam potestatem in quinquennium. *Dio.*	28	735	759 190 3
3987	15	26	*Consules C. Furnius,& C. Iunius Syllanus.* Tabulæ Capitolinæ consignant hunc consulatũ ad annũ vrbis 736.iisdẽ cõsulibus Ludos sæculares quintos factos narrant *Censorinus, & Dio. lib.*54.Obseruat *Plin.lib.*7.*c.*48,ab his ludis esse annos 63, ad eos quos Claudius quartũ cõsul exhibuit. & de quibus mẽtionẽ facio ad annũ	29	736	760 190 4

Orbis	Iudæorũ.	Augu.		Iulian.	V.C.	Olymp.
			Christi 49. quo quidem, nobis exit annus vrbis 798 & init 799. vnde facile constat ratio anni Pliniana.			
3988	16	27	*Consules* L. *Domitius Ahenobarbus*, *&* P. *Cornelius Scipio.* Qui Beatam Virginem obiisse scribunt anno ætatis 62, qui fuit Christi annus 48, fateri debent nunc natam. sed de eius ætate lege *Baradium Tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 14. scribit *Dio* solenne quinquennium actum ob imperium Augusti. iisdem consulibus Augustus Galliarum prouincias lustrat vt indicat *Dio.*	30	737	761 191 1
3989	17	28	*Consules M. Liuius Drusus Libo, &* L. *Calpurnius* Piso. Bellum gestum cum Rhetiis & Vindelicis. victi hi primùm à Druso Tiberii fratre: deinde ab ipso Tiberio penitus domiti. *Dio. lib.* 54 *& Vellei.*	31	738	762 191 2
3990	18	29	*Consules M.* Licinius *Crassus*, *& Cn.* Cornelius *Lentulus Augur.* Hic Cn. Lentulus deuictis Getulis, postea Getulicus est dictus. Scribit Dio hoc anno ab Agrippa subactos Bosphoros, qui mortuo Asandro Bosphororum rege, fuerant à Scribonio sollicitati, hic regnum occupauerat sine consensu imperatoris. non triumphauit Agrippa. imo addit D*io lib.* 54 nemini alteri dignitate pari, triumphum imposterum, sed triumphalia tantum ornamenta decreta.	32	739	763 191 3
3991	19	30	*Consules Tiberius Nero (qui post Augustum imperabit) &* P. *Quinctilius Varus.* Augustus ordinatis in Gallia & occidente prouinciis, compositisque rebus Romam venit, consule eodem Tiberio, Augusti priuigno. Post eius aduentum in vrbem, mortuo Lepido Pont. Maximo (hic Triumuir fuit) Augustus in eius locum Pont. Maximus est factus. *Dio, & Suetonius*. signat *Ouidius l.* 3. *fastorũ.* Prid. Non. Mar. Aduertit *Scal. ad Euseb.* nõ à Senatu, sed à collegio Pontificũ creatũ.	33	740	764 191 4
3992	20	31	*Consules M. Valer.* M*essala Barbatus Æmilianus, & P. Sulpitius Quirinus.* Suffectos etiam consules habuit hic annus ex lapide Colotiano. Augustus in quinquennium moribus præficitur. & M. Agrippa diem clausit. *Dio.* hic vniuersum orbem in tabulæ formã descripsit. *Valater. in Geograp. lib.* 13. post Agrippæ obitum rebellantes Pannonii, à Tiberio subacti sunt. non tamen triumphauit, sed triumphalia ornamenta accepit. *Dio.* Iuliam nunc duxit Tiberius (Augusti gener factus) ab Agrippa viduam. Sicambri sollicitati à Gallis cum exercitu veniunt in Gallias. in hos missus Drusus feliciter pugnat. Herodes restaurationem templi Zorobabelis nunc perfecit, & Romam profectus duos filios Alexandrum & Aristobulum, quos in vrbem studiorum causa miserat, reducit in Iudæam. *Ioseph. vide qq. cap.* 14. *num.* 21.	34	741	765 192 1
3993	21	32	*Consules Q. Ælius Tubero, & P. Fabius Maximus.* Sicambros & Socios rebellantes subegit Drusus anno precedente. Ac Frisiis ad amicitiam populi Romani adductis Romam venit his consulibus, & Præturam init. inde ad bellum reuersus, Vsipetarũ agro vastato Vsipetes debellauit; facta etiam irruptione in Sicambrorum regionẽ. triumphalia ornamenta accepit. Imperatoris nomen à militibus Druso oblatũ; Cæsar non permisit. Drusum ne ouans postea ineat, mors prohibebit. eosdem honores accepit Tiberius, subactis Dalmatis & Pannoniis. qui iterum absente	35	742	766 192 2

Orbis.	Iudæs.	Augusti		Iulia.	V.C.	Olympia
			Tiberio rebellarūt. *Dio*. De Thracia & bello ibi gesto *Velleius*. & *Florus*. sed *Velleius* triennium dat huic bello, quod administrauit L. Piso Pāphiliæ gubernator. Est hic annus *Iosepho*, Herodis 28. cum quo componit Olympiadem 192. *scribit enim lib. 16. cap.* 9. his annis ab ipso notatis perfectam esse Cæsaream. sed vel ex hac inepta annorum comparatione quàm vitiosus sit passim Iosephi calculus, nemo non facilè, si attendat, videbit. plura tom. 2.			
3994	22	33	*Consules Iulius Antonius Africanus. & Q. Fabius Maximus.* Produnt *Dio & Suetonius*, hunc Iulium esse Antonii Triumuiri filium. ad hunc ita scribit, *Horatius, Pindarum quisquis studet æmulari, Iule ceratis ope Dedalea, nititur pennis.* Obiit eodem anno Horatius *ex Eusebio*. sed *Scaliger Eusebianus* notat esse biennii prochronismum. eodem hoc anno natus scribitur Claudius Caligula, *vide Suetonium*.	36	743	767 192 3
3995	23	34	*Consules Drusus Nero, & L. Quinctius Crispinus*. Hic Drusus bellum aduersus Germanos trans Rhenum felicissimè gessit. scribit D*io lib*. 65. hunc Drusum Tiberii fratrem, & Augusti priuignum, obiisse nunc consulem in Germania: & ipsum cum filiis Germanicum appellatum. Cæterum obiit anno ætatis 30 *ex Velleio*, ex fractura collapso super crus equo. finitur Historia Liuii in huius Drusi morte; *vt ex vltima epitoma vbi hoc narratur constat.* Augustus vitricus supremo funeri plures addidit honores.	37	744	768 192 4
3996	24	35	*Consules C. Marcius* C*ensorinus*, & C. *Asinius Gallus.* Augustus in decem alios annos constituendæ reip. potestatem accepit. D*io*. scribit C*ensorinus* mensem Sextilem his Coss. dictum Augustum, in Augusti honorem. causam affert D*io*, quòd eo mense præclara multa ei obuenissent. Augustus hoc eodem consulatu correxit bissextum. de qua re dixi supra ad *annum Iulianum* 19. *& qq. cap*. 19. Moritur Mæcenas Augusto à consiliis. *Dio*. Tiberius strenuè se gerens in Germania Sicambros diris afficit cladibus. & vectigales factos scribit *Velleius*. addit *Corn. Tacitus* deletū penè Sicambrorum nomen.	38	745	669 193 1
3997	25	36	*Consules Tiberius Claudius Nero secundùm, & Cn.* C*al purnius Piso secundùm.* Scribit Suetonius Tiberium gessisse consulatum tribus mensibus. Tiberius re feliciter gesta anno antecedente cum Germanis, nomine Imperatoris ab Augusto qui in Gallia manebat ornatus est. & acceptis Augusti ad Senatum literis, triumphat hoc anno *ex* D*ione & Velleio*. Scribit etiam *Suetonius* & curru & ouantem vrbe exceptum.	39	746	770 193 2
3998	26	37	C*onsules P. Lælius Balbus, &* C. *Antistius Vetus*. Augustus Tiberium & Priuignum & generum suum, hoc anno affecit honore Tribunitiæ potestatis. quod factum à Cæsare scribit D*io*, vt duos nepotes suos Caium & Lucium, se parum modestè gerentes, redderet modestiores. eādem Tribunitiam potestatem nunc Tiberio datam affirmat *Velleius*. & satis indicat *Sueton*. adhærebat Tiberio Thrasillus Astrologus, prænuntius eorum omnium quæ postea Tiberio aduenerunt. D*io*. *Euseb.* Missus est in orientem Tiberius ad recipiendum Armeniā, mortuo Tigrane. & mox	40	747	771 193 3

Orbis	Iudaeorū.	Augū.		Iulian.	V.C.	Olymp.
			eò etiam submissus Caius Augusti nepos: recepta Armenia est *vt narrat* Dio.. Apud Rhodios hæret Tiberius gemino agitatus dolore: quòd nempe nepotes Augustus dixisset Cæsares, & de vxoris Iuliæ impudicitia. quam postea exulare iubebit pater, de qua re plura *Velleius*, & de Armenia Dio.			
3999	27	38	*Consules Imp. Cæsar Augustus* 12 *&* L. *Cornelius Sulla.* Hunc 12 Consulatum dant nunc *Dio, & Plin. lib.* 7. Augustum etiam dant alii, sed sub alio consulatus numero. rectè *Suetonius* ab vndecimo cōsulatu Cæsaris numerat annos 17, vsque ad hunc ineuntem consulatum. & rursus hinc biennium inserit ante consulatum 13. Augustus C. Cæsarem, vt ait Zonaras, virili toga donatum, principem iuuentutis designat.	41	748	772 193 4
4000	28	39	*Consules* C. *Caluisius Sabinus, & Passienus Ruffus.* Qui honor anno antecedente habitus est C. Cæsari, idem nunc Lucio tribuitur. *Zonar.* hos Consules edunt *Cassiod. & Fasti Siculi.* Nullos expressit Dio.	42	749	773 194 1
4001	29	40	*Consules Cn. Cornelius Lentulus, & M. Valerius Messala, seu Messalinus Cotta.* Hos edunt Consules *Cassiodorus*, Dio. *Velleius, & Sueton.* Si Galba nunc natus est, vt ait *Suetonius*, & periit Imperator ac Consul anno. ætatis 72 vt scribit *Dio*, sanè vt dicamus occisum anno Christi 71, numerandi erunt duo extremi anni. Angelus Gabriel mense Martio annūtiat Mariæ incarnati Verbi mysterium. *Lucæ* 1. Visitat mox cognatam Elisabeth, nascitur Baptista. ac demū felici partu editus est humani generis Redemptor 25 Decembris, vti initio posterioris tomi ex professo obseruo. Id biennio ante Epocham Christi vulgarem euenisse obseruat *Scaliger ad Eusebium.* Sed de hac duplici Epocha Christi, quæue sit huius temporis verior ratio, explicabunt illius tomi prolegomena. Accepti huius beneficii memoriam, recolere solet die 25. Martii Dei Ecclesia à primis tēporibus, meminit *Aug.* 4. *de Trinit. cap.* 5. *&* 6. *Synodus cap.* 12. *apud Theodor. Balsa.* Id ipsum testantur tot veterum de hoc mysterio hymni, & grauiter scriptæ orationes. lege de hac re *Theodoreti Epistolam* 25.	43	750 ineunt ab Aprile	774 194 2
			DE CONSVLIBVS ANNI INSEQVENTIS.			
4002		41	*Consules huius anni prodit* Dio, *Augustum* 13. *& M. Plautium.* Hunc etiam Augusti consulatum 13 dat *Suetonius.* Imo & *Tacitus lib* 1. scribens Augustum æquasse Marium, & Valerium coruum, quorum ille septies, hic sexties Consul fuit. Colligi videtur *ex Velleio*, suffectum Plautio C. Caninium Gallum. scribit enim Augusto & Caninio Gallo consulibus, Iuliam filiam ab Augusto in insulam ob flagitium relegatam, idque accidisse annis 30 ante consulatum M. Vinucii, quem nos consulatum locamus ad annum Christi 32. constabitque sic ratio temporis Velleianæ: putando hos 30 annos, exclusis extremis. tot enim sunt ab anno Iphiti 775, ad Iphiti annum 806. si medios annos tantum putes.	44	751	775 194 3

Laus Deo & B.V.

QVÆSTIONES CHRONOlogicæ, ad iam datam temporum rationem firmandam, & explicandam institutæ.

Accesserunt Historiarum Synopses, singulis adiecta Periodis.

Cap. 1. de huius Opusculi, & Periodorum Argumentis,

Cum Admonitione ad Lectorem.

IN Chronologia hactenus exhibita, suam cuique rei iam dedimus
sedem fixam, omniáque reuocauimus ad annos ab Orbe condito 1
vsque ad Christum expansos, seu κατὰ πλάτος deductos; notatis ad
singulos annos rerum Scriptoribus singularum. Sed quoniam res
difficiliores, quę in illa tempora sæpe incidunt, non poterant sum- 2
ma cũ breuitate, quę ibi seruata est satis ibidem expediri & probari:
adiecta est hæc altera Pars Operis, complectens Capita 20 in quorũ octodecim prio-
ribus, quæ maioris momenti sunt comprobantur, prout res exigit, atque etiã histori-
cè explicantur. Quoniam enim Historia, & Chronologia duæ res sunt, prorsus inter 3
se connexæ; & mutuò sese iuuant ac illustrãt: data opera est, vt facta diuisione Chro-
nologiæ in varias temporum Periodos, cuilibet Periodo temporis, vel potius capiti
in quo ratio annorum illius Periodi expenditur, præmitteretur aliud caput, in quo
status illius temporis, velut in Historiæ Synopsi continetur. Quamuis reuerà, ob
Scriptorum penuriam, priora tempora, quæ non malè μυθικὰ dicuntur, tam obscu- 4
ra sint, vt vix ante quintam Periodum de profanis Historiis aliquid certi proferant.
Posteriora verò tempora pleniores habebunt Synopses, quibus præcipua saltem re-
rum per Orbem gestarum capita complectemur. Quod quàm necessariò in re Chro- 5
nologica faciendum sit, monebo iterum ad initium Capitis 20. Sed nunc sequentiũ
Capitum seriem & argumentum intuere.

INDEX CAPITVM,
Et Periodorum sequentium.

ADMONITIO AD LECTOREM, de re Chronologica.

GRatum fortassis erit(Amice Lector)&ab hac instituti ratione minimè alienum, nouisse, cur tantopere inter se dissentiant passim
6 Chronologi ; & quibus potissimũ præsidiis viam tenere possint, erroribus minus obnoxiam. Discrepātiæ non leuem dedit occasionem;imprimis communium Orbis,seu expansorum annorum inæqualitas,ex tēporum certè nascens obscuritate. Solent Orbis anni dũ putantur tēpora , accipi sæpè vt absoluti, & tanquam præcisè finiti; interdũ tamen aliter ab aliquibus enumerantur:hoc est,vt incipientes, labentes,aut prope exeuntes. Tā enim à nobis remota sunt prisca Secula, & anni nequaquam à Scriptoribus ad certum mensium ac dierum numerum expresſi, vt diuinare sæpe oporteat , an annus alicuius Periodi integer sit, vel minus absolutus. Ex quo facilè vides fieri posse,vt Chronographi etiam illi,qui annos alioqui ex veris colligunt fundamentis,dissentiant aliquantulum inter se , ob hanc solùm annorum absolutorum, & labentium varietatem. Hanc discordiæ radicem nullus est, qui non
7. agnoscat : & nonnulli , prolatis quoque in medium scripturæ testimoniis, explicatam dederunt. Sic quidem post primam Periodum nostram , si habet illa annos 1656. absolutos , interponendus videbitur annus 1657. pro Diluuio (nam annum durauit integrum .) vt faciunt recentiores aliqui : vel è contrario omittendus , *vt omisit Beda* , si anni primæ Periodi non censentur completi. Poneturque initium Diluuiij exeunte anno 1655.*de quo cap.5.num.*2. Simili ferè modo plerique , dum putant annos Regum Israel ac Iuda , triennium in tota illa serie absorbent inte-
8 grum ; quod tamen alij proferunt : his nempe labentes quosdam annos, illis absolutos esse suspicantibus. Rursus in Regibus Iuda speciatim recensendis , à quibusdam biennium datur Abiæ , ab aliis triennium:& Athaliæ Reginæ sexennium , pro septennio saltem labente. Sedeciæ Regi quidam 10. tantùm dant annos, alii vndecim: nec pauci *cum Scalig.*omittunt (licèt alio titulo)30. annos Cainā Iunioris:quos tamen nos ex solidiorib. vt apparet, fundamentis numerauimus. *Sed de annis integris iterum. c.*11.*n.*13. Aliæ enim causæ sunt,& non vna tātùm illius dissidii. *Eusebius*(&quidē malè) 12.ann.dat Regi Ammō:cùm tamen duos tātum habere debeat.Dissensio etiā est de
5 annis Græcorũ,*de quibus ex professo c.*17.*n.*8.Item de Iubilæi annis,initioque illius, *vt notauimus cap.9.nu.*3.Imò & de ipso quoque Mundi exordio; dum aliis ab Autumno, alijs à primo Vere repetenda videntur eius initia. Denique temporum Scriptores,

suarum Epocharum designantes interualla, seu interiectos annos; nonnulli solos interiectos illos ponunt in calculo, & *κατὰ πρόσθεσιν* collectos. Alii duos etiam extremos includunt, vel certè eorum alterum. Sed ex hoc capite non potest in re ipsa esse magna dissensio, dummodò liquidò constet de ipsis Epochis & Periodorum initijs. Sic nos Periodorum hæc initia, Æræ cuiuslibet, atque Epochæ sedē diligenter, quantum res patiebatur, firmauimus. Vt cum agitur de Iudicum annis apud Israelitas, de Troiano excidio, prima Olympiade, Roma condita, Nabonassaro, Cyro, Longimano, Alexandro, & similibus. Hæc si firma sint, & semel recepta, minus oportebit de interuallo esse sollicitum Lectorem, vtcunque numeretur, an cum extremo anno incluso, an sine eo. Imó nec semper curandum (quantum ad Chronographiam attinet) quorum & quot Principum annis repleantur interualla illa, dummodò constet benè de Periodis annor. communium seu expansorum. Sic quidem in Cyri, & Persarū Regum annis dissensio est, *vt moneo cap.* 12. & 15. tamen de tota Periodo satis constat. Verùm de dissensionis inter Chronologos causis hactenus, quas hîc attingere volui, vt minor te capiat admiratio Lector, si per aliquot annos ab aliis, præsertim ante primam Olympiadem, aliquando prudens & volens dissentiam.

Sed quænam, inquies, potissimum sunt, de his & similibus Quæstionibus, illa rectè sentiendi initia ac fundamenta? Hic vt omittam de illis dicere, qui vel rerum istarum 10.
lunt colligere;& quicquid hoc sit,nouè & sine ratione opinantur. Quapropter semotis in hunc finem comparatis Neomeniarum Tabulis, quibus tam exigua fides adhibetur;& non multum in noua illa methodo præsidii collocantes; priscorum authoritate Scriptorũ, sed maximè à doctioribus probata & diuino Sacrarum Literarum testimonio,quantum suppetent, contenti erimus; adhibita temporum collatione,& ratione ea, quæ solidioribus argumentis niti videbitur. recentiores Scriptores interdum citare operæ pretium erit, vt sic conspirantium in idem consensus Authorum appareat;interdum etiam, vt constet, qui dissentiant; nunquam verò, vt de industria ac contentiosè arguantur.Facio equidem *Iosephi Scalig.* mentionem non rarò(vt iam in omnium manibus est author ille) sed necessariò;& solùm, re vera,vt appareat,dum nostra firmamus, quas vir ille eruditus, contrarias sequatur in re Chronologica opiniones:& quibus argumentis discordare æquum sit ab eo, qui laborioso opere ea sæpe proposuit sequenda, quæ(vt modestissimè dicam) poterant ab ipsomet, aliter, si voluisset, tractari. Sed vt redeam ad nouam illam methodum Chronologicam, fateor me aliunde ferè, quam ex incertis priscorum Seculorum Neomeniis,& siderum Cyclis,Periodos temporum designare decreuisse; more scilicet maiorum,& via, vt spero, vtiliore, securiore, ac Sacris Literis magis consona. Sed redibit iterum de hac re mentio *c. 8. in fine.* De his breuiter monuisse Lectorem nunc sufficiat. 11

Restabat de Fastis Consularibus,quibus hîc vel plurimùm vtimur, aliquid addendum:sed hoc tantum in præsentia; nos Consules,quos vsque ad Christum citamus,adiecisse annis Orbis & Vrbis,ex probatissimis quibusque authoribus,variisque Fastorum Tabulis sed emendatioribus. In altera quoque Chronologiæ parte, quæ est à Christo,Cõsules æquè assignamus ad singulos annos.Et quidem satis fuisset eos ibi notasse vsque adConstantini annum 12.quod nos initium ponimusIndictionum: tamen ad annum Christi 476.quando collapsum est in Occidente Romanum Imperium,hanc Consulum seriem produximus.Imò vsque ad Christi annum 500. Durauerunt tamen in Oriente Consules, vsque ad Iustiniani annum 15 expletum, qui fuit Christi annus circiter 542. post quem Consules non amplius additi sunt Fastis. Quàm verò discrepantes habeat hæc Consulum consignatio sententias, & contentiosam litem,notauimus ad annum v. c.244.

Postremum hîc sit,si obserues,non eadẽ esse initia Olympiadũ,annorũ, Orbis, & expansorũ.Facilè enim hinc videbis,huius triplicis Chronologiæ annos nõ potuisse penitus ita cõponi,cõmittiue,vt præcisè sibi inuicem, & sine aliquo excessu respõderẽt.Neque aliud nunc præmittendũ: nã suis locis infra dicetur, quàm diuersa possit esse Chronologiæ ratio,quæ itẽ omnium optima:an Græca,perOlympiadas;an Romana,per annos Orbis,per Fastos,aut alio modo:ac denique quibus præsidiis firmãdum sit verum initium illorum 4.temporum de excidio Troiano,initio Olympiadũ, Romanis Palilibus,& Cyri Principatu.quæ,vt celeberrima sunt,ita in re Chronologica,sunt veluti fundamenta: vel rectè sentiendi, si benè collocentur, vel errandi, si ineptam nanciscantur sedem, in annorum serie. Solum aduerte Chronologiam quandam, quæ verè est anni Viterbiensis, sed circumfertur nomine Metasthenis, Berosi, & Philonis (quorum germana scripta iam diu antea interiisse constat)in multis carere fide,& esse fucatam. Habet enim sub speciosis titulis,multos & graues errores,seu etiam fabulas, *inquit Scaliger.* Imposuit quidem illa Chronologia doctis quibusdam nostri seculi viris, quorum aliquos retulit *Possevinus* noster *in suo Apparatu Sect.4.cap.1.* Sed egregiè ab aliis detecto tandem errore,reiecta est. 12

CAPVT II. CONTINENS SYNOPSIN *Historiæ,& statum rerum à creatione,ad Diluuium.*

Ab anno Mũdi 1. Historia.

QVæ in hac prima Seculorum Periodo gesta sint, qui fuerit rerum fuerit status, à cõditu Orbis, vsque ad Diluuium, vix ab alio Historico petere possumus, quàm à *Moyse.* Hic à *c. 1. Gen. vsque ad cap. 6.* horum annorum Historiam lucidè produxit.Et cùm alia quædam, tum Creatorẽ Deum & creationis opera egregiè describit.Ex quo illud primum & indubitatum hic iacitur fundamentum, 1

Rerum 1. productio.

suarum Epocharum designantes interualla, seu interiectos annos; nonnulli solos interiectos illos ponunt in calculo, & *κατὰ πρόσθεσιν* collectos. Alii duos etiam extremos includunt, vel certè eorum alterum. Sed ex hoc capite non potest in re ipsa esse magna dissensio, dummodò liquidò constet de ipsis Epochis & Periodorum initijs. Sic nos Periodorum hæc initia, Æræ cuiuslibet, atque Epochæ sedē diligenter, quantum res patiebatur, firmauimus. Vt cum agitur de Iudicum annis apud Israelitas, de Troiano excidio, prima Olympiade, Roma condita, Nabonassaro, Cyrò, Longimano, Alexandro, & similibus. Hæc si firma sint, & semel recepta, minus oportebit de interuallo esse sollicitum Lectorem, vtcunque numeretur, an cum extremo anno incluso, an sine eo. Imó nec semper curandum (quantum ad Chronographiam attinet) quorum & quot Principum annis replcantur interualla illa, dummodo constet benè de Periodis annor. communium seu expansorum. Sic quidem in Cyri, & Persarũ Regum annis dissensio est, *vt moneo cap. 12. & 15.* tamen de tota Periodo satis constat. Verùm de dissensionis inter Chronologos causis hactenus, quas hîc attingere volui, vt minor te capiat admiratio Lector, si per aliquot annos ab aliis, præsertim ante primam Olympiadem, aliquandò prudens & volens dissentiam.

Sed quænam, inquies, potissimum sunt, de his & similibus Quæstionibus, illa rectè sentiendi initia ac fundamenta? Hic vt omittam de illis dicere, qui vel rerum istarum 10.
aliqua ignoratione, vel praua etiam fortassis voluntate discedunt interdum à solidioribus Chronologiæ fundamentis: non desunt alij qui nihil agere putant Chronologum, sine vsu Periodi 7980 annorum, quam Iulianum vocant: lubricum esse existimantes, retro ab aliqua Epocha notare tempora, licèt à doctioribus ita fieri, assertor Iulianæ Periodi *Scaliger* fateatur. Sed habet sua incommoda etiam hæc Periodus, æquè ac per communes Orbis annos subducta temporis ratio. Nam si Iuliana ista Periodus, vt volunt, initium ducit à mense Ianuario (non item res aliæ permultæ) non potest sine magna inæqualitate, & fracturarum molestiis, quas patiuntur anni Orbis communes, aptari ad aliarum rerum gestarum initia: nec quidem vlla ratione accurata, nisi singularum rerum gestarum menses etiam, ac dies quis exploratos habeat. Atqui hoc ipsum vel ignotum est, vel ex Scriptorum fide pendet totum. Ex quibus satis apparet, communes Orbis annos (præsertim si bene constat de Periodorũ Epochis ritè firmatis) posse optimè ex recepta & veteri consuetudine retineri, relicta Iuliana Periodo. sed in ritè colligenda temporũ ratione, alia & prolixior iam nata est controuersia. Sunt enim, qui vel nouâ, vel locupletatâ nuper methodo, firmēt suas temporum Epochas, per variarum nationum Menses, per Nouilunia, Embolismos, Eclipses, & alia id genus minutiora. Hoc ego disquisitionis inuentum non contemno quidem, nec prorsus improbo, præsertim si exercendæ industriæ causa suscipiatur. Et in eo genere quid nuper præ cæteris *Ioseph. Scalig.* præstiterit *lege apud eundem ad annum Euseb. 1241. & 2029* Nec est res ab alijs quibusdam, præsertim Rabbinis, omninò neglecta qui temporum characteres, siue syderum, quos naturales vocant (vnde Solaris & Lunaris Cycli originem habent,) siue ciuiles, & ab instituto pendentes, quales sunt Indictiones, Iubilæa, annique Sabbatici, curiosius sunt perscrutati. Habet quidem considerationem non planè inutilem, nouisse quo cælesti charactere singula contigerint, quo mense etiam peregrino, qua feria, si tamen sciri possunt: cognouisse item Olympiadas olim celebratas, anni 5. pleniluniò apud Græcos, & plenilunio primi mensis (singulis enim quinquennijs ineuntibus incipiebat mensis à Nouilunio) an in nostrum Iunium inciderint, quo numerò Aureo, quo Cyclo Solari Romanò, quòd menses hic accipiantur pleni, non caui: habent, inquam, hæ similésque disquisitiones suum, si tamen veræ sint & accuratæ, fructum non comtemnendum: & certè vtiliorem etiam longè, si quis veras rerum Epochas inde repperiat. Verum neque hoc facile est, vt iam dicam: nec est pace *Scaligeri* eorum in Chronologia labor inutilis, qui his vel prætermissis, vel non ita curiosè semper obseruatis, ex alijs rectè sentiendi principiis veram Epocham temporum reperiunt. Quam re vera Chronologi multi hactenus æque feliciter ac per cælestes illos characteres, & nesciò quas Canonum Tabulas ex Germanoiudaico M. S. erutas, sunt consequuti: dicam etiam minus fallaciter, vt ad annum Christi 43. contra *Mercatorem* euicit *Vignerius*, & in Præfatione Operis sui collegit, contra *Scaligerum* de an. Sabbatico. Ego hanc Quæstionem, scitu non inutilem, sic explico. Ex obseruatione anni naturalis, & verorum motuum, colligunt rectè Mathe-

Scal. lib. 3. Can verbo Characteres.

sunt colligere; & quicquid hoc sit, noue & sine ratione opinantur. Quapropter semotis in hunc finem comparatis Neomeniarum Tabulis, quibus tam exigua fides adhibetur; & non multum in noua illa methodo præsidii collocantes; priscorum authoritate Scriptorũ, sed maximè à doctioribus probata: & diuino Sacrarum Literarum testimonio, quantum suppetent, contenti erimus; adhibita temporum collatione, & ratione ea, quæ solidioribus argumentis niti videbitur. recentiores Scriptores interdum citare operæ pretium erit, vt sic conspirantium in idem consensus Authorum appareat; interdum etiam, vt constet, qui dissentiant; nunquam verò, vt de industria ac contentiosè arguantur. Facio equidem *Iosephi Scalig.* mentionem non rarò (vt iam in omnium manibus est author ille) sed necessariò; & solùm, re vera, vt appareat, dum nostra firmamus, quas vir ille eruditus, contrarias sequatur in re Chronologica opiniones: & quibus argumentis discordare æquum sit ab eo, qui laborioso opere ea sæpe proposuit sequenda, quæ (vt modestissimè dicam) poterant ab ipsomet, aliter, si voluisset, tractari. Sed vt redeam ad nouam illam methodum Chronologicam, fateor me aliunde ferè, quam ex incertis priscorum Seculorum Neomeniis, & siderum Cyclis, Periodos temporum designare decreuisse; more scilicet maiorum, & via, vt spero, vtiliore, securiore, ac Sacris Literis magis consona. Sed redibit iterum de hac re mentio *c. 8. in fine.* De his breuiter monuisse Lectorem nunc sufficiat. 11

Restabat de Fastis Consularibus, quibus hic vel plurimùm vtimur, aliquid addendum: sed hoc tantum in præsentia; nos Consules, quos vsque ad Christum citamus, adiecisse annis Orbis & Vrbis, ex probatissimis quibusque authoribus, variisque Fastorum Tabulis sed emendatioribus. In altera quoque Chronologiæ parte, quæ est à Christo, Cõsules æquè assignamus ad singulos annos. Et quidem satis fuisset eos ibi notasse vsque ad Constantini annum 12. quod nos initium ponimus Indictionum: tamen ad annum Christi 476. quando collapsum est in Occidente Romanum Imperium, hanc Consulum seriem produximus. Imò vsque ad Christi annum 500. Durauerunt tamen in Oriente Consules, vsque ad Iustiniani annum 15 expletum, qui fuit Christi annus circiter 542. post quem Consules non amplius additi sunt Fastis. Quàm verò discrepantes habeat hæc Consulum consignatio sententias, & contentiosam litem, notauimus ad annum v. c. 244.

Postremum hic sit, si obserues, non eadẽ esse initia Olympiadũ, annorũ, Orbis, & expansorũ. Facilè enim hinc videbis, huius triplicis Chronologiæ annos nõ potuisse penitus ita cõponi, cõmittiue, vt præcisè sibi inuicem, & sine aliquo excessu respõderẽt. Neque aliud nunc præmittendũ: nã suis locis infra dicetur, quàm diuersa possit esse Chronologiæ ratio, quæ itẽ omnium optima: an Græca, per Olympiadas; an Romana, per annos Orbis, per Fastos, aut alio modo: ac denique quibus præsidiis firmãdum sit verum initium illorum 4. temporum de excidio Troiano, initio Olympiadũ, Romanis Palilibus, & Cyri Principatu. quæ, vt celeberrima sunt, ita in re Chronologica, sunt veluti fundamenta: vel rectè sentiendi, si benè collocentur, vel errandi, si ineptam nanciscantur sedem, in annorum serie. Solum aduerte Chronologiam quandam, quæ verè est anni Viterbiensis, sed circumfertur nomine Metasthenis, Berosi, & Philonis (quorum germana scripta iam diu antea interiisse constat) in multis carere fide, & esse fucatam. Habet enim sub speciosis titulis, multos & graues errores, seu etiam fabulas, *inquit Scaliger.* Imposuit quidem illa Chronologia doctis quibusdam nostri seculi viris, quorum aliquos retulit *Possevinus* noster *in suo Apparatu Sect. 4. cap. 1.* Sed egregiè ab aliis detecto tandem errore, reiecta est. 12

CAPVT II. CONTINENS SYNOPSIN HISTORIÆ, & statum rerum à creatione, ad Diluuium.

Ab anno Mũdi 1. Historia.

QVæ in hac prima Seculorum Periodo gesta sint, qui sue rerum fuerit status, à côditu Orbis, vsque ad Diluuium, vix ab alio Historico petere possumus, quàm à *Moyse.* Hic à *c. 1. Gen. vsque ad cap. 6.* horum annorum Historiam luculentè produxit. Et cùm alia quædam, tum Creatorẽ Deum & creationis opera egregiè describit. Ex quo illud primum & indubitatum hic iacitur fundamentum, 1

Rerum 1. productio.

Deum Opt.Max.æternum,cæterùm per se felicissimum, nulliusque rei indigum, *in principio*, hoc est (vt communior habet Patrum expositio) initio temporis, seu durationis creatæ, spectabilem hunc Mundum, imò & Angelos produxisse. Quamuis Angelorum creationem à Moyse prætermissam (qui ex instituto tantùm corporearum rerum creationem rudi adhuc populo describebat) sit probabilior sententia.
2 Non ergo ista corporea ab æterno produxit, vt falsò nonnulli Philosophi, quos sequutus est *Aristoteles*, putarunt. Nonnullos dico, nam si de Philosophis agatur, certè plures inter illos, (*vt fatetur ipse Aristoteles* 1. *Cæli tex.* 102) & insuper omnes ferè Mundi nationes, Mundum habuisse initium durationis profitentur.

Sed nec ex increata aliqua materia effecta sunt ista, vt sibi leuiter persuasit *Plato*,
3 nec ex atomis, aut fortuito rerum concursu, vt somniabat *Democritus*: sed qua est Deus omnipotentia, omnia prorsus ex nihilo effecit. Neque porrò hæc egit vlla necessitate ductus, sed liberè, & quando ipse voluit, iuxta sapientiæ suæ æternum decretum. Quam rem prolixè & ex professo probant, qui in Genesim ediderunt
4 Commentarios. Nobis satis est in hac 1 Periodo rerum gestarum originem, & primam causam paucis, vt postulat institutum, attigisse. In qua re (vt hoc etiam obiter addam) voluit Historicus noster *Moyses* Mundo ostendere, non tantùm esse in rerum natura Numen aliquod, & diuinam naturam: nec tantùm Deum esse vnũ, (contra Deorum impossibilem pluralitatem,) & in tempore, ac ex nihilo procreantem hoc vniuersum, contra citatos errores: sed etiam gubernari ab ipso omnia, contra eos, qui fato, & stellis, ac sine Dei prouidentia omnia confusè ferri somniauerunt. Atque hæc de prima rerum productarum causa.

gubernatio.

5 Secundò Historia hæc Sacra indicat ordinem seruatum circa istarum rerum productionem. Et quidem Angelos (tribus Hierarchiis, seu nouem Ordinibus distinctos) fuisse primò creatos, fuit aliquorum Patrum opinio. Quamuis certè probabilior longè sit sententia, simul duratione cum rebus corporeis conditos, vt rectè puto ostendi à *Vasquesio*, & recentioribus passim Theologis. Cæterùm ordo, quẽ specialiter à Moyse descriptum habemus (si fortè ille Angelos omisit) est huiusmodi. Primo die facta est lux. Secundo firmamentum, quod Deus cælum vocauit. Tertio congregatæ sunt aquæ, & vocantur mare, arida vocatur terra, & terra germinat. Quarto Sol & Luna, & totus astrorum chorus elucent. Quinto, est volucrum, piscium, & animantium degentium in aquis procreatio. Sexto, formantur quadru-
6 pedia, serpentes, iumenta, & tandem homo ad imaginem Dei. Septimo, requieuit Deus, & benedixit diei septimo, *Genes. primo.* Atque ita quidem Moyses. An verò hæc narratio Moysis per sex illos dies proponatur, vt fieret magis accommodata rudi populo, cùm tamen Mundus non per interualla temporum, sed simul factus sit: an è contrario fuerit particulatim, & per sex dierum interualla creatus, Quæstio est alterius loci. Priorem illam partem defendit *Augustinus lib.* 4. *de Gen. ad litteram cap.* 21. *ac sequentibus: Albertus* 2. *P. Summæ, Tractatu* 11. *q.* 40. *Philo Iudæus, in lib. de Allegoriis. Caiet. ad cap.* 1. *Gen. & Procopius Gazæus.* Posteriorem tamen, velut sibi probabiliorem prolixè asseruit *Pererius Tom.* 1. *in. Gen. cap.* 1. Atque hæc de ordine.

In productione seruatus ordo.

An omnia simul.

7 Tertiò spectari potest progressus rerum procreatarum, quæ pars Historiæ amplissimas apud Theologos habet disputationes: scilicet, de statu primi Parentis ante peccatum. De Paradiso terrestri, cuius descriptio habetur *toto cap.* 2. *Gen.* Item de peccato primi parentis, in quo omnes peccauerunt. *Rom.* 5. Et vnde sequuta est tum pœna ex iustitia, tum consolatio & misericordia, per promissionem reparationis: de quibus agitur, *Gen.* 3. Succedit Historia de cæde Abel per fratrem Cain perpetrata, cum maledictione, & desperatione, *c.* 4. *vsque ad v.* 17. Itẽ Genealogia Cain, *inde vsque ad finẽ capitis.* Ac denique Genealogia Adæ per posteros, vsque ad Noe terminũ 1. Periodi. De qua re *toto ca.* 5. Quibus si addas ex legitimo matrimonio institutam cõiunctionẽ, tota ferè habetur huius periodi Historia, quanta apud Moysen extat. Nec mirum non extare alia huius Historiæ fundamenta, cùm constet omnia fermè intercidisse Diluuio Noetico; & non habeamus authores Moyse antiquiores. Rectè enim notârunt *Euseb. l.* 10. *Præp. c.* 2. *ac* 3. *& Theod. de Græc. affect.* Moysen multò antiquiorẽ fuisse Græcis philosophis gentilibus. Idemque ex Chronologiæ huius periodis constabit. Quæ tamen vel tanquam certa colliguntur ex Moyse, vel vt dubia haberi possunt ex aliis, sunt ferè hæc, quæ sequuntur. Colligitur 1. ex Moyse *cap.* 4. tum Mechani-

Rerum procreatarum progressus. & Historia.

Artium inuentio.

cas, tum liberales aliquas artes tempore illius Periodi fuisse inuentas, & de Astrolo- *Gigantes.*
gia est communis traditio, *ex Cedreno, Rabbinis, & Iosepho.* Fuisse porrò tunc Gigan-
tes scribit idem Moyses ex filiis Dei & filiabus hominum genitos. Cuius denomi-
nationis rationem mox subiiciam. Sed de bello Athlantico, aliisque præliis ante Di- *Bellum Athlanticum.*
luuium, nihil certi habetur. Certè probabilius est, homines eo temporis spacio ad
extremas Asiæ atque Africæ partes incolendas non penetrasse. De Dynastiis Ægy-
ptiorum, quas eo tempore fuisse putat *Mercator, cap. sequenti.* Quis autem fuerit lo- *Paradisus.*
cus, quæue habitatio Adami ante peccatum, seu vbi fuerit terrestris ille Paradisus,
quis facilè explicabit? Adeo enim omnia Diluuio mutata sunt, vt nec illa 4. Paradi- 8
si flumina suam sedem, quam habebant ante Diluuium retinuisse putentur. Iam si *Reip. forma sub 1. Periodo.*
formam Reip. illorum temporum desideres, præter aliqua hactenus exposita, fuit
ibi coniugii institutio, dominium in bestias, ac in res alias. Lex item de obedientia,
& temperantia. Imò & pœnitentiæ legem ac virtutem ostendit Adam. Affirmat qui-
dem *Iustinus q.119. ad Orth.* (vel author illius operis) fuisse etiam receptum esum car-
nium: sed alii cur id negent videntur sibi colligere, *ex Gen.19.* Sicut *ex Gen 3.* colligitur *Religio qual*
vsus lanarum, & pellium. Quod spectat ad res sacras, & Religionem, Adam primus
parens sine dubio ad Ecclesiam Dei pertinuit, &, *vt ait Ireneus,* 1000 ferè annorum
luctu ac pœnitentia cœlum promeruit, (exactior calculus habet 930 annos). Dici ta-
men solet Ecclesiam cœpisse ab Abel, vt pote qui fuit insignioris notæ, hoc est, Sa-
cerdos, & Martyr, imò & virgo, ex cōmuni traditione. Ab hoc Abele, & fratre Cain, *Ciuitates duæ*
duæ illæ manarunt Ciuitates; de quibus latè *August. de ciuitate Dei:* & à duplici amo-
re, *vt idem notat lib.14. cap. vltimo.* Duæ item numerantur hic generationum series,
seu lineæ. Illam, quæ est ab Enos, auitæ religionis tenaciorem, sacram, & ad Chri-
stum deducentem, hic tantùm prosequimur in Chronologia, & eam solam, am- *Filij Dei.*
plum nempe diuini illius cultus testimonium. Denique, quamuis per filios homi-
num, & filios Dei, aliqui intelligant filios plebeiorum, & filios potentum: tamen
non malè alii volunt filias illas fuisse ex linea Cain, & filios Enos in altera linea,
dictos quidem filios Dei, quasi dicas filios pietatis, purioris Religionis. Enos enim,
crescente aliorum malitia, retinuit in sua familia veram pietatem: imò & speciali *Enos inuocat. nomen Dei.*
ritu auxit. Et hac de causa *Gen.4.* dicitur cœpisse inuocare nomen Domini, scilicet,
propter solemniorem ritum & cultum adhibitum. Nam alioqui iam inchoata
erat Ecclesia. An verò etiam hæc inuocatio illi tribuatur ob aliorum Idolola-
triam, tum nasci cœptam (dum ipse retinet veram Religionem) controuersia est
inter authores de prima origine Idololatriæ nondum sedata. Sed de forma vtriuſ-
que Reip. hactenus.
Restat Historia Henoch. Ea attingitur *Gen.4. vers.24.* vbi dicitur ambulasse cum
Deo, & *Hebr.e.11.* dicitur translatus, ne videret mortem. Hunc Eliæ sociandum esse, 9 *Henoch.*
vt sit testis secundi aduentus, est veterum traditio. *Vide Prosperum de Prouidentia cap.
6.* Hic prophetauit, *ex Epist. Iudæ vers.14.* libri Enoch citantur ab *Origene Hom.28. in
Num. lege Pererium tom. 1. in Genes.* De Noe, filio Lamech (sub quo contigit Dilu-
uium) dicendum Periodo sequenti. De Adami morte habes in annis expansis. Se-
pultus putatur (iuxta veterem traditionem Hebræorum) in agro Damasceno, vbi 10
fuit creatus. Patres tamen communiter notant, sepultum in illo Caluariæ loco, *Adam.*
quem Christi mors nobilitauit. *Ambrosius, Athana. Cyprianus.* Certè res incerta est.
De annis Mathusalem, *vide in Chronologia expansa, & ad finem cap. 3.* Hic vixit cum
Adamo & Noe, imò vsque ad annum Diluuii, & omnium mortalium diutissimè,
claudens primi Mundi annos, *vt obseruo cap.5. num.2.* Vixit porrò cum Adamo 243.
annis. Audire potuit Noë concionantem, & exponentem, quæ ab Adami ore acce-
perat. Concessa verò fuit hæc patrum primorum longæuitas, non ex sola locorum
commoditate, victus salubritate, temperantia & natiuæ temperationis bonitate, sed
vel maximè diuino singulari munere, vt per eos genus humanum multiplicaretur,
& essent columnæ Ecclesiæ, quasi viua Dei bibliotheca, & viuum testimonium dice-
rent de diuinis operibus, acceptaque à Deo doctrina. Ex quo facilè apparet Ecclesiæ *Successio continuata.*
continuata successio, constatque Fidem, Religionem, & Traditiones, potuisse opti-
mè deduci ab Adamo ad Abrahamum. Reliqua sub hac Periodo gesta sunt obscu-
ra; nec ferè plenior Historiæ, saltem profanæ Synopsis habetur ante Græcorum
tempora.

DE RECTA TEMPORVM INeunda ratione à creatione ad Diluuium, & rerum memorabilium sede.

CAPVT III.

1 EX nouem Periodis, quibus constat tota hæc Chronologia ab Orbe condito, vsque ad Christũ, prima quæ est à Creatione ad Diluuiũ, habet annos 1656. Neque est, quod de hac re quisquã nũc dubitet, adeò hic annorum numerus est authoritate & rationibus firmatus. Tamen vt constet, quomodo hic numerus colligatur, & simul à quibus authoribus fuerit aliter definitus, obseruare necesse est, *Hebraicæ editio, & 70. dissentiunt de his ann.* discrimen permagnum in hac annorum serie cõstituenda, inter Scripturam Hebraicam, cum qua conuenit hac in parte Vulgata nostra editio, & Editionem 70 Interpretum: iuxta quos hæc 1. Periodus habet Annos 2242. hoc est 586. supra 1656. quem tamen posteriorem numerum, vt veriorem; iuxta Hebraicos Codices iam assignauimus. Vt verò constet, qua ratione vtrique suum colligant numerum, considerandum secundo loco est, quod notat *Aug. lib. 6. de Ciuit. cap. 10. & Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 3.* in colligendis harum generationum annis, eos tantùm annos 2 sumendos esse, quos natus erat pater, quando genuit filium, eosque nos vocamus Chro- *Anni, qui Chronologici sint.* nologicos: reliquos vero; quos pater vixit, esse reiiciendos, quòd sint communes etiam filio, alioqui bis ponerentur, cùm recenseantur etiam in Chronologia filii. Iam anni, quos in singulis generationibus ante Diluuium nati erant patres, priusquam generarent filios, sic habent secundum Hebraicam Scripturam, & Vulgatam Editionem. Adam cùm genuit Seth, erat annorum 130. Seth cùm genuit Enos, erat 3 annorum 105. Enos cum genuit 90. Cainam 70. Malaleel 65. Iared 162. Henoch. 65. *Anni ex Hebraica translatione.* Mathusalem 187. Lamech 182. Noe tempore Diluuii 600. quorum annorum summa attingit annum 1656. ad quem nos in Chronologia posuimus Diluuium, sequuti Scripturam Hebraicam. An autem hos 1656 annos accipere oporteat omnino completos, quando accidit Diluuium, *expende ex cap. 1. num. 7. Item ex capitis huius fine, & cap. 5. num. 2.* Quo demum mense casus ille nobilis acciderit, *dicitur cap. 5. initio.* At verò 70 Interpretes hos annos, prout hic subiicio numerant. Adam, cùm genuit, habuit annos 130. Seth 205. Enos 190. Cainan 170. Malaleel 165. Iared 162. 4 Henoch 165. Mathusalem 167. Lamech 188. Noe cùm incepit Diluuium 600. Quorum summa efficitur 2242. Tantumque est inter hos, & Hebraicam Scripturam dis- *Anni iuxta 70 interpretes.* crimen in hac 1. Periodo definienda, aut certè plus minus. Restat nunc examinandum diligentius, vtri potius Translationi standum sit in hac annorum computatione. Non defuerunt multi, magnique authores, qui multum tribuerunt hac in re Editioni 70. Interpretum. Imò consueuisse antiquitus Ecclesiam, tantùm putare 5 annos secundùm 70. Interpretes concedunt adhuc non pauci, ac inter alios *Baro- Veri Translationi standum.* *nius in fine Apparatus ad Annales*, profert huius rei testes *Pomerium*, vel rectius *Iulianum Episcopum Toletanum*, *Athanas. Sinaitam*, *Antiochenum Episcopum*, *Theoph. Antioch. Episc. Cyprianum*, *Clemen. Alex. aliosque*, præter acta Synodica multorum Patrum, iuxta hanc computationem annorum assignata. Nihilominus Hebraicam Scripturam esse præferendam, quantum, inquam, ad Chronologiam attinet, (de qua sola nunc agitur,) sententia est, non modò recentiorum omnium, qui rectè aliquid de Chronologia assequuti sunt: sed etiam plurimorum veterum. Nec mihi dubium est, quin hęc sententia verior sit. ac 1. si Authores spectes, id asserit *Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 3* Nam licet ibi ab Adamo ad Diluuium numerentur anni 2656. certum ta- *Authores.* men multis apparet, hunc locum esse deprauatum, quia aliis in locis passim cum Scriptura Hebraica consentire videtur. ac proinde, cùm dicit annos bis mille sexcentos quinquaginta sex, detrahendum est illud, Bis, vt omnia constent. Accedit *Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 13 Hiero. lib. Hebraic. qq. super Gen. & Beda lib. de 6. ætatibus Mundi*: qui planè docent, standum esse Hebræis Codicibus. Tunc *(inquit Aug.)* eius linguæ potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio. Ratione

etiam constat, quia cùm Græci notis numerorum vtantur ferè semper, & in primis editionibus 70. Interpretum ita contigisse in promptu sit suspicari; potuerunt illæ notæ facile peruerti, & vitiari: Hebræi verò adhibuerunt propria semper numerorum nomina, vt omnes editiones Geneseos, & receptior apud eos cõsuetudo testantur. præterea Græci Codices 70. Interpretum fuêre olim varii in hac parte, & valde differentes, id quod satis notũ est ex antiquis Scriptoribus, qui sequuti hos Codices, longé diuersum annorum numerum tradiderunt, & alii maiorem, alii minorem ab Orbe condito ad Diluuium: licèt profiteantur illi omnes, se sequi 70. Interpretes. Id patet ex *Eusebio, Isidoro,* aliisque, quos citauit in hac controuersia *Baronius sub finem Apparatus*. Deinde si Codices Græcos 70. Interpretum sequi volumus, necesse erit fateri, Mathusalem vixisse post Diluuium annis 14. vel pluribus, vt ex eius ætate constare potest, subducendo annos, qui iuxta 70. Interpretes, vsque ad Diluuium excurrerunt: & tamen Scriptura tantùm 8. animas ait euasisse, scilicet Noe, tres filios, & horum totidem vxores. *Vide annum expansum* 687. & 1656. Postremò consentit Hebraica Scriptura in hoc, de quo agitur, cum Vulgata Editione, quæ omnibus est præferenda editionibus ex mente *Concilij Tridentini*, iudicioque Ecclesiæ Catholicæ. Eadem sententia, quæ est pro hac Hebraica veritate, probatur *Scaligero*, atque aliis etiam quibusdam, à Catholica veráque Religione dissentientibus: & hæc de ratione temporis. 6 *Ratione.*

Quod spectat ad sedem rerum memorabilium in hac Periodo, quæ nobis notæ sint, habent illæ in annis expansis suum locum, iuxta seriem personarum ibi descriptarum. De ipso verò Diluuio, in quo est terminus huius Periodi, dicendum est sequenti Periodo.

Solùm ventilata satis Quæstio de Noë hic expendenda est, an cùm genuit Sem, habuerit annos 500. vel 502. Sanè *Gen. 5. in fine* habemus Noë genuisse anno 500. & geniti numerantur Sem, Cham, & Japhet. Cœpit ergo tunc hos generare: tamen si, quod Hebræi docent, Sem non fuit primogenitus, (est enim res incerta) eius natiuitas rectè asscribetur anno patris 502. vt ponitur in Chronologia. non desunt tamẽ, qui velint Sem esse primogenitum, & proinde natum anno 500. Sed tunc oporteret affirmare Sem, quando biennio post Diluuium genuit Arphaxad, fuisse 102 annorum, cùm tamen *Genes. 11. vers* 10. tantùm habuerit 100. annos. Scio hoc à quibusdã eludi, sed expositione, vt mihi videtur, admodum violenta.

TABULA JUXTA HEBRAICAM

Supputationem, in qua vno intuitu, quæ hactenus dicta sunt, licet obseruare.

	Nascitur.	*Generat natus annos.*	*Vixit annos.*	*Moritur anno.*
Adam.	0	130	930	930
Seth.	130	105	912	1042
Enos.	235	90	905	1140
Kainan maior	325	70	910	1235
Malaleel.	395	65	895	1290
Iared.	460	162	962	1422
Enoc.	622	65	365	987
Mathusalem.	687	187	969. *saltem inchoatos.*	1655. *exeunte.*
Lamech.	874	182	777 *pauciores dãt* 70.	1651
Noe.	1056	502. *cùm genuit Sem.*	950	2006
Diluuium.				

Vides Genealogias Patrum non semper proponi per primogenitos, cùm sumatur hic exordium à Seth. 3. Adami filio: & multis placeat, Sem non esse primogenitum Noe, vt iam obseruatum est.

SYNOPSIS HISTORIÆ, ET DE Regnorum origine à Diluuio ad Abrahamum.

CAPVT IV.

1. *Ab anno 1656.* *Res gestae huius Periodi.*

SVmma capita rerum sub hac Periodo gestarum sunt ista, fabricatio Arcæ, Diluuium anni vnius, turris Babel extructa, diuisio linguarum, nationum dispersio, & Abrahæ natiuitas, qui rectè *ab Epiphanio pag.* 10 ponitur σύγχρονος Nino. Sicut autem, ex 1. Periodo apparuit maximè, Deum esse Creatorem; ita nunc maximè elucet eundẽ esse & seruatorẽ, & auxiliatorẽ, *à Gen. cap. 6. initio, vsque ad 12. cap. initiũ.* Singula autem ordine prosequitur Moyses. Ac 1. inter ea, quæ ante Diluuium gesta sunt, memorat causam illius, nempe malitiã peruersosque mores hominũ, *cap 6. vers. 5.* Deinde narratur diuina comminatio, & prædictio Diluuii, *vers. 7.* instructio ab fabricandã arcam, *vers. 14.* Quæ vero tẽpore Diluuii acta sint commemorantur, *toto cap. 7 ac sequenti.* Postremò quæ subsequuta sint, pactum de non futuro amplius Diluuio. *a* Confirmatio matrimonii. *b* Concessio ciborũ, *c* gladii potestas, *d* inuentio vini, *e* propagatio generis humani, ex Noë & filiis, *f* & repetitur Genealogia à Sem vsque ad Abraham *g.* Initia item Regnorum *h*, & post turris structuram, diuisio gentium *i.* Atque hæc Moyses de rebus huius Periodi. Ex quibus collige vsum nauigandi ab hoc exemplo Arcæ duxisse originem. Atque hinc posteri duce Iaphet ad insulas Occidentis penetrarunt, audax Iapeti genus, inquiũt Poetæ. Quinctiã negant aureo sæculo mare fuisse traiectũ. De Regnis mox. Quod attinet ad formam Reip. iam varias recensui Leges horum temporum, de coniugio contra vagas libidines, de homicidio, esu carnium, & similibus. Hebræi etiã 7. recensent huius Periodi & temporis præcepta, quæ magna ex parte volunt esse præcepta naturæ, vt non colere idola, Deum colere, publicum ius non lædere, cauere ab incestu, & nefando concubitu, non occidere, non rapere, & non tollere membrum viuenti animali. Religionis denique præcones, ac pietatis fuerũt tres Prophetę, Noë, Sem, & Heber. Ex quibus Noë Dei cultum prædicauit annis 120 ante Diluuium, exemplum altaria erigẽdi & sacrificandi reliquit posteris, ac Ecclesiam restaurauit, vt meritò. 1. *Pet.* 3. dictus sit præco iustitiæ octauus.

a cap. 8 v. 21. b cap. 9. v. 1. c vers. 3. d vers. 6. e vers. 20. f toto ca. 10. g cap. 11. h cap. 10. vers. 9. 10. i cap. 11. v. 4. & 7. — *Nauigandi vsus.* — 2 *Reip. forma.* — 3 *Religio.*

4 *Ab an. 1870. Regnorum initia prima.*

In hac secunda Periodi Historia, meritò fit mentio de Regnorum quorumdam initio, Assyriorum, Sicyoniorum, & Ægyptiorum in suis Dynastiis. Item Scytharũ, Amazonum, & Bohemorum. Quantum enim de re tam obscura haberi potest, rectè videntur reduci horum Regnorum initia aliqua (non enim statim perfectam Regni formam acceperunt) ad tempora Heber, Phaleg, Reu, Sarug, Nachor, Thare, & Abraham.

5 *Gentium prosapia, & antiquitas.*

Certè de antiquitate gentis, vt rem hanc à suo exordio repetam, certant Scythæ & Ægyptii. De qua re illud in vniuersum habetur ex traditione Hebræorum; notitiaque quam à maioribus acceperunt; Noemum, missis sortibus, distribuisse Orbem nepotibus, & à tribus eius liberis, tres Orbis partes præcipuas cœptas tunc numerari, retentasque postea à Geographis. Prima populi migratio, terræque distributa possessio è Babel, tanquam è diuisionis centro, prodiit: quam turrim *Iosephus* vult à nepotibus Noë fuisse ædificatam, quòd timerent nouum Diluuium, licèt *Moyses* referat ad superbiam. Ab hac ergo sortitione originem traxerunt nationes variæ, factumque est. vt ab Assur Assyria, ab Arã Armenia, à Gomer Cimmerii populi, vel etiã Cymbri, sicut à Magog Scythæ, & tandẽ Turcæ (*de quibus infra cap. 6. num.* 8.) & ab aliis Ducibus, aliæ nationes, vel nomina, vel originem acciperent, iuxta Rabinos, & illã Hebræorum traditã notitiam: iuxtáque progressum 72. Coloniarum, quas 72. Duces è Babylone duxerunt in varias Mundi partes. diligenter verò legendum est *c.* 10. *Gen.* vbi *Moyses* recenset Duces, & capita familiarum præcipua, licèt non omnia, à quibus gentes defluxerunt. Eamque rem totam *Perer. in Gen.* accuratè exposuit *Tom. 2. lib.* 15. Sed de propagatione ad remotas insulas, lege *nostrum Acostam in Morali Historia Peruanorum.* Hîc sufficiat primam dispersionis radicem attigisse. redeo ad controuersiam de Antiquitate. Mira fabulãtur Ægyptii *apud Herodotum, Diodorum, & Platonem* de sua antiquitate supra 30. annorum millia, & Solem volunt bis occidisse, vnde nunc ori-

tur, dum sunt Ægyptii. Non absimili vanitate Arcades se προσελήνους, hoc est, ante Lunam genitos dicebant, quam tamē Arcadum assertionem, ex conuicio natam, interpretatur *Scaliger initio. Proleg. lib. de Emend.* Sic Athenienses sese prædicabant αὐτόχθονας, quasi dicas, non terræ aduenas, sed indigenas, Aborigines. *lege Strabo. lib. 8. Iustinus etiā, lib. 2.* tradit fuisse inter Scythas & Ægyptios contētionē non modicam de gentis antiquitate. Sed fabulosa sunt hæc initia. Illud potius miror, *Mercatorem in sua Chronologia* Ægyptiis dedisse, & locum, & Dynastias plurimas ante Diluuium Noë. *Dynastia Aegypti.* Imò primos Ægyptios coniicit non multum abfuisse ab Adamo & 1. Mundi initio: quia, inquit, 16. illa Dynastia Ægyptiorum, à qua *Eusebius* inchoat annos Regum Ægypti, concurrit cum Anno Diluuii; & 15 illæ Dynastiæ, quæ præcesserunt, ingentem, vt putat, annorum numerum complecti debuerunt. Omitto eos, qui postulatitias tantùm Periodos proponunt, & longè ante Mundi creationem gratis excogitatas, ad faciliorem, vt inquiunt, ineundam rationem veri tēporis, quod est ab Orbe condito. Sic *Scaliger, in Chronologiæ Canonibus Isagogicis*, fingit Periodum Iulianam postulatitiam, & inchoatam longè ante conditum Orbem, & Mosaicas Chronologias. Quod ille tempus προληπτικὸν vocat, vsque ad creationem; deinceps verò historicum. Et sic facilè Aegyptiorum Dynastiis *cum Iulio Africano* locum dat, vt pote inchoatis, si Diis placet, ante *Moysis* Chronologiam. At cur non ante initium Periodi illius Iulianæ? Si enim fictioni locus est, licebit in infinitum huiusmodi temporum terminos, seu Epochas excogitare, quæ Periodum confictam illam Iulianam multis annorum milibus antecedant. Sed nos has temporum fictiones omittimus, vt inutiles, & solum ab Orbe condito veros annos, quæque ab illo tempore acciderunt, attingimus. Quod ergo spectat ad hæc tempora, sicut fictio est fuisse Dynastias vllas ante Chronologiam Mosaicam, seu ante Adamum 1. hominem: ita illud, quod indicat *Mercator*, reuerà etiam figmentum est, Dynastias Aegyptiorum fuisse ante Diluuium, feréque attigisse Mundi primordia. Et in primis repugnare hoc videtur. S. Scripturæ, quæ *citato cap. 10. Gen. vers. 32.* ait à filiis Noë gentes dissipatas, & per vasti orbis loca dispersas post Diluuium, & iterum *cap. 11. vers. 9.* ostendit discessionis caussam fuisse confusionem linguarum, vnde locus nomen accepit: nam בבל idem est, quod confusio. Ob hæc meritò consentiunt cordati Scriptores hanc diuisionem per colonias accidisse tempore Phaleg, qui proindè à patre Heber accepit prophetico spiritu nomen à diuisione sumptum, nimirum quando natus est, vt est probabilior *August.* sententia, de qua inferius. vel saltem nomen illud accepit sub finem vitæ, nato iam Abrahamo, vt putat *Genebr.* quicquid enim nunc dicatur de anno nominis positi, certè accidit post Diluuium. Quod autem de 15. illis primis Dynastiis circūfertur, eas ab *Africano*, & à solis *Aegyptiis* accepit *Eusebius*, ob quorum figmenta, vel maximè, tempus illud à plerisque ante Diluuium dictum est, μυθικόν. Et quis credat *Mercatori*, ab ipso statim Mundi exordio ita filios Adæ multiplicatos, & non tantùm Mesopotamiam, ac vicina Paradiso loca, sed & remotam Aegyptum vno ferè centenario repleuisse, vt etiam Dynastiis locus esset. Certè quod de illis primis 15. Dynastiis proditum est, meritò videtur multis fabulosum: & quæ *Eusebio* est 16. non malè fortassis 1. nominabitur. Aliis etiam titulis notantur hæ familiæ Aegyptiorum, quàm quos ponit *Eusebius*. nec desunt, qui ponant tres Pastorum Dynastias. *Ioan. Annius ad Supplementum Manethonis* inchoat illas 15. Dynastias, anno post Diluuium 131. qui nobis est annus Mundi 1787. quo nimirum tempore facta est illa discessio, & linguarum diuisio. at durasse eas putat annis 161. & sic numerat ille 292 annos à Diluuio vsque ad initium 16. Dynastiæ, quæ *Eusebio* appellatur Thebæorum: quem annum ille vult, esse primum Abrahæ, & 43. Nini. Plura de Dynastiis *c. 6.* Et hactenus de Antiquitatis Quæstione. Quamuis autem incerta sit, vt vidimus Dynastiarum harum origo, nihil tamen vetat, quo minus, omissis prioribus, saltem decimam sextā & sequentes Eusebianas Dynastias attexamus annis nostris expansis. quod aliquam habeant ex familiæ posteriores affinitatem cum sacra Historia: quamquam annorū ratio Eusebiana, quoad Dynastias satis incerta sit. Earum primam locauimus ad annum Mundi 1978.

7 *Conficta tempora.*

8. *Dynastia quādo cœperint.*

Aegyptios imitantur Sinarum Chronologi. Sinæ à multis annorum milibus suos numerant Fastos. Huius quidem antiqui, & sanè nunc amplissimi, Imperii Reges dedit *Scaliger in Can. Isag.* nempe à Vitey 1. Rege, quem putat non multum abesse à fine 13. Dynastiæ Aegyptiorum, vsque ad Bonog Regem, anno Christi 1580. regnan- *Sinæ.*

tem. Quo toto interuallo colligit ille annos 4397. tot autem nobis anni sunt, ab anno Orbis 1184. (qui annis 472. præcessit Diluuium) vsque ad citatum illum Christi annum. Ex quouis autem probabili annorum orbis calculo, habetur principium huius Regni fuisse aliquot saltem annis prius Diluuio. Figmentum reuera æquè absurdum, ac est *Mercatoris* somnium de Ægyptiorum Dynastiis iam refutatum.

9 *Regnum Babylonicum.* Restat, vt quæ de Regnorum origine magis sunt comperta, proferantur. Pendet hoc in primis ex illis verbis *Gen.* 10. *vers.* 6. Filii autem Cham, Chus, Mesraim, Phul, & Chanaam. Et quidem progenies illius Phul omittitur à *Moyse* velut obscurior cæteris. A Chus autem secundùm omnes (si excipiam vnum vel alterum de religione, & vulgata editione malè sentientem) ducitur origo Æthiopum. Mesraim primus Aegyptiorum fuit fundator & parens. Chanaam Iebusæos, Hethæos, & reliquos vicinos pro posteris habuit. Postea subditur *eodem cap. vers.* 8. *Porrò Chus genuit Nemrod, ipse cœpit potens esse in terra.* *Nemrod quis fuit.* Hunc Nemrod gigantem vocat *Augustinus lib.* 16. *Ciuit. cap.* 3. Hic, ob magnitudinem virium primus putatur affectasse Tyrannidem. Ad maximam certè peruenit potentiam, primòque Babylone regnauit. Verba Moysis sunt, *initium Regni eius Babylon. Gen.* 10. Dictus est in Scriptura robustus venator, vt hac metaphora intelligas virum etiam crudelem & sanguinarium, iuxta communem interpretationem, ad verba illa *Genes.* 10. *vers.* 9. גבר ציד לפני יהוה Gibber Tsaiid liphne Iehoua. Hoc est; potens, seu fortis venatione in facie Domini. Sicut 2 *Reg.* 2. *vers.* 16 eadem etiam voce, insolentes fortes denotantur, ויקרא למקום ההוא ׳חלקת הצרים Vaiicra Iammacom hahou Chelcath Hatsurim. Ager robustorum, alii vertunt, acierum gladii.

10 Hunc Nemrod multi putant fuisse, quem prophanæ Historię vocant Belum, patrem Nini: regnasse Babylone annis 65. ait *Euseb.* & vt mox subiiciam, annis non paucis post discesionem factam aliorum in varias Mundi partes. Adde *August.* 16. *de Ciuitate cap.* 3. 4. & 17. Consentit. *Hyeronymus in cap.* 2. *Oseæ*: alii alium fuisse putant, vt videre potes apud *Mercatorem.* Sed placet multis *Augustini & Hieronymi* citata sententia, Nemrod fuisse Belum. Quoniam qæu de vno scribuntur, conueniunt alteri, vt putant, omnia. Vterque enim scribitur Babylonis fundator, Belus apud prophanos, Nemrod apud Moysem. Vterque ferox & crudelis describitur. Sic potentem venatorem vocauit *Moyses.* Deprehenditur denique, hunc & illum regnasse Babylone circa idem tempus post Diluuium. F*uit*, inquit Moyses cap. 10. vers. 10. *Principium Regni eius Babylon. & Arach, & Achat, & Chalanus in terra Sennaar*: quas vrbes aliqui reddunt posteriorum temporum nominibus, Edessam, Nisibin, & Seleuciam, per regiones Babyloniorum.

11 *Babylon.* Obiici potest, fuisse alios Babyloniæ conditores, vt historiis proditum est. Verùm nihil hoc officere huic sententiæ intelliget facilè, qui ex historiis obseruabit Babylonem sæpe ædificatam & reædificatã. Primùm enim, quòd à Gigantibus ædificatam scribunt prophani Scriptores, hoc partim ad turrim, tempore Phaleg, partim ad amplam ciuitatem conditam à Nemrod 83 annis post confusionem linguarum, vt ego interpretor, referendum est. Tandem progressu temporis Euphratis inundationibus penè vastatam reparauit postea Semiramis magnificè. Deinde verò, *vt author est Diodorus lib.* 2. qui secuti sunt Assyriorum Reges, relicta Babylone cum sedem Imperii præcipuam fecissent Niniuem, iterum variis casibus vastata est Babylõ, donec tandem vltimò euersâ Niniue, Nabuchodonosor Babylonẽ restituit amplissimã, & regiam vrbem esse voluit. Non igitur dissentiunt, qui à variis Babylonem ædificatam concedunt.

12 *An Belus fuerit primus Babyloniæ Rex.* Obstare tamen adhuc videtur illi sententiæ de Belo, Nemrod quidem primùm regnasse Babylone ex *August. & Hierony.* citatis: Belum tamen non fuisse ibi primum Regem. Sunt quidem aliqui, qui nolunt Belum in Orientis partibus primùm regnasse, sed primos fuisse Chaldæos, imò post hos, vt scribunt, regnarunt Arabes, & tandem Belum Dynastiæ Arabum euersorem volunt Assyriorum Regno initium fecisse. Ita ex *Africano*, & aliis visus est sibi colligere *Scaliger lib.* 3. *Cano.* Maior tamen optimorum authorum pars, Belum facit primum & Babylonis conditorem, & Babyloniæ Regem nominatum. Nec discordat ratio temporis, sed fauet potius. Nam à Diluuio, ad initia Regni in Belo, sunt in nostro calculo anni 214. quo interuallo non potuerunt Regna esse valdè ampla, aut tot nationum diuturnæ Dynastiæ, quot ponit *Scaliger.* Maximè verò, quia constabit *cap.* 5. *num.* 9. primam discessionem nationum factam è Babel nascente Phaleg à quo tamen ad Regnum Beli (qui Nemrod putatur) tantùm nobis sunt anni 83. hoc est ad initium Regni Babylonici. His adde Cham genuisse Chus, & ex Chus accepisse nepotem

Nemrod. Ex quibus iam omnibus satis constat, confusionem linguarum, & hinc natam dispersionem rectè posse cum Regno Nemrod Babylonio consistere, inchoato nempe in Nemrod nepote Cham, & annis illis 83 post turrim Babylonicam & confusionem linguarum. Quo interuallo, si ante Belum ponantur Chaldæi, & Arabes, non est cur in re perobscura quis contentiosum se præbeat. tamen qui post annos illos 83 & ædificandæ turris intermisionem, ciuitatem Babylonem amplam fundauit, primus fuisse videtur Belus, *ex August. 16. Ciuit. cap. 4. Beroso Annij, & aliis.* atque hæc de initio Regni Babylonici, & de primo eius Rege in vtramque partem probabiliter dicta sint. Quia tamen alterutra eligenda est, libentius in posteriori sententia *cum Euseb. August. Hieron. & plerisque aliis* conquiescimus, Nemrod esse Belum, & Babyloniæ conditorem, annis, vt existimo 83. à nato Phaleg, & linguarum confusione. An verò sub nescio quibus vel Chaldæorum, vel Arabum Dynastiis, alius etiam reperiatur siue Rex, siue conditor, diuinare nihil interest; tenemus satis receptum Babylonici Regni initium.

Assyriorum Regnum quale habuerit initium subindicauit *Moyses cap.* 10. his verbis. 13
*De terra illa (*Sennaar*) egressus est Assur, & ædificauit Niniuen.* Græci vrbem hanc Νῖνον *Assyriorum Regnum.*
vocant, Hebræi נינוה Nineua Νινυα, vel potius נינוה Nineue, Νινευή: Interpretes 70 Νινευὶ à Nino Beli filio sumpta denominatione, non autem à Ninya Semiramis filio & successore. De anno verò euersæ tandem huius ciuitatis, & Assyriorum accuratiore Chronologia, *ex professo dicendum est cap.* 5. Nunc tantùm de origine, eaque historica. Maior Historicorum pars ait, à Nino Beli filio inchoatum Imperium Assyriorum: qui non contentus modico Regno paterno Babylonico, Assyriam obtinuit. Putant etiam aliqui Semiramidem vxorem, dotis nomine attulisse Nino Regnum Assyriorum, atque ex duobus iis Regnis conflatam Monarchiam, cui Imperio primũ præfuisse Ninũ *dixit Hier.* Quamuis si ab vxore accepit, non fuisset primus Assyriorum Rex. *Hyeronimo* consentiunt multi. *lege Iustin. & Plin. lib 6. cap. 13.* Sed controuersia est, an Ninus iste sit Assur, de quo *Moyses*, & à quo ait Niniuem conditam. *Ninus sitne Assur.*
Iosephus lib. 1. Antiq. August. 16. Ciuit. cap. 3. & Hieron. in Traditionib. Hebra. putârunt hũc Niniueum Assur, esse filium Sem, quem Moyses Assur etiam nominat: tamen cùm faciant Ninum filium Beli tum hi authores, tum alii; & constet supra, Belum esse Nemrod, nepotem Cham, consequens est Ninum non esse ex Genealogia Sem. Atqui Ninus est Assur Niniueus, vt post alios plerosque non malè colligit *Scaliger in Eusebium.* Et præterquam quòd ratio temporis consentiat, habemus conditorem Niniue ex *Moyse* esse Assur, ex prophanis Scriptoribus esse Ninum (à quo *Ctesias.* Assyriorum Reges numerat, sicut *Africanus* à Belo.) Manet ergo hunc Assur Niniueum esse ex semine Cham, diuersum à filio Sem. & quem nos hic Ninum vocamus.

Et hæc de Monarchiæ huius obscuro initio, cuius etiam progressus, varias post Assyrios habuit Dynastias; nempe Medorum, Persarum, Macedonum, Parthorum, Persarum iterum tempore Alexandri Mammææ, Saracenorum, Turcarum, Tartarorum, & hodie tandem Sophianorum in Perside. Cæterùm Regna hæc quo Mundi anno sint inchoata, & quandiu durauerint, quæstio est sequentis capitis propria; horum Regnorum reliquam Historiam attingent, quæ deinceps sequuntur Synopses. 14
Certant Scriptores de Aureo illo Sæculo, tantopere à veteribus Historicis, ac Poëtis *De sæculo Aureo.*
decantato, sub qua potissimum temporis Periodo contigerit. *Iustinus, Macrobius, Diodorus, & non pauci alii,* illud ad tempora Heber & Phaleg retulerunt, ob insignẽ morum simplicitatem, virtutis studium, & ingenia hominum ab omni ambitione, Tyrannide, & iniustitia tunc abhorrentia. Ego sanè non vnius Sæculi, sed nec vnius nationis hæc felicia tempora fuisse existimo: putoque apud nationes varias, & vel maximè, quo erant illæ vicinores suis initiis bene institutis, floruisse hæc simplicitatis & virtutum semina. Sic Itali suum habuere Ianum & Saturnum: idque 150 annis ante euersum Ilium: si vera referunt Græci apud *Eusebium, & Augustinum.* Sic apud Persas sub Cyro, atque alibi, donec posteriora sæcula, morum corruptione ex aureis ferrea euaderent.

DE RECTA TEMPORVM computatione à Diluuio vſque ad Natiuitatem Abrahæ, ac rerum memorabilium ſede.

CAPVT V.

1 *Diluuii tempus.*

INcipit hæc Periodus à Diluuio Noëtico. huius Cataclyſmi annū aſſignamus 1656. vel 1657. vt mox ſubiiciam, quamuis de menſe ac die nihil potuerit in annis expanſis notari. Tamen quando Sacræ Literæ non tantùm annum, ſed etiam menſem ac diem deſignant; huius quoque temporis & minutiarum diſquiſitio aliqua facienda eſt. Itaque *Geneſis* 7. habetur creuiſſe aquas Diluuii 150 diebus, cœpiſſeque Diluuium menſe 2. *& cap.* 8. terra dicitur arefacta menſe 2. anni inſequentis, & menſis die 27. & ſic quidem integro anno Solari duraſſe Diluuium ſatis notum eſt *ex Gen. vbi cap. 7. verſ.* 11. narratur inchoatum menſe 2. anni 600. vitæ Noë, die 17. finitum verò menſe 2. anni 601 (vitæ ſcilicet Noë) die 27. quando arefacta eſt terra, *ex cap. illo* 8. *verſ.* 13. *&* 14. Porrò hoc totum tempus vnius anni collegit per menſes & dies *Mercator initio huius Periodi*. Et hos ipſos huius Diluuii menſes 12 retulit ad noſtros menſes *Genebrard. in Chronologia*, ſed ſecutus *Hebræos*; ponitque primum Diluuii initium à menſe Octobri. Cæterùm *Genebrard.* videtur 40 illos dies, *de quibus Geneſ. 7. verſ.* 17. excludere à numero 150 dierum, *de quibus ibidem in fine capitis*; cùm tamen multi numerent illos 150 dies, non à fine 40 dierum, ſeu quadragenariæ pluuiæ, ſed ab ipſo primo initio Diluuii, & inchoatæ pluuiæ. quo etiam poſteriori modo numerauit *Mercator* illos 40. dies. Sed certè accuratior cæteris in hoc fuit *Scaliger lib* 5. *de Emend. cap. de Diluuio.* quo etiam loco primum menſem Diluuii refert ad noſtrum Nouembrem; atque ita deinceps. Ex quo fiet inchoatum fuiſſe Diluuium exeunte anno 1655. (ſi annus 1056. eſt verè primus Noë), & inde creuiſſe aquas per quinque menſes: hoc eſt, à 17 Nouemb. anni 1600. (*Gen. 7. verſ.* 11. 12.) vſque ad 14 ſequentis Aprilis. Duraſſe porrò reliquum Diluuium vſque ad tempus illud arefactæ terræ, ſcilicet ad 27 diem ſecundi menſis, anno 601. *ex Gen.* 8. *verſ.* 14. 16. ſed ne in iis minutiis ſim prolixior, ſatis ſit pro inſtituto oſtendiſſe Diluuium duraſſe anno vno Solari, ſeu 365 diebus, qui eſt maior anno Lunari per 11 fere dies. Tamdiu etiam manſit Noe in arca, niſi fortè (quod aliqui volunt) dicat quis Noë ingreſſum arcam 7 diebus ante Diluuium.

Anno vno durat.

2 *Quo menſe cœpit.*

An contigerit anno Orbis 1656.

Illud explicandum ſupereſt quod ſtatim initio huius Capitis dixi, de anno Diluuii ambiguo. *Scaliger lib. 5. Emend. cap. de Diluuio poſter. edit.* cum magna aſſeueratione pronuntiauit eſſe annos 1656 abſolutos ante Diluuium. ſed cum bona eius venia, neque tam certum hoc eſt, nec fortaſſe verum. Quid enim, ſi quod olim, poſt multos alios, ille verius putauit, Mundus cœpit primo Vere: Diluuii verò initium, *vt idem author nunc docet*, Sole in Libra: vel certè è contra Diluuium referas ad Aprilem, *vt aliqui fecerunt*, & Cataclyſmi initium ad Autumnum? An non oportebit ſaltem eſſe annorum fracturas à conditu Orbis ad Diluuium, ex inæqualibus illis initiis? & finge in eundem planè menſem, quod nemo adhuc euicit, incidiſſe vtriuſque rei initia, quis colligere adhuc poteſt ex Moyſe, reliquos annos omnes Chronologicos, & repetito Epilogiſmo collectos ex poſteris Adami, fuiſſe integros? Difficile ergo eſt definire, velut rem exploratam, incidiſſe Diluuium in annum 1657, potius quàm in præcedentem. quare non eſt contemnenda eorum ſententia, qui 1656 annum dant Diluuio, eumque ponunt annum Diluuii integrum. Sic enim fiet, vt cùm Scriptura dicat incidiſſe Diluuium in annum 600 vitæ Noë, inciderit etiam integrè in annum Orbis 1656. Nec noua hæc opinio eſt; ſed quam ante multa ſæcula docuit *Beda*, nobilis author, *libr. de ſex ætatibus*. Vt mirum ſit *Scaligerum* non tantùm dediſſe 1656 annum exeuntem incipienti Diluuio, ſed rem ita certam pronunciaſſe, vt neminem vnquam dubitaſſe affirmet. Sanè quæſtio eſt ex incertis fractionibus annorum dependens, *vt obſeruo ad initium cap. 9.* & cùm trahi poſſet in vtramque partem, ab iis, qui contentioſi eſſe velint, ſatis eſt hîc indicaſſe rem non eſſe tam certam, nec verò tam receptam de anno 1657. vt aliqui pronuntiarunt. Satis video quid obiici poſſit, de vltimo Mathuſalom anno incidente in annum 1656.

1655. exiens 600.

1655.

1056. 600.

1656.

hoc est in tempus Diluuii. Verùm, quod huius Epilogismi est fundamentum, quis tandem demonstrabit, & 1. Mundi annum, & illum 687 nati Mathusalem, ac demũ vitæ vltimum fuisse integros?

Iam ab hoc Diluuio ad natiuitatem Abrahæ, secundum 70 Interp. anni sunt 1122. iuxta aliquos codices: vel etiam 1172. si (quod aliqui faciunt) dentur Nachor anni 179. iuxta alios codices sunt in hac Periodo anni 942. sed in huius Periodi ineunda ratione temporis ex codicibus 70 Interp. valde erratum est, & supra iustum calculum plures annorum centenarios adiectos esse constabit. His ergo omissis codicibus, Hebraica editio etiam in hac Periodo, vt & in præcedenti videtur præferenda, & iuxta eam tantùm sunt anni 292. Quod *ex Gen. cap* 11. satis constat, ac notant *Geneb. Iosep. Scaliger,* & alii passim. Est tamen hîc dignum obseruatione (licèt in Hebraica, & vulgata editione ita sit, vt dixi, tantùmque sint anni 292) videri aliquibus prætermissam ibi vnam generationem, quæ est Kainan, quam *Gen.* 11. *Interp.* 70. apposuerunt, & *D. Lucas* probauit. Si autem propter hunc Kainan addas priori Hebraico numero annos 30 (qui solent communiter addi) fiet, vt tota hæc Periodus habeat annos 322. sed hoc ipsum iam examinandum est. Quæstio ergo est, & sanè difficilis, an admittenda sit ista generatio Kainan, inserendaque inter Arphaxad & Sale, vt *Lucas & 70.* affirmant, an verò reiicienda, quod non reperiatur in vulgata & Hebraica editionibus: deinde si admittitur, quot ideo anni addēdi sint illi probabiliori Hebraico calculo. Torsit hæc quæstio modernos Scriptores vel plurimùm, vt ex diuersis eorum sententiis licèt obseruare, quas collegit *Pererius Tom.* 2. *Gen. lib.* 16. *disp.* 11. Illud autem primò hîc asserere meritò possumus malè ab *Eugubino Gen.* 11. insimulari hac in parte erroris 70 *Interp.* Nec verò ille multò magis parcit authoritati *D. Lucæ Euangelistæ.* Sed neque multo solidius est, quod ad *cap.* 3. *Luc.* affert *Caiet.* consentientibus ferè *Iansenio* & *Geneb. D. Lucam* secutum errantes 70 *Interp.* ideo excusari, quia id, inquiunt, scribere voluit, quod in editione 70. tunc hominum opinionibus recepta sciebat cōtineri. quasi verò Euangelista, & indubitatus assertor veritatis, pluris fecerit quod in opinionibus hominum tunc fuit, vt illis satisfaceret, quàm quod verum erat. Probabilius aliquantulum loquuntur illi, qui ita putant contextum *D. Lucæ* esse legendum, & restituendum: *(qui fuit Sale, qui & Cainan)* quasi idem sit *Sale & Cainan*, tantumque loco particulæ, *fuit*, substituendam esse particulam, *&*. sed huic etiam opinioni obstat tum authoritas 70 *Interp.* tum etiam, quòd lectio ista *Lucæ* noua sit, & in nullis hactenus codicibus reperta. Cum ergo à nemine sine leuitatis nota dici possit contextum *Lucæ* esse corruptum, satis adhuc pro Kainan pugnant *D. Lucas*, & 70 *Interp.* communi & iuncto consensu, quorum authoritas coniuncta sanè est grauissima. Quid ergo statuendum? certè quod ponimus in Chronologiæ annis expansi, retinendum esse Kainan. Moueor autem optima, vt apparet, ratione: nam cùm tota difficultas huius Quæstionis sita sit in conflictu duarum authoritatum in specie pugnantium: illa tamen, quæ facit contra Kainan, sumpta ab editione Hebraica, & vulgata solùm est negatiua: qui modus arguendi ab authoritate non solet esse efficax, & præsertim in re Genealogica, cùm videamus ac fateamur omnes in simili materia & narratione, aliquas in Scripturis esse prætermissas generationes, vt à *Matthæo* in 2. Thesseradecade. Ex altera verò parte, pro Kainan habemus affirmantem authoritatem, eamque grauissimam, *D. Lucæ & 70. Interp.* consentientium in idem: quorum assertionem falsam esse non est passus Spiritus sanctus. Demum quid si (quod non pauci affirmant) illud etiam respondeamus: fuisse in Hebræis codicibus illam generationem, quo tempore à 70 *Interp.* vertebatur in Græcum, & excidisse vitio librariorum. Vtcunque sit, sanè in sententiam D. Lucæ consentiunt grauiores nostri temporis authores, vnà cum *Beda*, qui *Præfatione in acta Apostolorum* rectissimè colligit *D. Lucam*, Spiritu sancto calamum regente nullatenus falsum scribere potuisse. Nec ampliore eget res hæc probatione, vt existimo. Restat pars altera Quæstionis, quot anni sint addendi propter interpositum Kainan. Et quidem videri posset addendos esse 130 annos, quia tot habent 70 *Interpretes* citati. Nam iuxta emendatiores eorum codices, hæc annorum series apud eos reperitur. Sem duobus annis post Diluuium genuit Arphaxad. Arphaxad cùm genuit, erat annorum 135. Kainan 130. Sale 130. Heber 134. Phaleg 130. Reu 132. Sarug 130. Nachor 129. Thare 70. cùm genuit Abraham. Ex quibus resultant anni paulo antea collecti, patetque iuxta hanc initam rationem, annos 130 asscribendos Kainan, quando genuit

[Margin notes: 3 *Annorum ratio.* — 4 *Kainan Minor* — 5 — 6 — *Anni Kainan Chronolog. ex.*]

Sale. Nihilominus longè certius est tantùm 30 annos esse illi dandos, nimirum colligendo numeros ad normam Hebraicæ Scripturæ. Licèt enim in ipsa generatione Kainan sequamur hic 70 *Interp.* propter authoritatem *D. Lucæ*: cùm tamen *D. Lucas* numeri huius annorum non faciat mentionem; & *ex capite* 5. iam constet numeros 70 *Interp.* esse valde vitiatos, vt illis fidere hac in parte non sit integrum, conferendi illi sunt cum numeris Hebræis profectò certioribus ad hunc nodum explicandum. Si ergo conferas adinuicem hos numeros Hebraicos & Græcos, reperies, quod perfacile accidere potuit, additione 100. annorum (quo dolo, quaue incuria) ad quamlibet ex octo personis, irrepsisse progressu temporis hunc errorem. Detrahendus ergo est Græcis characteribus & numeris, primus ille centenarius, qui falsò accessit. Hoc est detrahendi sunt illi 800 anni qui irrepserunt: & sic ineundo rationē, reperies iuxta vtramque editionem annos huius Periodi 292. vt paulo ante indicatum est. Atque ita concluduntur anni Kainan. Si enim ex 130 annis datis Kainan à 70 Interp. subducas 100. restabunt 30. addendo porrò hos 30 annos ad 292. quos iuxta Hebraicam veritatem ponimus in hac Periodo, habebit tota Periodus à Diluuio ad ortum Abrahæ annos 322. Ex quibus etiam patet, exceptis 30 illis annis, totam hanc temporis rationem haberi ex editione Hebraica *Gen. cap.* 11. Si hos 30 annos suæ inseruisset Chronologiæ *Scaliger*, non dixisset ex doctissimorum hominum sententia, ab Adam ad Exodum tantùm esse annos 2453. abest enim totis his 30 annis à veriore calculo.

35. 135.
30. 130.
34. 134.
30. 130.
32. 132.
30. 130.
29. 129

292.
Adde 30.
322.

§ *De ætate Thare, & Abrahæ peregrinatione*

Sed vna superest adhuc agitanda Quæstio in hac annorum subductione. Tantùm 70 anni dantur Thare, quando genuit Abrahamum: nec etiam plures annos Chronologicos ponimus in annis expansis. Et eosdem satis puto colligi *ex Genes. cap.* 11. *vers.* 26 vbi habemus Thare cœpisse procreare liberos anno ætatis 70. & Abrahamū poni primo loco. ac quem proinde multi interpretantur, quidquid dicat *Tremelius Caluinista*, fuisse primogenitum. Sed hoc ipsum Chronologiæ fundamentum de 70 illis annis suam habet difficultatem. Nam natus videtur Abraham anno 130 Thare patris sui. Thare enim annis vixit 205 *Genes.* 11. *vers.* 32. Atqui *initio ferè sequentis capitis* Abraham, cùm post mortem patris profectus est in terram Chanaam, dicitur habuisse 75 annos. Ergo necesse est genitum anno patris 130. Nam si his addas 75 annos, habebis totam ætatem vitæ Thare, quæ est 205. annorum. Hanc Quæstionem mouit *August lib.* 16. *de Ciuit. cap.* 15. *& lib.* 1. *in Gen. cap.* 25. multorum proferens de hac re sententias; ac tandem concludens Abrahamum, qui venit cum patre in Charram, inde breui exisse, relicto ibidem patre; venisseque in terram Chanaam, anno ætatis quidem suæ 75. & patris anno 145. Deinde post plures annos (reperio 60) mortuum patrem transtulisse in terram Chanaam, *ex Act.* 7. *vers.* 4. quando *ex sententia Abulensis*, quem multi sequuntur, venit secundò Abraham, vel potius rediit in terram Chanaan: & tunc pater moriens compleuerat annos 205 *ex citato vers.* 4. Vbi textus Græcus habet μετῴκισεν αὐτὸν, scilicet Abrahamū; quia in illo secundo aduentu in Chanaan factus est, velut deducta colonia, perpetuus habitator deinceps in regione illa, animo non amplius exeundi. Hæc ferè *Augustinus*. Ex quibus & *ex textu Genes.* tria colligi videntur. Primùm quidē Abrahā natū anno Thare 70. tum quia *Moyses loco iam citato* copulat Abrahamum cum illo numero 70. & deducit ex professo seriem annorum Mundi ab Adamo ad Abrahamum, vt pote per quem texitur Genealogia Messiæ: non autem per Nachor & Aran, tum quia absurdum est ab Historico Moyse notatis diligenter reliquis Abrahæ annis, nullam factam mentionem esse anni natiuitatis, quæ in aliis tam diligenter notatur à *Moyse*. Colligunt porro aliqui Abrahamum esse Thare patris primogenitum.

Hoc & multi concedunt recentiores, & negant etiam aliqui, contrariam secuti sententiam de mensura huius Periodi. Sed modò concedant natum anno 70. demus non esse primogenitum sanè quod subindicat Abraham non esse primogenitum, est quia Sara coniux Abrahæ, & tantùm 10 annis iunior marito, filia putatur Aram fratris Abrahami, qui iunior frater esse debuit, si Abrahā est primogenitus. Hinc enim efficeretur Sarā genitam anno octauo vel nono patris sui Aram. Lege Pererium Gen. tom. 2. lib. 16. disp. 14 nu. 230 disserentem, an Sara verè fuerit filia iunioris fratris Abrahami, vt argumentū assumebat. Verū quidem est Gen. 11. Iescham dici filiam Arā. sed an hæc Iescha sit Sara, vocari in quæstionem posset. Cæterum si demus Arā esse seniorem Abrahamo, & natum (quod aliqui insinuant) anno 50. vel 60 Thare; sic, cū Abraham non iam sit primogenitus, facilè concedetur Saram esse filiam Aram, fra-

tris vtpote senioris, quã ideo forte Abrahã alibi vocauit sororẽ, & hinc tandẽ integra manebit nobis annorum collectio, ponendo Abraham natum anno Thare 70. Postremò infero cum citatis authoribus, Abrahamum non mansisse in Charam vsque ad patris obitum, sed bis eò venisse. Quale enim illud est, vt putemus Abrahamum obedientiæ cultorem eximium, Dei iussu missum in Chanaan, non eò iuisse nisi post exactos annos 60. Ex iis iã existimo soluendã esse Quæstionis nostræ difficultatẽ. Habemus enim duplicẽ Abrahæ profectionem in Chanaan ex Charran, vnam de qua *Moyses*: alteram, de qua *S. Stephanus*. Prior illa fuit, vt dixi, anno ætatis Abrahæ 75. Thare verò 145. Posterior contigit post 60 annos, scilicet mortuo iam patre: & tunc Abraham erat annorum 135. Sic ergo omnia rectè constant, falsúmque apparet genitum Abrahamum anno 130 patris. Hanc explicationem secuti sunt, & meritò, aliqui recentiores. Satisque habetur *ex Gen. cap. illo* 11. *vers.* 26. vbi Thare dicitur cœpisse generare anno ætatis 70. & in genitis filiis numeratur primo loco Abrahã. Hinc ergo bene deduximus huius Periodi mensuram esse annorum 322. sed de peregrinatione Abrahæ iterum redibit sermo sequenti Periodo, *initio c.* 6. vbi etiam de Promißione, & Topographia Charan.

Ætas Thare.		*Aetas Abrahæ.*
70	0	Nascitur Abraham primogenitus.
145	75	Prima profectio Abrahæ ex Charan in Chanaan.
	60	Mora Abrahæ in Chanaan, circiter 60 annorum.
205	135	Secunda profectio, seu reditus Abrahæ in Chanaan.
	175	Obiit Abraham *Gen.* 25. *vers.* 7.

Altera pars Capitis de sede Regnorum in hac Periodo collocatorum.

Recole hic, quod antea dixi, diuisionem & linguarum & populorum, incidisse in tempora Phaleg: hinc *Gen.* 10. nomen eius Phaleg (*inquit Moyses*) eò quòd 9 *Linguarum diuisio. De Phaleg controuersia.*
in diebus eius diuisa sit terra. *Geneb.* hoc retulit ad finem vitæ Phaleg, nato iam Abrahamo. Alii volunt hanc diuisionem incidisse in ortum Phaleg, vel paulo postea; imò & ab ea diuisione nomen illi fuisse inditum, non quidem ex euentu futuro adhuc, & spiritu prophetico patris Heber, præuidentis futuram diuisionem, vt prior sententia rem hanc explicabat: sed ex eo, quòd illo nascente reuerà agebatur, tanquam ex re memorabili. Ita sentit *August. lib.* 11. *de Ciuit. cap.* 11. Eiusdem sententiæ est *Ioseph. lib.* 1. *Antiq.* & idẽ expressius indicant verba Moysis, Nomen vnius הארץ נפלגה כיבין פלג׃כי Peleg, KiBeiamau Niplegah Haerets, à vulgata radice פלג Palag, quod est diuidere, estque probabilior opinio. sic enim omnia constabunt, quæ de his temporibus scribunt Authores: cùm tamen in opposita sententia subsistere non possint. Vtrumque sic ostendo. Conueniunt omnes, Phaleg natum esse anno 101. post Diluuium. iuxta Hebraicam computationem; & anno 331. si addas 30 annos Kainan, vnde natus inuenietur anno Heber patris 34. & Mundi anno 1787. Iam ab ortu isto Phaleg (quando opinamur cum *Augustino* factam discessionem gentium) vsque ad constitutum Regnum Babylonicum, sunt anni 83. alioqui non compleremus numerum iustum annorum, qui est à Diluuio ad Abrahamum. Ab initio autem huius Regni sub Belo 1. Babylonis Rege, sunt anni 65. vsque ad Ninum 2. Regem Babylonis, & primum Assyriorum Monarcham; & à Nino ad Abrahamum sunt anni 43. horum Regum annos sic notat *Eusebius*, addens Ninum omnino regnasse annis 52. idque in omni Asia, exceptis Indis: cui successit
vxor Semiramis, imperans annis 42. Ex quibus duo hic colligo. 1. iuxta hos etiam 10
annorum numeros Regni Babylonici, rectè colligi (vt hoc obiter dicam) à Diluuio ad Abrahamum esse annos 292. secundùm Hebraicam Chronologiam inuentos, & addito Kainan (vt nos addimus) esse annos 322. secũdò (quod nunc agitur) colligo, dispersionem illam hominum non potuisse incidere in extremum vitæ Phaleg. Vixit enim ille iuxta Hebraicam & Latinam Chronologiam 239 annis,

vnde satis diu vixit post natiuitatem Abrahæ, (vt licet videre ex annis expansis) quo tempore ridiculum est, dicere factam esse primam dispersionem illam hominum, cùm iam totus ferè Orbis esset hominum plenus, in magna linguarum & Regnorum varietate. Adde Abrahamum natum 43 anno Nini regnantis, & ante hũc regnasse Belũ 65 annis, vt dictũ est. Vltimus enim annus Phaleg fuit 48 ã. Abrahę contigisset ergo illa dispersio annis 38 post mortẽ Nini, seu anno Mũdi 2026. Vide etiam his consentientem *Diodorum lib.2.* & certè citatis authoribus maior videtur adhibenda fides, quàm recentioribus iis, qui nullum pro se proferunt.

11 Ex his iam satis habetur sedes tum Regni Babylonici inchoati in Belo, tum etiã Imperij Assyriorũ in Nino. Nam licet ineundo rationem ex sola Chronologia Hebraica res paulo aliter se haberet, tamen quia ex authoritate *D.Luc.& 70 Interp.* adicimus Hebraicis numeris annos 30. propter Kainan; ideo dicendum est à Diluuio ad Phaleg esse ann.131. eiusque natiuitatẽ incidisse in annum illũ Mundi 1787. Inde verò vt dixi, ad Regnũ Babylon. sub Belo inchoatum, sunt anni 83 quod consequenter iã incidisse debet in annũ Mundi 1870 additis verò 65 Beli annis, Regnum Nini apud Assyrios fuit inchoatũ anno Mundi 1935. Habemus ergo Regni huius principium, & annum inchoati Imperii. Et reuerà Authores solent communiter numerare huius Imperii annos à Nino, seu à Niniue condita, quando cœpit Monarchia, quamuis iam facile cuiuis sit, si velit, etiam à Belo numerare ex annis nostris expãsis. Ex neotericis *Scaliger in Canonibus Isagogicis* numerauit ab anno 18. Semiramidis. Et hoc de principio, nunc de fine, licet ille sit alterius Periodi. Quæret ergo quispiam quandiu steterit

Annus inchoati Regni Assyriorum.

12 hoc Imperium? valde discrepantes sunt sententiæ, præsertim si numerentur anni vsque ad euersionem Niniue ciuitatis. Multorum sententia est 1300 durasse annis. *Ita Iustinus, & August. lib 12. de Ciuit. cap. 10. Addit idem August. 16. Ciuit. cap. 17.* desiisse, quo tempore condita est Roma. Alij cum *Euseb.* dant annos à Nino 1239 vel 1240. *vt refert Aug lib. 4. de Ciuit cap. 6.* Demum placuit aliis stetisse Regnum Assyriorum, & Niniuem (à Nino ædificatam) annis ferè 1360. *Ita Diod. Siculus lib. 2.* quamuis *sub finem narrationis* plures adhuc det annos, & ferè 1400. Sed *Scaliger in Canonib. Isagogicis* hos omnes, annorum numero superare voluit, qui 1484. Regno huic annos, & nouos Reges dedit. Nam ad annum Eusebianum 883. conqueritur 4 Reges de industria prætermissos ab *Eusebio*, Arabelum, Chalaium, Anabum, & Babium. Item *lib. 3. Cano. Isag.* criminatur *Ctesiam*, quòd detraxerit aliquot Reges. Idem inculcat de *Eusebio* ad annum 548. 1197. & 1170. quo ille vltimo loco citare voluit 4 authores, tamen omnes inter se dissentientes. Sed prius debuit *Scaliger* ex Authorum consensu certum firmasse numerum & Regum, & annorum; ut sic securius in *Eusebium*, *Ctesiam*, aliósque inueheretur. Summum *Iosephi Scalig.* in hac accusatione præsidium est, *Eusebium* Assyriorum Reges tantùm ab *Africano* accepisse; & tamen dolo ac per facinus (vt ipse loquitur ad annum 883) omisse 4 illos Reges, quos *Africanus* numerabat, vt Troiana, & Assyriorum tempora componeret. Sed quis non videt iniuriam aliquam fieri *Eusebio*, quem nolentem cogit iurare in verba *Africani*? Quis credet, inquam, à nullo alio accipi potuisse Regum catalogum? Nam vt *Ctesiam*, aliosque omittam, quid si *Euseb. Castoris* Chronologiam sequutus (quam fatetur *Scalig.* ad annum 889. non extare) hos Reges collegit? Certè *Georg. Syncellus* citatus à *Scal.* an. 1197. licèt infensus *Euseb.* ait tamen *Euseb. Castoris* sententiæ adhæsisse. Ergo aliunde potuit *Euseb.* quem dedit Catalogum accepisse, nisi velit *Scalig.* vir alioquin eruditus, aut nullos alios legisse *Euseb.* Scriptores, quàm quos nunc in manibus habemus: aut quicquid illi in mentem venit sine exceptione admittendum. Fateor tamen non esse dictu facilè, quid verum sit, an quod in *Eusebio* criminatur *Scaliger* de veris Regibus dolo omissis; an (quod suspicari promptum est, cùm tot

Quandiu durauerit.

13 Scriptores eos omittant) commentitios esse, & obtrudi, vt eorum assertores sic facilius suæ Chronologiæ rationibus inseruiant. Duo sanè apud me longè certiora sunt, nimirum nec benè à *Scaligero* composita esse Assyriorum Regum tempora cum rebus Biblicis: nec ita exploratum esse, quod de his Regibus inserendis ille scripsit, vt inde peti debeat character aliquis verioris Chronologiæ. Itaque æquo animo accipe, Lector, si nos, hac dubia disquisitione omissa, Reges tantùm vt plurimùm receptos huic Chronologiæ inseramus. Sed regredior ad quæstionem de fine. Tertia ergo colligi potest sententia *ex 4. Reg. 23.* accidisse finem Regni huius, quando 29 annis post mortem Manassis, Rex Ægypti dicitur ascendisse contra Regem

Assyriorum, quo tempore occisus est Iosias rex Iuda, paucis nimirum annis ante captiuitatem Babylonicam 70 annorum, seu primam, vt nos numeramus: & si tunc euersa est Niniue, stetisset pluribus annis quàm dicat *Diodorus*. Denique *Agathias, libr.* 2 aliquantulum ante finem, pronunciat se certiora cæteris de hac Chronologia proferre.

Sed contra has omnes opiniones, video à plerisque non leues afferri difficultates: nam numerando (vt facimus) annos Imperij à Nino, eius euersio iuxta primam opinionem incidisset in annum 14 Oziæ Regis Iuda, & reuerà *Eusebius* sub illo Rege finit illos suos annos 1239. Hoc tamen ægrè videtur posse defendi. præsertim si sermo sit de vltima subuersione Niniue. Stabat enim adhuc Niniue initio Regni Manassis, qui plus quàm 100 annis vixit, post inchoatum Regnum Oziæ. Viuebatque Tobias anno 12. Manassis, vt dicitur ad annum expansum 3268. Et tamen prophetauit ille (*vt habes Tob. vltimo*) de subuersione Niniue futura adhuc, quæ subsequuta est post mortem Tobiæ; ergo tempore Tobiæ non erat euersa Niniue cum Imperio. Præterea sub Ezechia Rege, & patre Manassis, prophetat Nahum de eadem futura euersione. Item tempore ab Ezechia ad Manassem florebât adhuc duo illi Assyriorũ Reges, Salmanassar & Sennacherib, 4. *Reg.* 19. licèt enim eos in Chronologia Babylonios vocemus; erant tamen etiam Assyrij, vt noto ad annum 3182. Denique paulò antè captiuitatem stabat Regnum Assyriorum, *vt ostensum est in 3. opinione.* ergo non fuit penitus euersum sub Ozia. secunda opinio impugnari potest, quia iuxta eam, & numerando (vt omnes ferè faciũt) à Nino, euersio hæc incidisset in annum 12 Manassis, vt colligi facilè potest, ex annis nostris expansis: & tamen multi probant Tobiam (qui de hac re vt futura edit vaticinium) non obiisse ante 30 annum Manassis. Et magis vrget illud, quod iam dixi de Regno Assyriorum stante paulo ante captiuitatem Babylonicam, ergo opinio hæc *Diodori* non est vera. tertia demum opinio, si de Monarchia loquitur, per se vacillat. quis enim credat stetisse hanc Monarchiam vsque ferè ad captiuitatem; cùm tot, tamque probati authores, constanter affirment Sardanapalum longè ante obiisse, & in ipso extinctam Monarchiam? Si verò de Regni & ciuitatis vltima euersione agatur, nihil vt mox dicam, improbabile asseritur.

14 *Examinantur citata opiniones*

15

16

Hinc sanè apparet, quàm sit difficile, putare ad verum annos Assyriorum. Sicut non est facile explicare quis sit ille Rex Assyriorum, *de quo* 4. *Regnum* 23. contra quem paulo ante Captiuitatem ascendit Rex Aegypti. Sed illud hic 1. constat ex communi sententia, hoc Imperium destructum fuisse, quando ab Arbace Medorum Præfecto uictus, & voluntario incendio extinctus est Sardanapalus, *de quo Diodorus citatus libr. 2. pag* 81. à cuius morte *Eusebius in Chron.* numerat Duces & Reges Medorum Constat præterea dandum esse conueniens interuallum Regibus Medorum à Sardanapalo vsque ad captiuitatem Babylonicam, & vlterius vsque ad Cyrum, sub quo inchoatum est Imperium Persarum. Quod tamen interuallum non daretur, si Imperium Assyriorum protrahitur vsque ad illam ferè captiuitatem. Constat denique, siue hic numerentur Reges, siue eorum expendantur anni; quæstionem hanc de fine, non posse exitum, qui omnino certus sit, habere: *vt ex ijs, quæ numero* 12 *dicta sunt satis apparet.* Si verò, quod probabilius est, inquiratur, nos sic quidem cum *Eusebio*, & plerisque aliis damus annos 1239. à Nini principio vsque ad mortem Sardanapali: quot scilicet reperies in annis expansis, ab Orbis anno 1934 exeunte, vsque ad annum 3173. à quo calculo non est mirum abesse multum eos, qui 4 illos ignotos inserunt Reges, cum annis ferè 190. præterquam quòd in receptis etiam Regibus aberrent interdum ab annis Eusebianis. Quare in hac Quæstione de finitæ Monarchiæ anno definiendo, nos, qui reducimus finem huius Imperij ad tempora Oziæ Regis, cum *Eusebio* & aliis citatis in 1 opinione: & ad annum Oziæ 3. (quia ita colligo ex initio huius Regni superius posito) parum admodum discedimus ab opinione illa 1. quæ reiecit casum hunc circiter in 14 annum Oziæ.

Quid statuendum.

17

Verùm quod iam reliquum manet de euersa Niniue est magis ambiguum: sanè in hac parte idem videri potest accidisse huic Assyriorum Imperio, & Regnis, quod contigit Regibus Iuda sæpius profligatis, ac tertia tandem captiuitate deletis. Similiter enim reperimus Niniuen sæpius subuersam fuisse, atque aliquoties restitutam: idemque de Babylone alibi notauimus. Ac 1. quidem licèt constet corruisse Assyriorum Monarchiam, vt dixi, in morte Sardanapali; non tamen fuit tunc euer-

18

Niniue quando euersa, & quoties.

ſum etiam Regnum. Sed iterum regnare cœptum eſt in Niniue, ſub Phul 1. Rege, poſt deſtructam Monarchiam. A quo tempore inter alios Reges Babyloniæ, & partis Aſſyriæ numerantur Salmanaſſar, & Sennacherib, 4. *Reg.* 19. *&* 20. Imò & Aſſer-Addon, & tandem Merodach filius Baladan auxit Regnum. *Vide annos* 3182 3273. *&* 3285. ab illo autem tempore, quo regnauit Aſſer-Addon non fit in Scriptura mentio alicuius ſpecialis Regis Aſſyriorum. Quare ſi quis ſub illud tempus dicat iterum deletam Niniuen (ſicut anno 3368. ſcilicet aliquantulum poſtea, vides denuo obſeſſã) ac denique tertiò ſub initium Captiuitatis, quando, deleta Niniue, Nabuchodonoſor Babylonem egregiè reſtituit; ſi quis, inquam, his modis dicat ſæpius vaſtatam fuiſſe Niniuen, nihil ſanè in tanta temporum obſcuritate improbabile dicet, & ſimul explicabit facilè allata argumenta, contra citatas ſententias: locúſque erit Medorum Regno, & Regibus; vtpote qui tempore Oziæ regis Iuda (quando deſiit in Sardanapalo Monarchia Aſſyriorum) regnare cœperunt, pari paſſu cum nouis Regibus Babyloniæ, & partis Aſſyriæ; vt patet ex annis expanſis 3173. 3264. & 3273. Ex quibus colliges quando Babylonius Rex cœperit eſſe etiam Niniueus, quod aliqui non ſatis obſeruârunt, *vt infra de Hiſtoria Iudith cap.* 10. *num.* 36.

SYNOPSIS HISTORIÆ AB ABRAHÆ ortu vſque ad Exodum.

CAPVT VI.

3 Periodus: ab an. 1978. Abraham.

INter præclariſſimas huius Periodi res geſtas, eſt Hiſtoria de Abrahamo, quam *Moyſes* attingit *à cap* 12. *Gen. vſque ad cap.* 25. Hic mutato nomine appellatus eſt Abraham, *Gen* 17. prius enim dictus eſt אברם Abram, ſeu pater excelſus, poſtea אברהם Abraham, id eſt, multarũ gentium pater. Rectè enim *Auguſt. Serm* 54. *de Tempore:* Omnes, inquit, in Chriſtum credituri ſunt filij Abrahæ, non quidẽ naſcendo per carnem, ſed credendo per fidem. Ex hac eius fide viua (quam magnopere prædicat *Paulus Heb.* 11) reliqua eius vita deſcribitur profecta. Notatur 1. illa obedientia

Eius peregrinatio.

inſignis, qua inter alia paruit vocanti Deo, cùm diſceſſit è patria idololatra, Chaldæorum ciuitate Vr, quam *S. Stephanus Act.* 7. *verſ.* 1. dixit (latè ſumpto vocabulo) eſſe in Meſopotamia. Hebræi tamen illud אור כשדים Vr Caſedim, interpretantur ignem, vel incendium Chaldæorum. *lege Hier. de Trad. Heb. in Geneſim.* Inde ergo venit in Charam, ſeu Haran, in texto Hebraico eſt חרן Charan, vt tandem iret in terram Chanaan, *cap.* 11. *verſ* 13 *& cap* 12 *verſ.* 4. ſed pater ibidem ſubſtitit, nec iuit in Chanaan, *Gen.* 11 *verſ.* 32 Si Topographiam deſideras, Haran vrbs eſt in extrema Meſpotamia, verſus Syriam, & terram Chanaan, ſeu Palæſtinam; *vt colligitur Ioſue cap.* 24. *verſ.* 2 3 14. *& Gen.* 27. 28. 29. habitârunt ibi Nachor (frater Abrahæ) & poſteri, Bathuel filius Nachor, ac Laban nepos. Hinc *Gen.* 24. *verſ.* 4. Abraham vocat terram ſuam, & ex qua ait accipiendam vxorem filio ſuo Iſaac: quamuis alioqui Abraham non diu ibi habitauerit. an quidem vno anno, vel toto quinquennio, diſſenſio eſt, *de qua infra cap* 7. *in fine.* redeo ad inchoatam de hoc Patriarcha narrationem. Hæc

2 Promiſſio de Chriſto, & vita Abraha.

Abrahæ obedientia eſt, quæ promeruit benedictionem factam de Chriſto (*lege D. Tho.* 3. *d.* 4. *q.* 3. *ar.* 1.) & de terra Chanaan poſſidenda, *cap.* 12. *verſ.* 3. 7. Deo ædificat altare, *verſ.* 8. famem ſuperat, *verſ.* 10. vxorem recuperat, *ibid.* Poſt reditum ex Ægypto, charitatis exemplum reliquit, relinquens Iordanem, & ſibi eligens Chanaan, contentionis ſedandæ cauſa. ſecundã etiã promiſſionẽ accepit de Chriſto, *cap.* 13. 15. Lot

Victoria.

Sodomitico bello abductum reducit. Excipitur benignè in reditu à Melchiſedech Rege Salem, cui Abraham, vt Sacerdoti, viciſsim dedit decimas, *cap.* 14. (An

3 Promittitur filius. a cap. 15. b cap. 16. c c. 17. v. 10. d verſ. 1. & deinc. e c. 18. & 19 f cap. 20

verò hic Melchiſedech fuerit Sem, *de quo ſuperius cap.* 3. *num.* 7. quod aliqui ſuſpicantur, incertum eſt; certè conſtat vixiſſe Sem tempore huius belli, ex anno 1558.) Promittitur filius, ac ſæpius terra Chanaan cum prædictione futurorum, cui promiſſioni credit Abrahã, & reputatur ei ad iuſtitiam, [a]. Agar ancilla dirigitur, [b]. Circũciſio, & ſignum fœderis firmatur [c]. Cõfirmantur promiſsiones, [d]. Angelos excipit hoſpitio, cũ reuelatione de excidio Sodomorũ, [e]. coniugẽ raptã iterũ recipit [f]. Naſcitur Iſaac,

&, fœdus initur cum Abimelech,[f]. Filius immolandus liberatur, cum repetita pro- g cap. 21. h cap. 22.
missione,[h]. vxorem sepelit,[i]. Rebeccam dat filio,[k]. Ducit secundam vxorem Ceturã, i cap. 23. k cap. 22.
distribuit hæreditatẽ describũtur generationes Isaac & Ismahel, moritur Abraham[l]. l cap. 25. *ab an.* 1978. & 2078.

Altera pars rerum à Patriarchis gestarum sub hac Periodo spectat ad Isaac; cuius historiam describit *Moyses à cap.* 25. *vers.* 19 *vsque ad finem cap.* 27. vbi de filiis Iacob, & Esau ex Rebecca antea sterili, natis vno partu. De primogenitis venditis ab Esau, de benedictione Iacob, consilio Esau, & fuga Iacob 4 *Isaac.*

3. Pars sacræ huius historiæ habetur *cap.* 27. *Gen. & vsque ad finem libri*, vbi de vita Iacob prolixè. Primùm proficiscitur in Mesopotamiam ad Laban, locum paulo ante descripsi *num.* 1. Visa scala accepit oraculum de Christo, & vouet Deo, *toto cap.* 28. Venit in domum Laban, paciscitur cum eo de laboris præmio. Exponitur coniugii fructus ex Lia,[a]. Item coniugii fructus, ex Rachel. Nascitur Ioseph, & ditescit Iacob,[b]. Expostulat Laban de idolis redeunte Iacob in patriam,[c]. Placatur Esau,[d]. Narratur raptus Dinæ filiæ Iacob, & cædes Sichimitarum,[e]. Mutatur nomen Iacob, & vocatur Israel: promittitur terra Chanaan, in quam migrat, nascitur Beniamin, moritur Rachel, & eius nutrix Debora. Ruben ascendit cubile patris. Tandem Iacob venit in Hebron ad patrem Isaac, qui ibidem breui & moritur, & sepelitur[f]. postea narrantur generationes Esau,[g]. recedit ille à Iacob, & habitat in Edom,[h]. *de quo tamen consule Salmeronem to.* 1. *Proleg.* 41. *in fine, ex Deutero. cap.* 2. *vers.* 4. & 8. *postremo, cap.* 37. *Gen. vsque ad finem libri describitur* venditio Ioseph; ac descensus Iacob, & mora in Ægypto. Atque hæc Moyses de Historia huius Periodi Sacra, ab Abrahamo nato vsque ad Exodum. 5 *Iacob.* a cap. 29. b cap. 30. c cap. 31. d c. 32 & 33. e cap. 34. f cap. 35. g cap. 36. h c. 36. v. 78.

Iam præter personas in annis expansis notatas, locum habent in hac Periodo, quoad res profanas, duo potissimum; constitutio quorundam Regnorum in sua sede; & Ogygis, ac Deucalionis Diluuia. Quatuor Regna, cæteris nobiliora, eo tempore originem accepisse videntur, Sicyoniorum, Ægyptiorum, Argiuorum, & Atheniensium. De quibus pauca obseruo, idque seruato temporis ordine, quo contigerunt. Sicyoniorum Regnum noto exortum anno ferè 1906. ac proindè referendum ad tempora Nachor, & aliquot annis ante Ninum. A quo principio vsque ad Sicyoniorum Regis vltimi obitum, sunt anni 962. defecit ergo Orbis anno 2868. Et qui subsequuti sunt ibidem Sacerdotes Carnei Apollinis, durarũt annis 32. seu ad reditum Heraclidarum, notatum anno 2900. Historiam Sicyoniorum clariorem reddet, qui sequitur Regum & Sacerdotum Carnei Catalogus. 6 *Regna exorta.* *Sicyoniorum.*

1906	Egialeus, annis	52
	Europs	45
	Nascitur Abraham.	
	Telchin	20
	Apis	25
	Thelxion	52
	Aegyrus	34
	Thurimacus	45
	Leucippus	53
	Mesappus	47
	Peratus	46
	Plemnæus	48
	Orthopolis	61
	Marathon	30
	Marathus	20
	Contigit Exodus.	
	Echireus	25
	Corax	30
	Epopeus	35
	Lamedon	40
	Sicyon, vbi nomen dedit.	45
	Polybus	40
	Ianiscus	42
	Phæstus	8
	Adrastus	4
	Polyphidis	31
	Pelasgus	20
	Zeuxippus	32
	Sacerdotum anni	32
1906		993
993		
2899		

Ab hoc 1. Rege notârunt plerique regionem dictam Αἰγιάλειαν, quæ postea dicta est Ἀπία, & tandem Peloponesus, quamuis non totam peninsulam, sed oram tantùm maritimam dictam Αἰγιάλειαν alii velint. Certè in tota peninsula fuisse etiam Achaiã alterã, (duæ enim erant,) Arcadiam, Sicyonem, & nobilissimas ciuitates, alibi recensitas, satis constat. Illi verò septem καρνείου Ἀπόλλωνος Sacerdotes à multis omissi, à *Scaligero* exibentur. Sed de Sicyoniis hactenus.

7 *Dynastia, & regnum Aegyptiorum.* Ægyptus qualem habuerit gentis suæ originem indicatum est *cap.* 4. Quod iam ad Regnum spectat, *Gen.* 10. *vers* 6, commemorantur quatuor filii Cham. & sicut à Chanaan, Chananæi; á filio illo Chus, Æthiopes originem duxerunt: Ita à Misraim initium ducunt Ægyptii, quorum regio hinc vocatur. ארץ מצרים erets Mitsraiim: producuntque Imperium per multas Dynastias: quibus quanta fides adhibenda sit, satis explicatum est *cap.* 4. *citato.* Certè hoc loco, neglectis primis illis Ægyptiorum 15 Dynastiis, vel ex sola antiquitate fabulosis; initium sumimus à 16. (seu mauis prima) quæ ab *Eusebio* appellatur Thebæorum, qui Thebas 100 portarum condiderunt. Inchoatam vult *Euseb.* anno 1 ortus Abrahæ, qui nobis est 1968. & durasse annis 190. hoc est vsque ad annum 30 Iacob: qui est annus Mundi 2168. vt notamus ad annos expansos; vbi reliquas Dynastias, seu familias ordine prosequimur. Successit Dynastia 17. sub Pastoribus, in qua inter alios regnat Pharao; & Reges postea Pharaones dignitatis Regalis nomine dicti sunt. Annos etiam huius Dynastiæ deducimus in Chronologia expansa, & probabilius puto Iacob descendisse in Ægyptum sub finem huius 17 Dynastiæ, sub Pastoribus; non verò post eam finitam, aut breui pòst inchoatam 18, sub Diopolitanis. Et hoc ipsum congruit satis annis expansis Abrahæ, Iacob, & toti Chronologiæ huius Periodi, *de qua cap. sequenti. vide* 2268 *&* 2285. Disceptatio non exigua esse solet de huius Dynastiæ Principibus. Pastores abiectissimum genus hominum olim apud Ægyptios, ex aduenis collectum, à plerisque putantur fuisse: loco & habitatione ab aliis seiuncti. Hi à latrociniis frequentibus ad apertam aliquoties rebellionem progressi sunt; adeò vt Reges sibi interdum crearint, & veris Ægypti Regibus magnum fecerint negotium. vt mirum non sit eos Ægyptiis odio fuisse? quod habetur *Genes cap.* 46. *vers.* 34. *Scalig. lib.* 2. *Can.* vult eos Phœnices aduenas fuisse, & occupata Memphi, arceque alia belli erecta redegisse Ægyptios in suam potestatem. Ex his tres fuisse Dynastias 15. 16. & 17. ab *Eusebio* (qui vnam tantùm ponit) dissentiens, persuasit sibi idem *Scal. ad annum Eusebianum* 191. vbi hoc versans argumentum, queritur *Eusebium* vnam expulisse Dynastiam, & quarundam aliarum minus rectè notasse nomina. Illud satis verè dici videtur, malè referri ab *Eusebio* Pastorum originem ad Ioseph, eiusque fratres. Sicut nec seditionis illius exemplum à Moyse tractum alii rectè afferunt, quem vera Chronologia docet longè post hæc tempora fuisse. Notantur verò Dynastiæ, & Reges vsque ad Augustum. Tamdiu enim stetit hoc Regnum Ægyptiorum; cuius tamen variæ fuerunt mutationes, notatæ satis in annis expansis occurrentibus, præsertim 3477. 3673. 3680. & 3974.

Exod. 20. & alibi passim · *Dinastia 16. seu 1.* · *Dynastia 17.* · *Iacob in Aegypto.*

8 *Scythicum Regnum.* Præterea in hac Periodo sedem videtur habere Scythicum Regnum, *de quo ad annum expansum* 1987. certant quidem Scythæ, de generis antiquitate, cum Ægyptiis: vt notatum est *cap.* 4. Gens sanè est vt barbara, ita antiqua & bellicosa: fugauit Darium, occidit Cyrum, Vexorem ægypti Regem repulit, Asiam aliquoties subegit, ac vectigalem fecit. Ex Scythis fluxerunt Amazones, Bactriani, Parthi, Attila ille Magnus, Hunni, Longobardi, Gotthi, Dauni, & denique Turcæ. Nec dubium est, quin gens valde antiqua sit, tamen verò Regni Scythici initio nihil incertius.

9 *Semiramis.* In hac Periodo, quod certum puto, imperauit Semiramis illa Ascalonita, vxor Nini, *de qua anno* 1987. *& cap.* 4. *in fine.* De Regno Argiuorum, quod paulò præcessit Diluuium Ogygis, *vide an.* 2148. Alterum iam in hac Periodo expediendum, est sub

10 *Diluuium Ogygis.* Ogyge in Attica Rege, Diluuium. Non est hoc Noeticum Diluuium, neque etiam incidit in Ducatum Moysis, vt nobilissimi Chronologi *Eusebius*, *Iulius Africanus*, *Orosius lib.* 1. & alii, tum antiqui, tum recentiores testantur, & ex nostra annorum consignatione satis patet. Adde *August.* 18. *de ciuitate cap.* 8. *& Euseb. de Præparatione Euangel. lib.* 10. *cap.* 3. contigit anno Mundi 2207. & sub Phoroneo Argiuorum Rege 2. *vt docet August. in cap. illo* 8. & nobis est ferè 7 annus Phoronei: *vt colliges ex Regum Argiuorum Catalogo, cap.* 10. *num.* 34. nec eget hoc alia probatione, præter eam positam ad illum annum, & authores quos citat *Euseb. cap. illo* 3. *seu vltimo.* quamuis colligi insuper possit ex 1. Olympiade. Rectè enim (quod infra facimus) stabilito Olympiadum principio, reperies ab hoc Diluuio vsque ad primã Olympiadem, annos 1020. tot scilicet, quot eum aliis authoribus ponit *Iulius Africanus.* Quod verò idem *Africanus* referat posteà hoc Diluuium ad tempus Exodi Israelitarum, fit ex non rectè expansa Chronologia Ducatus Moysis. ac proinde in hoc non constat sibi *Africanus*: quod noster etiam notauit *Pererius in Gen. Tom.* 4. *ad cap.* 47. *num.* 18.

Rectius ad Exodum retulisset *Africanus* Diluuium Deucalionis, *vt vides ex anno* 2469. Tempore prioris Diluuii erat Ogyges in Attica Rex; imò & aliarum etiam Prouinciarum dominus. *lege August. de Ciuit. Strab. & Pausaniam.* Habet *Eusebius in Chron. ann* 261, Diluuium Ægypti etiam hoc tempore fuisse. Sed legendũ est Atticæ; Ægypti enim Diluuium nullum fuisse, probat rectè *ibidem Scaliger*, ex veteri Græci Scriptoris fragmento apud *Cedrenum*.

Atheniensium Regnum sub finem huius Periodi exortum est, anno Mundi ferè 11
2438. qui fuit annus ætatis Moysis 35. Primus Rex Cecrops Ægyptius (à quo Regio *Ab anno 2438. Atheniensium Regnum Cecrops Athena Codrus.*
dicta est Cecropia) dictus est Diphyes, id est, duarum naturarum, fortè quòd Græcè sciret, & Ægyptiacè, si *Eusebio* creditur. Cecrops Athenas in Eubœa condidit. Vel (*vt ibid. aduertit Scaliger*) potius Dias: aliæ sunt Athenæ Atticæ, Regnatum est iuxta *Eusebium* annis 488. per Reges 17. Cessauit deinde Regnum in Codro vltimo Rege, Occisus Codrus anno 27, post Heraclidarum descensum, *ex annis* 2899. 2931. Post Codrum Atheniensium Remp. rexerunt Magistratus, quorum primus fuit Medon, filius Codri. *vide cap.* 18. *in Appendice, de variis his Magistratibus.* Inter celebriores *Reges Atheniensium.*
Atheniensium Reges numerantur Cecrops, Cranaus 2. Amphytrion 3. Erychtonius 4. Theseus 10. Demophon Thesei filius Rex 12. & alii, *quos recenseo cap.* 18. *in Appendice.* Erychtonius ille est, qui primus in Græcia currus, & 4. equos iunxit. Putant aliqui eundem esse cum Erechteo, à quo *Homerus Ilia.* 2. Athenienses vocat δῆμον Ερεχθῆος, & *ibidem Eustasius notat*, vocatos quoque Ερεχθεΐδας, Codridas, Cecropidas & Theseidas. Aliis tamen (& fortè rectius) Erechteus filius est Pandionis Regis, & proinde Erychtonii nepos, ac sextus Atheniensium Rex.

Sub finem huius Periodi contigit Diluuium Deucalionis, *de quo ad annum* 2469. 12
tempore Cecropis. *Euseb. de præp. Euan. lib.* 10. *cap.* 3. ait contigisse inter Cecropem, & *Diluuium Deucalionis.*
bellum Troianum, & *in Chronico* explicat contigisse regnante Cecrope. Tamen *August. lib.* 18. *de ciuit. cap* 10. refert ad Regnum Cranai 2. Regis Athen. & *Iustinus Historicus* ad Amphytrionem 3 Regem, adeò non conuenit inter autores. *Vide annum nostrum expansum* 2469. vbi illi sedem probabilem dedimus, anno scilicet 66 ætatis Moysis. Sunt qui referant ad annum Moysis 50. *Euseb. in Chron.* annum ætatis Moysis 69 notauit. alii 88 *Clemens Alex. l.* 1 *Strom.* addit simul cõtigisse Phaëtontis incendium. Iam sumunt principium aliquod res Græcorum, circa hoc Diluuium, nec 13
ferè vetustiorem habent illi historiam. De Pelasgis, vetustissima gente Græciæ *Pelasgi.*
Æolicæ (quæ orta ab Elisa filio Iauan, Thessaliam incolebat) pulsis (Deucalione Duce) ab Ætolis, & Locris, quando Pelasgi fugerunt partim in Epirum, partim in Italiam, *lege Herodot. lib.* 1. *Thucyd. & Strabonem lib.* 5. 7. & 13. Cætera subsequuta pen- 14
dent ex inchoatis Regnis Argiuorum anno 2148. Atheniensium 2433 Mycenarum 2694. Corinthiorum 2899. & Macedonum 3296. His adde, quæ dixi *cap.* 8. *nu.* 9. sed *capite* 20. profanarum rerum Scriptores recensentur, qui hæc omnia ex professo sunt prosequuti.

DE INEVNDA IVSTA RATIONE annorum ab ortu Abrahæ vsque ad Exodum.

CAPVT VII.

HOC Capite duo distingui possunt, & designari tempora, vnum ab 1
ortu Abrahæ ad eius vocationem, seu promissionem primam, 505
quod breue quidem est, cùm sit tantùm 75 annorum: celebre tamen, & illustribus terminis circumscriptum. Alterum est ab ea promissione, ad Exodi tempus, seu exitum filiorum Israël post seruitutem. Totum verò hoc tempus, quod sub duplici hac, breuique Periodo complectimur, (vt vno verbo dicam) ferè est 500 annorum. Sed rationem eius reddere, in tanta opinionum diuersitate, non ita facilè est. Et quidem si priorem 2
partem huius Periodi expendamus, res satis nota est. Constat enim *Gen.* 12. *vers.* 4. *Anni examinantur.*
fluxisse 75 annos ab ortu Abrahæ ad Exodum eiusdem Abrahæ de Vr ciuitate na-

tiua in Chaldæa, quo tempore facta est illi prima promissio. Imò ab ortu Abrahæ vsque ad natiuitatem Isaac, rectè numerantur 100 anni, quæ natiuitas contigit 25 annis, post illum exitum Abrahæ de Vr Chaldæorum in terram Chanaam; *vt patet Gen 21. verſ. 5.* tunc enim centum annorum erat Abraham.

3 *Quæstio de annis 430. mansionis in Ægypto. Exod. 12 Prima opinio Genebrardi.* At verò de reliquis annis 400. tota est controuersia, & quæ coincidit cum illa celebri Quæstione, quomodo debeant computari 430 anni, quibus mansisse dicuntur filii Israël in Ægypto, *Exodi 12* In qua re duas potissimum reperio opiniones. Prima est *Genebrardi* ad annum Mundi 2239. vbi etiam consentientem citat *Eugubinum*; qui ambo asserunt hos 430 computandos esse, non ab illa promissione Abrahæ (putat enim *Genebrardus* eo interuallo fluxisse 600 annos, & amplius) sed ab eo tempore, quo

4 Iacob descendit in Ægyptum. Hæc *Genebrardi* viri alioqui docti sententia, meritò certè ab omnibus reprehenditur: sicut repugnat aliorum omnium Chronographorum sententiis, nec potest subsistere cum vera temporum subductione: nam consentiunt Chronologi, ac antiqui Patres, non mansisse Israelitas 400 annos in Ægypto, affirmantes ab illo descensu Iacob in Aegyptum vsque ad Exodum per mare Rubrum, tantùm fluxisse annos 210 vel 215. vel etiam pauciores, vt quibusdam placet *Chrysostomus* enim *Homilia 36 in Genesim*, non dat huic cōmorationi Aegyptiacæ dimidium 400 annorum Quod *Oecumenius ad Gal. tertio*, explicare videtur, designans spatium 14 , annorum. At verò *Lyranus in Genesis 15. Montanus libro de Seculis*, & quidam alii dát annos 210. *Ioseph lib. 2. Antiquit. Iud. c. 3. Abulen. & Mercator ad annū Mundi*

De annis 430 concluditur. 2025 numerant huius cōmorationis annos 215. Male ergò *Genebrard.* à descensu Iacob numerat 430 annos vsque ad Exodū, nam multò angustius fuit illud tempus, vt etiam subscribens communi opinioni aduertit *Scal. l. 5. de Emēdatione tempor c. de Exodo Hebræorum ferè initio*, licet *in notis ad Euseb. anno* 51. non ita clarè rem definiat. Tandem *Euseb. in Chronico ad annum 75. Abraha*, notat illum fuisse primum annum repromissionis Dei ad Abraham: & ab ea promissione putandos esse 430 annos vsque ad

5 Exodum, non verò à descensu Iacob. Porrò clara ratione ex Scripturæ locis improbatur *Genebrardi* sententia, numerando scilicet annos Caath, Amram, & Moysis.

Moysis parētes. Nam *Genesis 46.* vna cum Iacob descendit in Aegyptum, Caath eius nepos, qui vixit annis 133. & reliquit filium Amram, *Exodi 6.* Amram vixit annis 137. & genuit Moysen, *Exodi 6.* Ac tandem Moyses habuit annos 80 quando eduxit populum ex Aegypto. *Exodi 6 & 7 verſ 7.* quorum trium virorum anni simul iuncti, tantùm efficiunt 35 . (certè nostra ferè ætate, vt rerum Indicarum Scriptores produnt, repertus est Indus, qui annum 335 attigit. & alius nostra memoria Burdigalæ in Gallia, qui annum superauit 130) detrahe iam ab hac summa prouenientе annos, tum quos habuit Caath, cùm venit in Aegyptum, tum illos, quibus simul vixit Amram cum filio Moyse, (alioqui bis numerarentur,) & constabit *Genebrardum* longè abesse à vero, & hæc de prima opinione.

6 *Secūda opinio.* Altera iam opinio est communis, recepta, & vera, ab ortu Abrahæ vsque ad natiuitatem Isaac fluxisse annos 100. ab ortu autem Isaac vsque ad Exodum annos 400. circiter, ac proinde à nato Abraham ad Exodū esse annos circiter 500. vel 505. Ita planè omnes insignes Chronologi citati, aliique recentiores magno prorsus consensu.

Initium 430 annorum. Exod. 12. In idem conspirant aliqui Patres grauissimi, *August. Hiero. & Beda*, quos mox citabo. Sed dicet aliquis, quod ergo fuit initium illorum 430 annorum, *de quibus Exodi 12*

7 Respondeo, sumi illud à prima promissione Abrahæ, & anno 75 eiusdem, vt iidem authores constanter docent, magisque patebit diluendo obiecta contra communem hanc sententiam. Atque ita iam fit, siue numeres 430. ab illa 1. promissione, cum 75 annis ante eam: siue 400 ab ortu Isaac, cum 100 annis ante ortum eius, vt semper resultet idem numerus 500 annorum ab ortu Abrahæ vsque ad Exodum. Quod etiam particulatim sic ostendo. Ab ortu Isaac ad natiuitatem Iacob sunt anni 60.

Descensus Iacob. *Gen 25 verſ. 26.* inde porrò vsque ad descensum Iacob in Aegyptum sunt anni 130. *Gen. 47 verſ. 9* Habitatio verò ab eo inchoato tempore in Aegypto, fuit annorum plus minus 210. vnde resultant iam illi 400 anni. His tandem adde 100 illos annos, quos initio Capitis ex Scripturis numeraui, scilicet 75 ab ortu Abrahæ, ad Promissionem, & inde 25 ad natum Isaac, eruntque omnino anni 500. vel 505. vt hactenus locutus sum.

Porrò hanc temporis rationem clariorem etiam reperies, obseruando Ioseph fuisse ferè 40 annorum, cùm Iacob pater descendit in Aegyptum. Nam licet Iacob ingressus ta sid

sus sit ad Rachelem initio secundi septennii, *Gen.29.vers.28. & 30. & clarius apud 70.* 8 *Aetas Ioseph.*
Interpretes: tamen Rachel diu mansit sterilis; nec peperit Ioseph, nisi exeunte secundo septenario, hoc est anno 14 post Iacob patris aduentum in Mesopotamiam. Iam verò Ioseph venditus est anno ætatis 17, *Gen.* 17. seruiuit annis 13. quia anno 30 ætatis fit Princeps. Gen 41. post exacti sunt anni 7 fertilitatis, & 2. vel 3 ferè famis, quando Iacob descendit in Ægyptum, *Gen. 41. & 45. Vide annos expansos 2215. & 2229.* Atque hinc facilè colliges totam eius ætatem: natus enim est anno 14 mansionis Iacob in Mesopotamia. *Gen.30.vers.25.* Vixit adhuc ibidem annis 6. *Gen 31. vers. 38 & 41.* quibus expletis rediit Iacob in terram Chanaan. *ibid.* Post decennium, id est, anno ætatis 17, venditus est. *Gen. cap. 37. vers. 2.* Hinc veró vsque ad descensum Iacob in Ægyptum sunt anni 22. vt iam apparuit, quando Ioseph agebat annum 39. qui obiit anno ætatis 110 *Gen. vltimo vers. 25 vide annum expansum 2215.* Vniuersè e- 9
tiam sic collige illos 130 annos ex anno expanso 2215. Cùm Iacob iuit ad Laban erat annorum 77. hinc ad descensum hic notantur anni 53. ergo omnino 130.

Sed quæret tandē aliquis, sintne in hac Periodo anni omnino 500. an verò 505. Respondeo reuerà esse 505. *vt August. Beda, & alii Patres, Mercator, & communiter Chronologici numerant.* solere tamen prætermitti illos 5 annos, cùm numerantur illi 500 anni, dum ponitur solus numerus, qui perfectus est, & sine fractura: quo modo solemus dicere 70 Interpretes. 70 discipulos; & passim id genus alia, tum apud sacros, tum etiam profanos Scriptores, licet plures aliquantulum constet fuisse. nec solum recentiores Chronologi, & alii, rem hanc ita explicant, sed est *Augustini* etiam expressa interpretatio *q.47. in Exodum*: vbi ab ortu Isaac ad Exodum numerat annos 405. tamen solet, inquit, Scriptura ita numerare tempora, vt quod de summa perfectioris numeri paulùlum excrescit, aut infra est, non computetur. Atque 10 *Mansio in Ægypto.*
hinc iam consequenter dicendum est, Israelitas (numerando tantùm à descensu illo Iacob) mansisse in Ægypto 215 annos. *vt sentit Aug. citatus, Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. 13. Euseb. in Chro. & recentiores passim*: itaque fiet, vt Exodus ex Ægypto incidat in annum Mundi 2483.

Quærendum tamen, & explicandum restat, quomodo rectè putandi sint illi 215 11
anni à descensu Iacob vsque ad Exodum? Constat hoc tempus tribus Periodis. Prima est à descensu illo vsque ad mortem Ioseph: quod tempus fuit annorum 70 completorum, *vt patet ex nostro anno expanso 2338. & bene numerat D. Aug. ex septem libris qq. lib. 2. q. 47. tom. 4.* Periodus secunda est à morte Ioseph vsque ad natiuitatem Moysis, spatium habens 65 annorum, vt iam dicam. Tertia Periodus fuit ab ortu Moysis vsque ad Exodum, quæ fuit annorū 80. *vt patet Exod. cap. 7.* hi autem tres numeri in vnum collecti faciunt 215 annos. Cæterum in secunda illa Periodo tantùm fuisse 65 annos, patet tum authoritate eorum, qui hactenus citati sunt, cùm hæc summa sola desit ad explendos annos, quos omnes illi probant; tum ex iis, *quæ iam dixi nu. 5.* Nam inter Leui filium Iacob, & Moysen pronepotem Leui, tantùm intercesserunt duæ generationes, scilicet Caath & Amram: quæ Periodus angustior est, quàm vt possit multum excedere terminos iam assignatos. Demonstratio porrò Chronologica est huiusmodi. A nato Abraham vsque ad natum Moysen, 12 *A morte Ioseph ad Moysen natum.*
sunt anni 425. vt probabo. Constat autem ex nostris anni expansis, & locis ibi citatis, à natiuitate illa Abraham, vsque ad mortem Ioseph, esse præcisè annos 360. quibus si addas 65 annos illos, quos dixi esse à morte Ioseph vsque ad natum Moysen, habebis iusto calculo illos 425 annos. iam verò illud de 425 annis probatur: qui à nato Abraham, vsque ad promissionem, sunt anni 75. *Vide annum expansum 2053.* Ab illa verò promissione ad Legem datam in Exodo, sunt anni 430. *Gal. 3. vers. 17.* Hi autem duo numeri efficiunt annos 505. quibus subtrahe 80 annos, quos Moyses habuit à natiuitate ad Exodum, restabunt anni 425. quos dixi esse à natiuitate Abrahæ, ad natum Moysen. Quod verò dictum est de Caath & Amram, patet ex apposito hic Genealogiæ Diagrammate. *Anni 505. huius Periodi.*

- Leui, filius Iacob, proauus Moyſis, genuit
  - Gerſō, à quo Aſaph, author Pſal. 50. 73. & decem ſequentium, Num. Heb.
  - Caath genuit Meram, à quo Ethan ortus eſt author Pſal. 89.
    - Amrā
      - Aran.
      - Moyſes, à Leui quartus.
    - Iſmar
      - Chore, ab hoc orti Samuel Prophera, & Hemam Salomonis conſiliarius. Item filii Chore, authores Pſal. 84. 85. 87. 88. 42. 44 & quinque ſequentium.

13 *Anni ſeruitutis.* Atque hinc iam facile eſt inire numerum annorum ſeruitutis: nam ſi addas ann. 65 ad 80, tota manſio à morte Ioſeph erit 145 annorum. Hinc verò ſubduc 22 annos, quibus Ioſepho ſuperuixit eius frater Leui, quoniam ſeruitus tantùm putatur cœpiſſe poſt mortem Leui, & ſic reſtabunt anni meræ ſeruitutis 123. Eſt etiam ſententia Hebræorum aſperam ſeruiturem 87 annis fuiſſe circumſcriptam, ſcilicet à nata ſorore Moyſis, quæ annis 7. erat maior fratre, & inde dictam volunt Mariam,
14 *Multiplicatio.* ſeu מרים ab amaritudine ſeruitutis, quæ tunc incœpit. Sed quæret aliquis quomodò in tantis temporis anguſtiis potuerit populus ille adeò multiplicari, *vt habetur Exod* 13. 37. Multiplicatio enim illa videtur fidem ſuperare, niſi cum *Genebrardo* protrahamus terminos, vt ipſe etiam argumentatur, confirmans opinionem ſuam. Reſpondeo non fuiſſe hoc mirum eo tempore, præſertim cùm & omnes liberorum procreationi vacarent, & plures haberent vxores: addo etiam id factum eſſe, illo fœcunditatem conferente, qui ob finem à ſe deſtinatum, ita fieri voluit: *vt ſcribit Aug. q. illa 47 iam citata.* Omitto quòd multi Nilo tribuant fertilitatem generan-
15 *Scriptura loca de 400 annis explicantur.* di. Cuius propterea aquam γόνιμον appellauit *Maximus Tyrius Orat* 15. *& 38. lege Ariſt lib. 7. Hiſt. anim. cap* 4.

Explicandum hic tandem nobis eſt, quomodo & cum his, & inter ſe cohæreant loca Scripturæ varia, quæ aliter videntur metiri manſionis huius annos. Nam *Geneſ. c.* 15. prædicitur Abrahamo peregrinatio, ſeruitus, & afflictio annorum 400. idque in terra aliena, & repetitur *Act. 7. verſ.* 6. è contrario autem hanc terram alienam eſſe Ægyptum, & tempus eſſe 430 annorum, habetur *Exod.* 12. Item *ad Gal. 3. quæ poſt* 430 *annos facta eſt* Lex, denique *Actor.* 13. dicitur diſtributa terra poſt 450 annos. Reſpondeo, hæc loca in primis nullo modo fauere *Genebrardo*, vt ex omnium ſententia ſatis eſt oſtenſum. Deinde ex citatis authoribus *Aug. Beda*, & aliis, commodam habent illa explicationem, vtcunque iam inſinuatam. Nam quod ſpectat ad locum *Gen. 15. & Act.* 7. numerantur ibi anni à natiuitate Iſaac, vſque ad Exodum ſub Moyſe. Ita *Aug citata illa q.* 47 *Albinus in qq. in Geneſ. D. Tho. Gal* 3. *Abulenſis*, *Mercator*, & alii recentiores non pauci. Senſus ergo eſt (vt hi authores cum *Aug.* exponunt) ſemen promiſſionis peregrinaturum in terra non ſua, hoc eſt in terra tum Chanaan, tum Ægypti; ita vt illud (400 *annis*) coniungendum ſit cum verbis (*peregrinum erit*) non autem cum verbo *affligent*. Vide *Aug.* & eadem eſt explicatio loci *Acto*. 7. vbi aliqui corruptè legunt 430 vt in eum locum bene aduertit *Lorinus*: deeſſe quidem 5 annos, colligi poteſt ex annis noſtris expan-
16 ſis. Sed iam expoſui paulò antè, modum loquendi de fractura temporis omiſſa: alioqui temporis huius accurata ratio habet 405 annos. Nam à natiuitate Iſaac ad deſcēſum Iacob iam numeraui annos 190. Inde porrò ad Exodum numero annos 215. qui duo numeri efficiunt 405. Locus iam *Exod* 12. de annis 430. debet intelligi, vt ſupra dictum eſt, de peregrinatione vtraque, id eſt, in terra Chanaan & Ægypto, ac proin-
De an. 420. à Promiſſione ad Lege de numerandi ſunt illi ab exitu Abraham de Vr Chaldæorum, quando cœpit peregrinari, profectuſque eſt in Charan, & inde in terram Chanaan: ſeu quod idē eſt, numerantur à prima promiſſione facta Abrahæ. Primam dico promiſſionem, quam *initio cap.* 12. *Gen.* exponit Moyſes: reperiuntur enim duæ aliæ, *Gen.* 13 *&* 22. Sic verò eſſe numerandos hos annos certum eſſe debet: tum, quia licet vna verſio faciat tantùm mentionem Ægypti, tamen apud 70 ſuppletur textus, & additur habitatio in Ægypto, ac in terra Chanaan. Atque ita conputandum eſſe docet latè *Aug. ſupra q.* 47 *libro illo 2. qq. quæ ſunt de Exodo*. Idem docent *Euſeb. in Chronico*, *Ioſeph. lib. 2. Antiq cap.* 13. & communi ſenſu, tum Chronologi, tum alii authores. Sicque omnia rectè conſtant. Atque eodem modo intelligendus eſt locus *Pauli Gal.* 3. Poſtremò lo-

cus ille *Actor.* 13. *vers.* 20. duplicem habet interpretationem, & iuxta vnam quidem, anni illi 450, notant spatium à terræ diuisione vsque ad Samuelem. Probabilior tamen lectio est, de spatio à natiuitate Isaac, vsque ad terræ diuisionem: quam Beda, & multi alii probant. Hoc autem iacto fundamento, res clara est: nam computando à natiuitate Isaac, illi 450 anni, vsque ad distributam terram, de quibus *Actor.* 13. resultant ex illis 405 annis, collectis *ex Gen. cap.* 15. addendo 40 annos deserti: & 5 circiter annos consumptos in debellandis Chananæis. Ita *Beda Actor.* 13. & colligitur ex his, quæ paulò ante dicta sunt. Quam variè tamen sentiant de hac re authores, *vide apud eosdem, Act.* 13. *vers.* 20. *& in anno nostro expanso* 2053. Certè *Scaliger* ad *Eusebium* putauit, Iudæorum more, solutionem Eliæ relinquendam, superatus nimirum rei difficultate.

Quæstio vnica restat, & breuis, ad totam hanc annorum rationem elucidandam. 18
An vno & eodem anno acciderint omnia illa, quæ leguntur, circa initium peregrinationis, & primam promissionem factam Abrahæ. *Caietanus* putat Abrahamum 5 annis habitasse in Haram, eò quòd Scriptura dicat ibi habitasse. Vocatio porrò prima Abrahæ facta in Chaldæa, discessus inde, & habitatio in Charan, profectioque in terram Chanaan, vix poterant anno illo vno 75 Abrahæ accidisse. Sed ratio *Caietani* infirma est, & omnia illa intra vnum illum annum 75 Abrahæ peracta esse ponunt communiter authores. *Eusebius in Chronico, August. de Ciuit. Dei, lib.* 16. *c.* 16. *&* 24. & recentiores, qui hanc rem attigerunt, *vide supra c.* 6. *initio, & cap.* 5. *num.* 8.

SYNOPSIS HISTORIÆ AB Exodo vsque ad Templum inchoatum.

4 Perio. ab anno 2483.

CAPVT VIII.

VT rerum Iudaicarum Historia dilucidetur, & qualis hoc tẽpore fuerit earum conditio, tres præcipuos illius populi status distinguere oportet. Primus fuit ab Exodo ad templum, *de quo hoc capite agendũ est.* Secundus à Templo ad captiuitatẽ, *de quo cap.* 10. Tertius denique à captiuitate ad Christum, explicandus *cap.* 12. *&* 14. Quod ad primum hunc statum attinet, illud constat, incidisse in hanc 4 Periodum perfectam constitutionem Reip. Israeliticæ. Nam ab Abrahamo populi illius satore, vsque ad Exodum, habuit illa multitudo Patriarchas: & partim in libertate vixit, partim sub seruitute. Incipiente autem hac 4 Periodo, populus ille in solitudine formam Reip. perfectiorem accepit, & Leges à Deo: præfuit huic Reip. Moyses annis 40. successit Iosue, & post hunc fuerunt alii 15 Iudices, quorum vltimus fuit Samuel: durauitque hæc forma Reip. sub Iudicibus, annis 416. *(vt sequenti cap. dicendum est)* hoc est, vsque ad Saulis Principatum. Nam à 480 annis, subducendi sunt anni illi Saulis, Dauidis, & quatuor Salomonis, vt dicetur: restabuntque 416. quomodo verò computandi sunt anni Iudicum, *habes ad annum expansum* 2581. *& cap. sequenti, num.* 4. Cæterùm sub Iudicibus, an fuerit vera Aristocratia, vt vult *Genebrardus in Chronologia*, an verò Monarchia, vt sentit *Ioseph. lib.* 11. *cap.* 4. res est, quæ possit in vtramque partem disputari. Certè illud constat, defecisse multum à regia potestate. Nam nec hæreditaria successione, sed electione fiebant Iudices. Nec illi Iudices, domini erant, vt ostendit Gedeon, *Iud.* 8. Vnde tempore Iudicum Deus in illis regnare dicebatur 1. *Reg.* 8. *&* 12.

1 Tres status Iudaici populi. 2 Iudicum anni 416. 3

Huius primi status anno 416. Rege Saule dato, mutata est Reipublicæ forma, & regnatum est per multos Reges vsque ad captiuitatem Babylonicam, de quibus sequenti Periodo. Tertius tandem huius populi status fuit post hanc Babylonicam captiuitatem, quando primùm erat ἀριστοκρατία, hoc est, per Optimates gubernatio: & breui cœpit summa potestas esse penes Pontifices; donec regnandi forma iterum in Aristobulo restituta est, *vt noto cap.* 14. *numer.* 19. Dum regeretur in primo illo 4

5 *Pontifices.* ſtatu Politica Reſpub. à Iudicibus, pari etiam paſſu progrediebantur, qui præerant
iis rebus, quæ ad Dei cultum, & pietatem ſpectabant. Horum primus fuit Aaron,
frater Moyſis, Pontifex à Deo creatus, extinctis duobus eius filiis, *Leuit. cap* 10. ſuper-
erant duo alii, Eleazar, & Ithamar: quorum ille ſucceſſit patri Aaroni, *Ioſue cap.* 19.
Tertius fuit Phinees ille Zelator. *Num. cap.* 25. & filius Eleazari. Quartus Pontifex
Abiſue. Quintus Bocci. Sextus Ozi. 1. *Par.* 6. & hactenus deſcendentes ab Eleazaro.
Septimus ſucceſſit Heli, ex familia Ithamari, vt magis recepta habet ſententia: in
cuius familia manſit Pontificatus vſque ad regnum Salomonis: quando iterum
tranſlatum eſt Sacerdotium ad familiam Eleazari. Et quidem *Egeſippus lib.* 2. *cap.* 13.
recenſet 13 Pontifices vſque ad Templum, (*vide Abulen lib* 1 *Reg. cap.* 2. *q* 30.) *Nicepho-
rus lib.* 2 *cap.* 4 numerat decem tantùm. Iam à Templo Salomonis, *Ioſephus* nume-
6 rat 17, vſque ad captiuitatem Babylonicam (quo interuallo continetur quinta
noſtra Periodus.) *Egeſippus* citatus ponit 18 Ex his interim vides ſeriem Pontificum
minus aptam eſſe ad fundandam Chronologiam: eò quod ignorentur eorum an-
ni, imò & aliqui Pontifices. Saltem res valde in ambiguo eſt: tum ob ſcriptorum
diſcrepantiam, diſſentit enim à pleriſque aliis *Ioſephus*, ſicut *Hebræi in breuiori Chro-
nologia* (quos ſequutus eſt *Genebrardus*) diſſentiunt à ſuo *Ioſepho*; nec deſunt, qui du-
bitent de familia Heli, & tota illa tranſlatione Pontificatus: tum quia licet 1. *Par.* 6.
recenſeantur Pontifices vſque ad captiuitatem, ſeu vſque ad Ioſedec, *de quo verſ.* 15.
tamen (quod receptum magis eſt) nonnulli, qui ibi recenſentur, non geſſerunt
Pontificatum; vt ſunt qui ibi numerantur poſt Ozi vſque ad Sadoc. Nam (vt habet
illa magis recepta ſententia, & verior) poſt Ozi tranſlatum eſt ſummum Sa-
cerdotium à domo Eleazari in familiam Ithamari, ex qua primus fuit Heli; & man-
ſit in ea domo vſque ad Sadoc ſub Salomone, quando iterum rediit ad familiam
Eleazari. *vide Lyranum* 1. *Reg.* 2. *Abulen Carth. Hug. Card. & noſtrum Baradium lib.* 5. *cap.*
20. *in fine, & cap* 22. *nos plura de Pontificibus cap.* 16.

7 *Prophetæ.* Quæret hic aliquis, an etiam ſub hac forma Reipublicæ floruerint Phrophetæ?
qua in re illud conſtat, poſteriores, quos vocant Prophetas (ſcilicet 4 maiores & 12
minores) incidiſſe fere in tempora Regũ, proinde magna ex parte attinere ad ſequẽ-
tem Periodum. At ante hos, fuerunt etiam alii, qui & propterea dicuntur priores.
Imò inter priores numerantur Elias ſub Achab & Eliſæus, 3. *Reg.* 16. Et denique ab
Hebræis ſic vocantur illi, qui ſcripſerunt Iudicum, Ioſue, Ruth, & Regũ libros. Moy-
ſen omittunt, quia eius libri peculiare nomen habent. fuerunt ergo inter Iſraeli-
tas Prophetæ non modò ſub Regibus, ſed etiam tempore Iudicum. Iudi. 6. *&* 7 *&* 1.
Reg 2. Item Delbora, *Iudic.* 4. ac Samuel Prophetarum Collegii inſtitutor; vt volunt
Hebræ; vbi ſcilicet Prophetæ diſcipulos docebant, qui inde filii Prophetarum vo-
8 *Collegium Prophetarum* cabantur, vt multis placet. Fuerunt etiam Prophetæ in deſerto, nec tantum Moy-
ſes, ſed & Maria. *Exod.* 15. & Aaron. *Num* 12 Denique *Hebræi in Chronologia maiori,
cap.* 20. numerant in Ægypto Prophetas. Cæterùm tempore Regum conſtat plu-
res propheta ſſe, quorum non habemus libros, vt legimus tempore Dauidis, de Gad,
& Nathan, tempore Salomonis de Abia. Sed non eſt huius inſtituti ſingulos perſe-
qui. *Lege inter recentiores Barrad. in Concord. lib* 5 *cap.* 23. vbi attigit nomina, nume-
rum, tempus, ac veſtitum Prophetarum. Illud obiter hinc collige, Prophetas no-
ſtros præceſſiſſe omnes gentium Philoſophos, quippe qui non apparuerunt mul-
tum ante tempora Tulli Hoſtilii tertii Romanorum Regis. De quo ad annum
Mundi 3332 atque hæc de Iudæis.

9 Rerum profanarum Hiſtoria adhuc (vt primo Cap. monui) perobſcura eſt,
& in his paucis rebus, quæ Hiſtoricis notatæ ſunt, magna eſt incertitudo, nec poſ-
ſunt, niſi breuiſſimè attingi: qualia ferè ſunt, quæ in Chronologia huius Periodi
indicaui, de primis Troianis Regibus; Argiuorum item, Sicyoniorum, & Athenien-
ſium: de Corinthiorum exordio & Æneæ nauigatione, aliiſque ſimilibus rerum
Profana Hiſtoria initia. caſibus, & perſonis illuſtribus. Res quidem Græcorum nunc initium aliquod capi-
unt, *vt ſubindicaui cap.* 6. *num.* 13. nimirum circa Diluuium Deucalionis, *de quo ad an-
num expanſum* 2461. nec vetuſtiorem habent ferè hiſtoriam. Sanè poſteriora ſunt
pleraque Peloponeſi Regna, ſaltem quò ad progreſſum; licet quorundam initia re-
ſpiciebant priora tempora; vt ex hoc Regum ac Dynaſtiarum catalogo, quem ad
clariorem huius temporis notitiam ſubiicio, facile eſt videre.

Regnorum, & Regum in Peloponeso Catalogus.

1906. PRimum in Peloponeso, & perantiquum Regnum, recensetur Sicyoniorum, exortum ante Ninum, *de quo cap.6.*

1148. vel 2150. Regnante Thurimacho, septimo Sicyoniorum Rege, exortum est Regnum Argiuorum, circa annum Orbis 2148. & regnatum est ann. 544. posteà translatum Mycenas. De huius Regni translatione *vide annum* 2693. Argiuorum Regibus appositi sunt anni quidem recepti, sed præter Argiuorum consuetudinem notati. consueuerant enim Argiui sua notare tempora, non ex Regum, sed Sacerdotũ annis. de qua re sic Thucydides, ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι, ἀπὸ τῶν ἱερειῶν, Iunonis scilicet: de annis verò Mycenarum vt mox dicam, non adeò constat.

	Argiuorum Reges.		*Lacedæmoniorum* 2298. *1. Dynastia*
2149	Innachus	50	
	Phoroneus	60	1. Eurotas
	Apis	35	2. Lacedæmon. à quo Laconia dicta.
	Argus	70	
	Criasus	54	3. Amyclas.
	Phorbas	35	4. Argalus.
	Triopas	46	5. Cynortas.
	Crotopas	21	6. Oebalus.
	Stenelas	11	7. Hippocoon.
	Danaus	50	8. Tyndareus.
	Lynceus	41	9. Castor & Pollux.
	Abas	23	10. Menelaus, Atrei fil. maritus Helenæ, filiæ Tyndarei.
	Prætus	17	
	Acrisius	31	
2693	Finit anno	544	11. Orestes fil. Agam.
	MYCENARVM Reg.		12. Tisamenos, Orestæ filius, ex Hermione.
2694	Perseus, & Stenelus	8	Durarunt ergo hi Reges, vt vides ex Mycenarum catalogo, vsque ad reditum Heraclidarum, licèt non constet de singulorum annis.
2702	Eurystheus	43	
2745	Atreus, & Thiestes	65	
2808	Agamemnon.		
	Ægisthus.		
	Orestes		
	Penthilus.		
	Cometes.		

Corinthiorum 1. Dynastia. anno Orb. 2640.

Annis ferè 53, ante translatũ Regnum Argiuorum Mycenas, cœpit hæc 1. Dynastia in Sisipho Æoli filio: qui Isthmia Neptuni transtulisse dicitur in honorem Melicertæ filii fratris sui. stetit hæc Dynastia annis 259. ac proinde vsque ad Heraclidarum reditum.

Reges.

Sisiphus.
Ornition.
Thoas.
Damophon.
Propodas.
Doridas, & Hianthidas, filii Propodæ, & pulsi ab Heraclidis, Duce Alete.

2900 Nunc redeunt Heraclidæ, & pulsis Pelopidis, occupant cum Dorensibus Peloponesum. *ex Thucid lib.* 1. post hunc reditum cessant Sicyoniorum Sacerdotes, & Reges Mycenarum Pelopidæ: ac deinceps cœperunt duæ illustriores Dynastiæ. Nempe Corinthiorum secunda, & similiter Lacedæmoniorum secunda, vt hic vides.

2900 *Lacedæmoniorum secunda Dynastia, & Reges.*

Eurystenes, à quo Eurystenidæ. Agis, à quo etiam Agidæ. post hos regnat Archestratus. Quartus Rex Laboras. Quintus, Doristas. Sextus, Agesilaus. Septimus, Archelaus. Octauus, Telechus. Nonus, Alcmenes. Hos tantùm dedit *Eusebius.* sed *Scaliger,* sequutus *lib.2.can. Pausaniam,* plures familias enumerat

Corinthiorum secunda Dynastia, & Reges.

Primus Aletes, qui putatur quintus ab Hercule, & regnat eodem anno, quo Eurystenes Lacedæmo. Secundus, Ixion. Tertius, Agelaus. Quartus, Prymnis. Quintus, Bacchis. Sextus, Fudemus. Septimus, Aristodemus. Octauus, Agemon. Nonus, Alexander. 10. Telestes. 11. Antomenes. Hæc *Euseb.* duos superaddit *Scaliger,* quibus dat ann. 70.

Nempe ad Cleomenem Leonidæ filium. quam rem attigi in annis expansis 3239.& 3765.facileque hoc apparebit ex his quæ nunc subiicio.

Idem author ad annum Eusebii 1427, notat desiisse Corynthiorum Monarchiam anno 1 Olymp. 48. qui nobis est annus orbis 3416. nempe in morte Periandri, ex Eusebio & Laertio.

Hæc secunda Lacedæmoniorum Dynastia duas habebat familias (atque hinc duo Lacedæmoniorum principes, quos reges vocabant) vna fuit Eurystenidarum. Cuius iam ex Eusebio recensui principes: quibus addendi ex Pausania sunt hi, qui post Alcmenem sequuntur, Polydorus, Eurycrates, Anaxandrus, Eurycrates secundus, Leon, Anaxandrides, Cleomenes, & Leonidas Cleomenis frater.

Hic Leonidas cæsus est ad Thermopylas vt noto ad annum 3523.

Post hos in eadem familia sequuntur Plistarchus Leonidæ filius, Plistoanax, Pausanias filius Plistoanactis, Agesipolis, Cleombrotus filius Pausaniæ, Agesipolis Cleombroti filius, Cleomenes Cleombroti filius alter, Areus prior, Acrotatos, Areus posterior, Leonidas filius Cleonymi, Cleomenes Leonidæ filius.

Huc vsque Pausanias in hac secunda Lacedæmoniorum Dynastia dedit vnius familiæ principes. In altera eiusdem Dynastiæ familia, quæ Proclidarum nuncupatur sunt hi reges.

Proclus frater Eurystenis, filius Aristodemi. Soos. Eurypon. Pritanis. Eunonius. Polydectes. (huius frater erat Lycurgus Legislator) Charillus, Nicandrus, Theopompus (Polydoro alterius familiæ æqualis) Zeuxidamus, Anaxidamus, Archidamus, Agasicles, Ariston, Demaratus, Leotychides, Archidamus alter, Agis, Agesilaus, Archidamus tertius, Eudamidas, Agis secundus, Eurydamidas, & Epiclidas frater Cleomenis, Leonidæ filius.

Qui hic recensetur Leotychides, vicit Persas ad Micalen. 3524.

Ephori. Quo porro tempore vnius & prioris familiæ Dynasta erat Polydorus, eodem in altera familia Principatum tenebat Theopompus Nicandri filius. quod hîc addo, vt hinc magis constet de institutis Ephoris apud Lacedæm. *de quibus ad annum* 3245. quando regnante Theopompo, filio Nicandri, & in altera familia Polydoro, additi sunt Ephori illi ad frænandam authoritatem 30 Senatorum, imò & Regum, *vt scribit Plato, & notat Cic. li. 3. de Legibus.* vide annũ. V.C. 514. Implicatæ sunt horum Regnorum Dynastiæ, præsertim Mycenarum & Corinthiorum, ob dissidia inter Pelopidas & Heraclidas: ac proinde hîc paucis explicandæ.

Tantalus. In Phrygia Minoris Asiæ regnauit Tantalus, cuius auaritia fabulæ nomen dedit. Huic Tros Dardaniæ Rex bellum indixit, ob raptum filium Ganymedem: dubio Marte aliqui certatum scribunt: tamen Regno eiectum Tantalum *scribunt Diod. lib. 6. & Pausan. lib. 2.* vna cum filio Pelope, cui Hippodamiam filiam concessit OEnomaus Regulus: & tunc accidit, vt hic Tantali filius, in Græciam ex Phrygia veniẽs, *Pelops.* Peloponeso nomen faceret, cùm prius vocaretur Apia, *ex Herod. lib. 7. & Thucidide libro primo.* contigit hoc sub finem Regni Argiuorum. nam Pelopem vixisse tempore Acrisii vltimi Argiuorum Regis, & Persei, docet *Tatianus*, scribens Pelopis exitum, *διαβαντα ἀπὸ Φρυγίας*, incidisse in tempora Acrisii, & proinde reperies Perseum ab *Eusebio* sæpe alieno loco positum. Ab hoc Pelope prodierunt liberi, Thyestes, Atreus pater Agamemnonis, ac Menelai, (qui decimus ponitur Lacedæmoniorum Prin-*Astydamia.* ceps.) Item Astydamia, nupta Stenelo, patri Eurysthei primi persecutoris Heraclidarum. Præterea Lypsidice, nupta Electrioni patri Alcmenę, matris Herculis. ac denique *Electrion. Lypsidice. Perseus. Gorgophon.* Pittheus, auus Thesei Attici. Hi Pelopis liberi varia iũxerunt connubia cum iis, qui progeniti sunt ex Perseo Acrisii Regis nepote ex filia Danae, & primo Rege Mycenarum. Habuit Perseus liberos Gorgophonem, (vnde Tyndareus octauus in prima Lacedæmoniorum Dynastia Princeps, & pater Castoris ac Pollucis) Alcæum, pa-*Tyndaridæ.* trem Amphytrionis, illius, qui ex Alcmena genuit Herculem: & tertium Stelenum, Mycenarum Regem secundum, quique ex Astydamia, vt dixi, genuit Eurystheum illum Heraclidarum persecutorem, & post quem tertium Regem Mycenarum, soli

regnârunt Pelopidæ, vſque ad reditum Heraclidarum. Quartus fuit Electrion, Alcmenæ pater. atque hinc habes & cognationem, & nata diſſidia inter Pelopidas & Heraclidas, de qua re tota paucis ſic ſcribit *Vell. Paterc.* Anno ferè 80 poſt Troiam captam, centeſimo & 20. quam Hercules ad Deos exceſſerat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulſis Heraclidis, Peloponeſi Imperium obtinuit, à progenie Herculis expellitur. hæc ille. *Vide porrò Herod. lib. 7.* Luculentius has res explicarent Mycenarum Reges & anni, niſi de his maxima eſſet incertitudo, & apud Scriptores diſſenſio: & tamen de hoc ipſo ad Chronologiæ rationem, qua fieri poteſt ratione proponendam, facienda hic mentio eſt. Aliqui Reges Mycenarum quoſdam prætereunt: alii, quibuſdam illorum nullos apponunt annos, vt *Euſebius* poſt recenſitum à ſe Agamemnonē. Certiores ſunt horum Regum anni à Perſeo vſque ad Agamemnonis initia: cui interuallo damus cum aliis communiter, & cum *Scaligero* annos 115: & ita initium Agamemnonis erit annus Orbis 2808. Poſt biennium inchoatur bellum Troianum, & finitur exacto decennio, ſeu anno Orbis 2820. Ab initio autem Agamemnonis ad reditum Heraclidarum, ſub valde incertis Regum annis, interuallum eſſe debet annorum 91. ſicque reſultant anni illi 206. ab initio Mycenarum ad Corinthios, & reditum Heraclidarum. Hiſtoria illius reditus eſt huiuſmodi. Heraclidæ non ſolùm in Lydia, *vt cap. 10. obſeruo*, ſed etiam (quod huius temporis eſt) in Peloponeſo latè ſatis & bis imperarunt. Hercules enim ille Alcmenæ, Argos aliquādiu tenuit, & poſt eum poſteri; quos tamen breui expulerunt Pelopidæ, & non niſi poſt annos multos regreſſi ſunt, contigit hic eorum reditus, ad annum Orbis 2899. vel 2900. & vt ibidem notamus, anno 80 poſt euerſam Troiam. fuit quidem illis reditus iſte perdifficilis: ter enim à morte Euryſthei reditum tentarunt, & bis repulſi, tertio tandem conatu facti ſunt voti compotes. Ac propter hunc varium Heraclidarum conatum, vario etiam anno poſitus eſt à diuerſis Scriptoribus Heraclidarum deſcenſus iſte, ſeu καθόδος εἰς τὴν πατρίδα, quod & deſcenſum, & reditum ſignat. Poſtremum, quod huc ſpectat, eſt Chronologia aliqua Herculis, de qua hoc ſolum ferè aſſerere poſſum, annos eius perincertos eſſe. Nam imprimis annus, quo obiit, apud omnes dubius eſt. Conſtat quidem ex *Plutarcho in Theſeo*, vixiſſe cum Theſeo, amiciſſimè; conſtat etiam obiiſſe poſt Pelopem auunculum maternum, &, vt multi ſcribunt, ante Euryſtheum Atrei filium, expulſorem Heraclidarum. Sed dum Euryſtheus fugientes Heraclidas in Atticam perſequitur, adfuit afflictis amicis Theſeus: qua ope illi fulti, hoſtem inſequentem occiderunt: cui ſine liberis extincto, ſucceſſit in Mycenarum Regno Atreus Pelopis filius, qui etiam Argos tenebat, poſt hunc Atreum regnat Agamemnon, qui Spartam Menelao fratri conceſſit. ita quidem de Atreo teſtantur *Thucydides, Strabo, Diodor. lib. 6. & alij.* Sed, *vt ſcribit Herod. lib. 9.* cùm adhuc Heraclidæ moleſtias inferrent Atreo nouo Regi, poſt inde ſequutam monomachiam, & occiſum in ea Hilum primogenitum Herculis, ex pactis initi certaminis, excedunt Peloponeſo Heraclidæ, & ea lege, ne redirent ante 100 annos; ſeque ad Dorienſes contulerunt, vbi manſiſſe leguntur vſque ad celebrem illum Heraclidarum deſcenſum. Iam verò annos Herculis Chronologicos texere, nec hinc quidem nec aliunde, facile eſt. Tamen cùm certius putetur obiiſſe ante mortem Euryſthei, deberet eius mors contigiſſe ſaltem ſub annum 2743. circa quem etiam, hoc eſt, paulò pòſt, Euryſtheus potuit obiiſſe, & hinc coniectura fiet de eius Apotheoſi cum Æſculapio medico: quæ ſatis diu, & amplius quàm 35 annis, debuit accidiſſe ab eius morte, ſi rectè ab illa Apotheoſi *Paterculus* numerat annos 120. vſque ad reditum Heraclidarum. Porrò cùm expeditio Argonautica vix habeat 20 annos ante Troianum excidium, vt ex Ducū in ea expeditione nominibus conſtat, & notat *Scaliger ad annū Euſeb. 756:* ſanè aut Hercules non obiit ante Euryſtheum: quod tamen ægrè creditur; cùm multi proferant prius obiiſſe; aut non interfuit huic expeditioni: niſi fortè alius ſic nuncupatus adfuiſſe dicatur. Incerta ergo planè Chronologia eſt: ne tamen nihil dicatur, ſit iſta annorum ſeries.

Mycen. Reges.

Agamemnon.

Heraclidarum reditus.

Chronologia Herculis.

Atreus Agamemnon. Menelaus.

Anni Orbis.	Rerum series.	Thesei Regnum 2760. *qq. cap. 18. Append.*	
2743	Mors Herculis.	ἀποθέωσις	2779
2744	Mors Eurysthei.		120
35		κάθοδος.	2899
2779 31	ἀποθέωσις Herculis.		
2800 10	Argonautica expeditio		
2310 10	Bellum Troianum.		
2820	Excidium Ilii.		

Vides hic interim varietatem rerum, & Regnorum pene incredibilem, ac in vnica peninsula quatuor vrbes, nobiles quidem, sua habuisse Imperia; sed non magis variis temporibus, quàm vario, & infelici sæpè rerum euentu. Talis nempe est, Christiane Lector, mortalium gloriæ status; &, si attendis, (liceat mihi in tot tantisque Regnorum ab Orbe condito mutationibus semel hoc dicere) facilè sapientem prædicabis eum, qui rerum hanc vicissitudinem humanarum cogitans, atque alta mente reponens, sibi attendit; & ad illum diem se parat, quo tota hæc Regnorum & Mundi gloria finienda est. Sed, en tibi iterum huius inconstantiæ non vulgare argumentum in Troiano excidio.

10 *Ab anno 2820.* Troianum excidium notatur ad annum Mundi 2820. *Varro, vt est apud Censorinum de Natali die* Romanorum, hoc tempus capti Ilii, fabulosum vocat, seu μυθικόν. Verùm quod ad Troiam spectat, variæ de huius nobilissimi casus anno sunt sententiæ. nonnulli enim multos annos supra 400 esse volunt à capto Ilio, vsque ad primam Olympiadem: alii tamen numerant 407; aut certè non multo pauciores. aliqui 411. Eandemque oportet esse dissensionem de interuallo à capto Ilio vsque ad Vrbem conditam initio 7 Olympiadis: & iuxta opinionem de interuallo illo 407 annorum vsque ad Olympiadem primam, sequetur à capto Ilio, ad Palilia Vrbis esse annos 432. saltem inchoatos. Et reuerà idem cum optimis authoribus sentiēdum est. Nam esse 407 annos ab illo excidio vsque ad primam Olympiadem, ex *Eratosthenis*, & veterum authoritate, ac ratione conuincit *Scaliger de Emend. temp. lib. 5. cap. de Ilij excidio.* esse porrò (quod consequens est) ab Ilio ad Vrbem conditam 432 annos, *habetur ex Solino cap. 2. & Dionysio Halicar. lib. 1. rerum Romanarum.* Adde *Cassiodorum, Bedam, & Eusebium*, anno vno, plus minus, abesse ab hoc numero. Coincidit etiam nobiscum *Diodorus Siculus*, qui *initio lib.* 14. numerat à capta Troia, ad finem belli Pelo-
11 ponesiaci 779 annos. tot verò hinc sunt ad annum Orbis 3599, quando finitur illud bellum. *vt noto cap.* 14. atque hinc iam facile erit casum Ilii referre, vel ad annum Mundi (qui est ille citatus 2820.) vel ad annos Periodi Iulianæ, (quæ fingitur annorum 4980.) si quis ea cum *Scaligero* citato, vel alia simili vti velit: at nos annis Mundi pro Iulianis illis vtimur. *Idem author ad annum Eusebii* 1241 solemni more suo consigna-
12 uit per Neomenias annum capti Ilii. cum enim de mense & Olympiade non ita dissentiant authores, tamen differentia inuenitur in Lunæ die, an acciderit hic casus Nouilunio, an Luna 8. an Plenilunio, an verò Luna 23. sed, *vt cap. 1. significaui*, satis nobis est ex aliis temporum principiis hanc Epocham constare. Et quamuis de die Lunari mensis constaret, adhuc non posset esse certior hæc ratio Epochæ illius colligendæ, quàm ferat authoritas asserentium talem Lunæ diem. Certè Tabulis Astronomicis quàm sit fidendum, & quanta ratio habenda sit verorum motuum, satis indicatum est in explicatione anni Gregoriani *cap. 19. num.* 13. Sed de his satis. Cer-
Tyrus. tum postremò est Tyrum conditam hac Periodo. Sed de anno non ita constat. *Euseb.* anno suo 744, ait conditam annis 240 ante Templum: quod sumpsit ex *Ioseph. lib* 8. *cap. 2. antiq.* & conueniet anno nostro expanso 2723. vel etiam 2730. si numeres ad Templi opus completum.

Scaliger ad Eusebium vult sedem Tyri conditæ Eusebianã habere Anachronismum 15 annorum. sed quid his sæculis turbet Scaligeri rationes Chronologicas, alibi indicatum est. At quomodo ergo condita anno vno ante Troiã euersam ex *Iustino*? Respondeo, à *Mercatore* malè in hoc intellectum *Iustinum*: tantùm enim ait *Iustinus* conditam ante annum Troianæ cladis. Sidon Tyro antiquior est. Post Troianum excidiũ acciderunt in hac Periodo pleraque de Æneæ Regno in Italia circa tempora Sampsonis; De fine item Regni Sicyoniorum; de exorto, & iam notato Regno Corinthiorum, Heraclidarumque descensu; deque inchoato Regno Hebræorum sub Saule & Dauide. Sed *vide hæc ad annos expansos* 2828. *& deinceps.* De progressu autem Regni Hebræorum dicetur ex professo *cap.* 10. Hæc tantùm hîc paucis accipe de rebus Italiæ. Euander pulsus ex Arcadia anno circiter 60 ante bellum Troianum, venit cum matre Carmenta (quæ à Græcis dicta putatur Themis) Prophetissa in Italiam, admissus à Fauno Aboriginum Principe. Locum accepit ad habitandum, qui postea vocatus est mons Palatinus, vbi vrbem extruxit dictam Palantinum, in memoriam illius vnde discesserat. hic Italos Musicam, & quasdam alias artes docuit. *Dionys. Halicar. lib.* 1. Faunus regnasse dicitur annis 44. Fauni illius filius Latinus regnat, & post Euandri aduentum cœpit esse Rex Laurentum, & Aboriginum in Italia, qui ab illo Latini sunt nominati, regnauit annis 36 *iuxta Dionys. Halic.* Ac proinde cœpisse debuit anno Orbis 2790. *vide annum* 2813. Aboriginum Dynastia habuit Reges: Ianum, Saturnum, Picum, Faunum, & Latinum. Successit Dynastia Æneadarum: Reges fuêre Aeneas, Ascanius, Siluius Posthumus, Aeneas Siluius, Latinus Sil. Alba Sil. Capetus Sil. Capys Siluius, Calpetus Sil. Tiberinus Sil. Agrippa Sil. Alladius Siluius, Auentinus Siluius, Proca Siluius, Amulius Siluius. Tertia Dynastia est Regum Vrbis à Romulo, quos habes in annis expansis 3251. & deinceps. Prima illa Dynastia, quæ Aboriginum fuit, putatur durasse annis 150. saltem si numeres ad mortem Aeneæ, seu ad triennium finitum à morte Latini. Inde verò sunt ad Romulum anni 424. saltem illud receptum esse videtur ab initio Iani & Aboriginum Dynastiæ ad Romulum, esse annos 574. quot nempe reperies in annis expansis ab anno 1678. vsque ad primum annum Romuli. In regno Latinorum qui Ascanio succedit est Syluius; sic nominatus, quòd fuisset in Syluis educatus. fuit hic filius Aeneæ & Lauiniæ. grata huius regis memoria apud posteros fecit vt reliqui huius Dynastiæ principes, nomen idem retinuerint. Iulus vero Ascanii filius rebus sacris præfectus est. *Diony. Halic. Liuius. Entrop.*

Aeneas.

Euander.

DE RECTA TEMPORIS SVBDVCENDA ratione, ab Exodo ad Templum inchoatum.

CAPVT IX.

HAbet hæc quarta Periodus, quæ est ab exitu ex Aegypto, vsque ad 4 annum Salomonis, quo cœpta est ædificatio Templi, annos 480. ita habetur 3. *Reg* 6. *vers.* 1. quos sic numero. ab Exodo vsque ad Regnũ Saulis sunt anni 416. ac proinde totidem annis durauit forma Reip. sub Iudicibus. Porrò Sauli dãtur anni 20. vt mox dicam. Dauidi 40. *vt habetur* 3. *Reg.* 2. & Salomoni 4. *ex lib* 3. *cap.* 6. vsque scilicet ad inchoatũ Templum. omnes ergo anni sunt 480. Aduerte autẽ solùm annos 20 datos esse Heli secundùm 70 Interp. Ita *Lucifer* legit, & tam *Euseb. in Chron* quàm vetusti Codices testantur, ita esse legendum apud 70. licèt Hebraica editio det illi annos 40. Sed de hoc dictum est ad annum expansum 2838. Controuersia moueri potest, an vltimum huius Periodi annum accipere oporteat labentem, vel absolutum. Sed ob varias de Orbis & Periodorum istarum initiis opiniones, quis facilè hoc definiet? Vnde sese offert nouum argumentum, demonstrans ignotas fracturas in annis Orbis putandis, aut certè non posse euinci eas non dari: nam Exodo datur mẽsis Nisan, vt noto 2483 Tẽplo autẽ fundato mensis Ziu, nobis est Maius: denique

1 *Ann. 480.*

2 *Heli,*

de Orbis initio, incertum an Ver, vel Autumnus. quod addo, ne putet aliquis errorem, si vel tantillum dissentiant Scriptorum calculi; aut etiam eos rem certò demonstrasse, qui cum illis philosophantur, *de quibus supra cap. 5. num* 2. & qui voluerũt in hujusmodi obseruationibus esse curiosi. Poterat hæc Periodus definiri terminis ab Exodo vsque ad Principatum Saulis, id est, spatio annorum 416. vel etiam ad Regnum Dauidis, spatio scilicet annorum 436. sicut *D. Augustinus lib. 22 de Ciuit. cap. vltimo* fininiri vult in Dauide tertiam ætatem, quam inchoat in Abrahamo. Sed inchoatum Templum tam in Scripturis, quàm apud Chronographos, magis in vsu est, cùm distinguuntur tempora. In hanc etiam Periodũ incidit Quæstio de anno κληρουχίας,
3 κληρουχία de primo anno Sabbatico, & primo Iubilæo. Sed his sedem dedimus ad annos expãsos, nempe 2536. (qui est annus κληρουχίας.) 2537. qui est septimus, & primus Sabbaticus à κληρουχία. & 2580. qui est primus annus Iubilæus, seu quinquagesimus, à terræ diuisione. De initio quidem Sabbatici anni, non omnes (quod commune malum est in re Chronologica) satis consentiunt: aliis primum annum Sabbaticum putantibus, esse primum, quo ingressi sunt filii Israel Terram Promissionis: aliis esse septimum, Et quidem hoc postremum verius. Tamen adhuc noua discordia est, dum aliqui hunc 7 annum numerant diuisione facta per Moysen trans Iordanẽ: alij à diuisione, quam peregit postea Iosue. Et quamuis postrema κληρουχίας ratio sit verior, vt existimo; tamen hinc satis apparet, materiam hanc non admittere, quas nonnulli sibi hî fingunt ex charactere demonstrationes.

De Iubilæo. Est & alia hîc controuersia, an dicendum sit, Iubilæũ complecti 50 annos integros, vt sentit *Eusebius*, an tantùm 49. qui est numerus septies septenarius, resultans ex 7. Sabbaticis; vt numerat *Scaliger li. 7. de Emendat. in fine, & alibi passim.* Certè *Leuit* 25 v. 8. ponit Scriptura 7 Hebdomadas annorum numerandas, seu annos 49. tamen *v.* 10. ait annum 50, esse illum, qui sanctificandus erit; quod quidem impensè fauet *Eusebio*, & iterum repetitur *vers.* 11. ac magno aliorum authorum consensu probatur. Quare character ille de anno Sabbatico, & Iubilæo, quem excogitauit sine ratione, & sequitur *Scaliger*, non est demonstratiuus, vt ille tamen existimat, si (quod Scriptura indicat) solùm post 50 annum absolutum incipiebat series sequentis Iubilæi, & primus eius annus. Cùm ergo ex hoc suo charactere numerat ab Adam ad initium primi Iubilæi instituti à Moyse, 51 Iubilæa, & annos proinde 2499: non est mirum, si à nostris expansis multùm deuiet, siue ex hoc capite, siue ob 30 annos Kainan: siue demum aliunde, *vt supra notatum est cap.* 1. & mox etiam magis innotescet ex annis Iosue computandis, aliisque huius Chronologiæ examinandis Quæstionibus. (Scaligeri Chronologia.)

Sed quæri hîc potest, vnde constet 416 annos dandos esse regimini sub Iudicibus, seu vsque ad Saulem? Quamuis enim in libris Iudicum Samson sit Iudicum vltimus,
4 Anni iudicum quomodo computandi. 480 / 64 / 416. tamen *lib.* 1 regum duo alii adduntur, Heli & Samuel. Respondeo facilè cõstare, quia à 480: subducẽdi sunt anni illi Saulis, anni Dauidis, & 4. anni Salomonis vt dictum est, sicque restabunt anni 416. pro Iudicibus. Quæ ratio colligendi hos annos solidior est, quàm ex additione per annos singulorum Iudicum, vbi calculum fallere possunt fracturæ, aut etiam varietas opinionum de quorundam annis & Interregnis, rẽ potest dubiã reddere. Porrò colligitur ex quorundam saltem Iudicum annis addictis, ad annos Mundi expansos, prout *ex lib. Iudicum*, & veriori Chronologia consignantur. Nã ab initio Ducatus Othonielis vsque ad inchoatũ Templum (annumeratis scilicet 20 annis Heli, 40 Samuelis, ac Saulis, cum 44 Dauidis ac Salomonis vsque ad Templum) resultant anni 403. quibus si addas 40 annos, quibus præfuit Moyses, & 36. quos damus partim Duci Iosue, partim decennali Interregno, quod dari euincitur ex ætate Iosue, & integro numero huius Periodi, & de quo ad annum expansum 2549 efficientur omnino anni 480. Tot verò esse in hac Periodo supra claré probatum est. Facta autem hîc notata subductione, restant illi anni 416. Hinc verò
5 Aetas Iosue. per annos expansos constat, Iosue (de quo ad annum 2436) in Exodo fuisse annorum 44. Cùm verò factus est Dux habebat 84. inde ad obitum fluxerunt anni 26. obijt enim anno ætatis 110. vt notatur ad annum expansum 2549. post quem sequitur decennium illud sine certo ac nominato Iudice. quando verò κληρουχίαν peregit, (κληρουχία.) erat circiter annorum 90. Nos enim saltem completum quinquennium damus bellis, post quæ facta est diuisio terræ: alij septennium tribuunt, vt *Scalig. in Euseb.* anno 545. Ex quo noua oritur dissensio de annis ab Exodo, ad captum Sedeciam, quos idem numerat *Scaliger*; quamuis hæc discordia duorum circiter sit tantum anno-

rum. Vide annum nostrum 2530. Hanc terræ diuisionem accidisse post completos 5 bellorum annos Iosue, patet, tum quia peracta est annis 45 post missos exploratores; vt noto ad annum illum expansum: tum maximè ex ætate Chaleb (qui cum Iosue è numero erat exploratorum.) Nam tempore Exodi fuit annorum 38. & interposito ferè biennio, missus est explorator de Cadesbarne, quo tempore erat 40 annorum, *Iosue 14. vers. 7.* tempore autem terræ diuisæ erat annorum 85. *Iosue 14 vers.* 10. Iam ab illo anno 40 Caleb, ad annum ætatis 85 sunt anni 45. Cæterùm quid obseruandum sit in his Iudicum annis computandis, insinuatum est ad annum expansum 2581. Cuius rei exemplum sit, quod sequitur. Ab anno 22 Othonielis; Israel seruiuit Eglon Regi Moab per annos 18. (*Iud. 3. vers. 14*) In libro autem Iudicum hi anni afflictionis (& sequentes similes, quoties ocurrent) numerantur sub annis Iudicum, illis, quos singulis hîc apponimus. Nam alioqui, si præter 40 annos verbi gratia, datos Othonieli, ponerentur adhuc 18. extra eius & sequentis Iudicis annos, non consurgeret ille numerus annorum, de quo 3. *Reg. 6.* qui computatur ibi ab Exodo ad Templum. Et hoc semel dictum sit, in tota hac subductione annorum Iudicum seruandum. *Vide Lyran. ad cap. 3 Iudi.* qui hoc rectè obseruat. *Euseb.* etiam *in Chronico* in annis Iudicum idem notat. *Et ibid. Scaliger anno* 613. agens de annis, quibus Israelitæ Allophylis Iudæorum oppressoribus subiecti fuerunt.

Chaleb.

7 Obserua in annis iudicum.

Quæres quod sit illud longum tempus *Iosue vltimo vers.* 31. quo sub senioribus post mortem Iosue Israel seruiuit Domino; si à morte Iosue ad Othonielem, vt ponimus, tantum sint anni 10. nam ex illis, 8 erant seruitutis inflictæ propter peccatum idololatriæ, vt dictum est, ad annum expansum 2549. Ergo post mortem Iosue, ne quidem per biennium seruiuit Domino populus. Respondeo posse per Seniores ibi intelligi ipsos illos Iudices sequentes: nam quamuis (vt dicitur libro Iudicum) sæpe peccatum sit; tamen etiam sæpe egerunt pœnitentiam. Hoc, inquam, dici potest, & reuera non obstabat quorundam idololatria, & ab Allophylis illata oppressio, quin adhuc præcipua multitudo seruiret Domino. Illorum tamen quorundam peccatum potuit esse causa communis punitionis, vt sæpe contingit. Dices saltem multa recenseri post mortem Iosue, *Iud. 1. & 2.* quæ non possunt certè his, quæ hactenus narrata sunt, competere. Respondeo, illa duo capita esse posita, vt futuræ Historiæ præfationem, in qua multa inseruntur, tum prius facta, tum postea facienda. Vnde nihil hoc turbat Historiam. Inter Librorum Iud. scrupulos Chronologicos, est etiam illud *Iud. cap. 11. vers. 26.* possedisse filios Israel 300 annis ea, quæ trans Iordanem acceperant à Moyse, à quo tamen ad Iephte tantùm sunt 283 anni. verùm non agitur ibi de ratione temporis accurate definienda; solùm, vt communiter loquimur, notatur temporis interuallum, quod adhuc excurrebat, & sic verè notatum est.

Locus Iosue vltimo. 8

9

Quæri tertiò potest, cur tantùm 20 anni dentur Sauli in hac Periodo, cùm *D. Paulus Actor* 13, tribuat ei annos 40. *Resp. Iosephum* quidem *lib. 6. Antiq. in fine* apertè dare 40 annos Regno Saulis, tamen *Beda*, & communior opinio volunt verba Pauli pertinere indistinctè, tam ad Samuelem, quàm ad Saulem: ac proinde sub 40 annis, de quibus *Paulus*, confuso illo calculo, comprehendi etiam 20 annos Samuelis: & meritò. Samuel enim transtulit suum Ducatum in Saulem, vnxit in Regem, legem Regni dedit, affuit regnanti, priuandum tandem Regno denũtiauit, vixerunt simul, & eodem anno mortui sunt: quid mirum, si in tanta Principatus connexione (quanta in nullis aliis Israelis Ducibus est) tempora etiam Principatuum connectat *Paulus*, præsertim longè aliud, quàm Chronologiam expendens? Cæterùm, si distinctè de his pronuntiare oportet, certè Ducatum Samuelis fuisse 20 annorum, constat 1 *Reg* 7. scilicet toto tempore, quo Arca mansit in Cariathiarim: seu ab Heli ad Principatum Saulis. Præfuit ergo Samuel 20 annis, & amplius: reliquum præciso calculo Chronologico dandum Sauli. Denique ita scribit *Sulpitius libro primo Historiæ*, & ratio annorum sic initur. Ab Exodo præfuerunt Moyses, & alij Iudices, annis 396. his adde hos 40 annos communes Sauli & Samueli, cũ 40 annis Dauidis, & 4 Salomonis, resultat ille probatus supra numerus 480 annorum, ab Exodo ad Templum. Ex hac tota supputatione huius Periodi, facilè colliges deceptum *Iosephum lib. 11. cap. 4.* qui huic Periodo dat annos 500. Quæ in profanis Historiis ad Aeneam, primaque Romanorum initia spectant, habes *in fine Capitis* 8. explicata: *& ad annum expansum* 2820, & 2828.

10 Saul, & Samuel.

Ad hanc Periodum quartam pertinet historia Ruth. arduum tamen & perdifficile est definire accuratè annum in quem illius initium inciderit; aut quo potissimum anno ex hac Moabitide ad Israelitarum religionem conuersa, Boozus filium Obeth genuerit. Illud tamen ex data superius Chronologia perspicuum est; à capta Iericunte (cui rei sedem damus ad annum 2524) vsque ad natū Dauidem anno orbis 2889; fluxisse annòs 365. & toto hoc interuallo in scripturis *Math. 1. & Ruth cap. 4.* solū has quatuor numerari generationes. *Salmon genuit Boozum de Rahab.* (post captam nẽpe Ierichontem) *Booz genuit Obed ex Ruth. Obed genuit Iesse seu Isai. Iesse genuit Dauid regem.* vnde coniecturam capere iam licet, quamuis obscuram satis, de tẽpore Ruth Moabitidis; dum videmus eam secundum in illo annorum 365 interuallo, & recensitis generationibus locum obtinere. Clarior huius rei sese offeret notitia, si singulis his generationibus certus posset dari annus. sed neque hoc compertum habetur: nec satis de tota re inter scripturæ interpretes conuenit. Nam plerique contendunt, non potuisse sine miraculo, quatuor virorum generationes explere 365 annorum interuallum; si inquam prior posterioris progenitor, vt nunc esse ponimus, statuatur. oportebit enim eos, nō nisi valde grandæuos, penè centenarios prolem suscepisse. ac propterea apparet, intermissas hic (vti alibi interdum contigit) aliquot generationes. Sic quidem Lyranum sequutus, opinatus est Catharinus lib. contra Caietanum. nec dissentit valde Iansenius. Grauiorum tamen scriptorum est longè probabilior sententia, nullam hic omitti generationem; posseque nonagenarios & natu grandiores prolem edere. quod ex præteritis seculis, & præsente etiam ætate prolatis exemplis prolixè probauit Serrarius in *lib. Ruth cap. 6. q 19.*

Cæterum si in re adeo incerta licet coniecturis locum facere: posset isto excogitato exempli gratia diagrammate, ostendi non esse impossibile, quod de explendo 365 annorum interuallo per quatuor illas generationes iam est constitutum.

Anni 365 à capta Ierichunte ad natum Dauidem.
- 2524 capta Ierico. Salmoni nupta Rahab.
- 84 anni à capta vrbe.
- 2608 Booz natus de Rahab.
- 98.
- 2706 Obeth natus est Ruth
- 98.
- 2804 Iesse natus
- 85.
- 2889 Dauid natus.

SYNOPSIS HISTORIÆ, A Templo ad quartum annum Ioachim, seu captiuitatem Babylonicam.

CAPVT X.

Ab anno 2963. 5. Periodus. 1 EST hæc Periodus illustrium rerum sedes. In eā inciderunt Olympiades; Reges Iuda, & Israel, Euersio Imperij Assyriorum, Origo Regnorum Babylonici, & Medorum, Carthago, & Roma nobilissimæ ciuitates conditæ, Historiæ Iudith, Tobiæ, & res aliæ, de quibus ad annos expansos aliqua sunt notata.

De Iudæorum Regno. 2 Ac primum de rerum Iudaicarum Historia notatum est *c. 8.* hūc fuisse secundum Israeliticæ Reip. statum sub Regibus. De qua re parùm hìc addendum puto, ad ea, quæ notaui ad annos expansos singulorum Regū, & quæ sequenti capite necessariò dicenda sunt, ad explicandam annorum rationem. Qui pleniorem velit Historiam, legat *Ioseph. in libris Antiq.* Hic tantum aduerto hoc tempore, nec defuisse Pontifices, nec Prophetas, vt apparuit *ex cap. 8.* Et

Diuisio Regni. 3 licèt forma regiminis sub Regibus esset Monarchia, tamen post mortem Salomonis, ea diuisa est, quando diuisum fuit Regnum Hebræorum. *3. Reg. 11.* & abscissis 10 Tribubus, remansit filio Salomonis vna, sed præcipua, cui coniuncta erat Tribus Beniamin. Ad Regni diuisionem, sequuta est Religionis diuisio: metu certè amittendi noui Regni Israelitici, si populus fortè Religionis causa iuisset Hierosolymam.

mam. Nec illa 10. Tribuum idololatria, aliter quàm euersione tandem Regni ex- 4
tincta est. Igitur regnârunt illi Reges Israel, donec Rex Assyriorum Salmanassar, *Captiuitas 10 Tribuum.*
capta Samaria, Regnoque euerso, & translatis Israelitis, mitteret eò ex aliis regioni-
bus, coloniam & colonos terræ. 4. *Reg.* 17. Sed cùm illi missi ignorarent cultum Dei
solitum illius loci, datus est eis Sacerdos Israelita. Ex quo mansit quidem gens illa *Samaritani.*
timens Deum, sed idolis simul etiam seruiebat, & hi dicti sunt Samaritani: à *Iosep.*
autem Cuthei, à regione Cutha, vnde primùm venerunt. De hac autem captiuita-
te agitur ad annum Mundi 3259 regnante Romulo. Cæterùm 10. illas Tribus man-
sisse trans Euphratem, nec vnquam rediisse, putat *Ioseph. lib* 11. *cap.* 5. Alii addunt de-
generasse in gentes, vel Tartaros. *Vide Genebrar. libr.* 1. *Chronologiæ*, & *Isidorum Cla-
rium Exch.* 16. Atque hæc de Israelitis.

Regnum vero Iudæ adhuc durauit per aliquot Reges, vsque ad Iosiæ filios, quorũ 5
tempore contigit captiuitas Babylonica, quam ponimus terminum huius Periodi, &
de qua *cap.* 11. ac ex professo *cap.* 12. Omitto hîc minoris momenti translationem pau-
carum Tribuum percussarum à Rege Assyriæ annis 27 ante captam Samariam: &
ferè ad initiũ Olympiadis secundæ, vt notamus ad annum expansum 3232. Quod at-
tinet ad res profanas, Appianus & Iustinus, narrant à Pigmalione Tiri rege occisum
Sicheum, animo potiundi eius diuitiis. sed Didonem Pigmalionis sororem, & Si-
chei vxorem, conscensis nauibus asportasse has opes in Africam, & Carthaginis prima
iecisse fundamenta. dictum est anno Mundi expanso 3108, de condita Carthagine:
fuisse quidem primò cõditam hoc anno 3108. satis habetur ex euersione eius, de qua
anno 3858. & ex annis interiectis. Nam à prima ædificatione ad secundam, sunt an-
ni 81 ex Dionysio, ac proinde secundò extructa est anno 3189. Hinc rursus ad primã
Olympiadem sunt anni 38. à prima Olympiade ad Palilia Vrbis anni 24. vt constat 6
ex nostris annis expansis, & authoribus citatis ad annum illum 3108. manetque ex *Carthago condita.*
tota hac computatione stetisse à secunda ædificatione vsque ad euersionem annis
670. à quo numero *Velleius* tribus ferè annis abest.

Actum præterea est ad annum 3154 & 3173. de euerso Imperio Assyriorum. Post *Ab anno 3174 Assyria.*
quod tempus plenior habetur ac certior rerum gestarum Historia, tum apud Græ-
cos, quia breui postea successit Olympiadum origo; tum etiã apud Persas, & Medos. 7
Habemus enim *Herodotum*, qui Historiam suam inchoat à Gyge Lydorum Rege, cui
in hac Periodo quinta, sedem damus ad annum expansum 3288. *Vide c.* 20 *n.* 9 *initio.*

Sed ad annos Chronologicos facilius colligendos, his addenda aliqua sunt de 8
Regnis Macedonico, & Babylonico. ac primùm distinguere oportet hoc Regnum
Babylonicum ab Imperio: de Imperio infra *cap.* 12, agendum: nunc de Regno, quod
cœpisse ponimus anno expanso 3182. in Phul Rege, quando in Sardanapalo, paulo
antea extincto, destructa est Monarchia Assyriorum. Sicut ergo post euersam Assy- *Regnum Babylonicum.*
riorum Monarchiam, primus Medorum Rex ponitur Arbaces, de quo ad annum
3173. *ex Eusebio & Diodoro*: Ita nunc primus Rex Babyloniæ, & partis Assyriæ po-
nitur Phul Belocus. Vocatur autem Rex Assyriorum, 4. *Reg.* 15. *vers.* 19. & 1. *Paral.* 5.
vers. 26. Fortassis, *inquit Mercator*, quia partem Assyriæ accepit ab Arbace Rege
Medorum. Sanè *Diodorus lib* 2. *pag.* 78. scribit inter Arbacem & Belestem (fortè Be-
lochum Ducem Babyloniæ) ita conuenisse, cùm inuaderent Sardanapalum, vt Ar-
baces Mediæ & Assyriæ Rex esset; alter Babyloniorum præfectus, tamen post 8, vel
10. annos, aut bello, aut pacto, Babylonio concessa videtur Assyria, & Regni titulus,
vt colligitur *ex* 4. *Reg.* 16. *vers.* 7. vbi Belochi successor dictus Teglath Salasar, voca-
tur Rex Assyriorum. Saltem partem Assyriæ, vt dixi, debuit obtinuisse Rex Baby- 9
loniæ. Nec qui dissentiunt probabilioribus argumentis sua confirmant. Interim
habetur destructa Assyriorum Monarchia, adhuc continuata fuisse duo Regna,
quæ illinc fluxerunt, vnum quidem occupatum à Medis: alterum Babyloniæ, &
postea auctum anno 3273. Cæterùm Reges Babyloniæ à Phul, & deinceps, partim 10
ex Scriptura, partim ex *Beroso apud Iosephum* petiti sunt. Quamquam res hæc habeat *Babylonia Reges.*
satis dissentientes authores, siue Regum annos, & Interregna (quæ ab aliquibus po-
nuntur,) siue ipsos Reges, Regumque nomina spectes. Nam aliqui in hac rerum
serie ponunt Regem quendam Nabonassarum (quem toties nominat *Ptolemæus*, *De Nabonassaro, Nabopolassaro.*
sicut quidam putant hunc in Sriptura esse Salmanassarem, de quo ad annum 3255)
& inde numerant ad Merodach, seu Mardokempadum annos cum magna satis
varietate. Sicut etiam à Nabonassaro ad Nabopolassarum, seu Nabonassarum po-

S

ſteriorem, numerant alij pauciores annos, alii plures. Denique hanc Regum ſeriem replent Interregnis, vt vel ſic, defectum annorum expleant quocumque poſſint modo. Vnde ſatis apparet, nihil eſſe firmum hac in parte. Et quidem quoad Regum nomina, *Scaliger libr.*3. *Canonum parte* 2. *num.* 47. & 52, vult Mardocempadum, ſeu Merodachum eſſe quintum à Nabonaſſaro, mutans ſententiam, quam *libr.* 5. *de Emendat.* cum magna ſatis aſſeueratione probauerat. Sed nos tantùm interponimus Sennacherib, & Aſſeradon. Sextus verò à Phul Rege eſt Merodach. Verùm tunc non conſtabit ille numerus annorum, de quo ibidem Scaliger? fateor, ſicut nec certa vlli apparebit illa annorum ratio, qua ibidem ille vtitur, niſi prius, ſublatis his dubitandi rationibus, res aliter ab illo firmetur.

Quid Ptolemaus. Quod ſpectat ad *Ptolemæum*, ille quidem *Almageſti li.*7 *c.*3, vult annum 36 primæ Periodi Calippi, eſſe annum 454 Nabonaſſari. Et quamuis in noſtris annis expanſis tot ſint anni ab initio Salmanaſſari, ſi tamen ille eſt Nabonaſſarus, ad annũ illum 36 Calippi; tamen, vt hoc ſemel dicam de Ptolemæi authoritate in re Chronologica, à quo interdum diſcedimus nonnihil, quis quæſo aliis authoribus poſthabitis, probabit *Ptolemæum* aliud agentem, ne quidem vel ſemel declinaſſe ab accurata annorum ratione ſignanda? Nam vt *in Appendice cap.* 18 reſpondi, quoniam non ſatis conſtat de ſingulorum Regum annis, & minus de annorum fracturis, facile potuit *Ptolemæus* vnum annum pro alio notare, dum Calippi Periodos, Eclipſes, & ſimiles obſeruationes his Regum annis ſubnectit; & clarum eſt hunc Aſtrologum, multorum annorum interuallo abeſse à laudato illo Canone Mathematico, quem exhibuit *Scaliger li.*3. *Can. num.*47. Demum quicquid ſit de illo, *aput Ptolemæum*, Nabonaſsaro, manent ſemper allatæ rationes, quæ arguunt horum Regum annos & nomina non carere ambiguitate.

1 *Nabonaſſarus.* Cæterùm quoniam in Nabonaſsari, & paucorum, quos recenſui, Regum annis vertitur cardo maximarum difficultatum, in quibus voluit *Ioſephus Scaliger* ab aliis doctiſſimis viris diſsentire: neceſse eſt, vt noſtra firmemus, hîc paucis expendere, quæ ab ipſo de his controuerſiis paſſim ſunt, & prolixè ventilata. Canonem illum Regum Babyloniæ Mathematicum & perantiquum exhibuit *lib.*3. *citato*: quod egregium vocat Antiquitatis monimentum. Habet ille Canon Reges Babyloniæ non omnino eoſdem, quos dat *Scaliger*: præſertim à Merodach, ſeu Mardocempado ad Cyrum? (quo interuallo continetur Nabopolaſsarus.) Regum etiam annos valde habet à *Scaligeri* ſententia diſcrepantes. Denique vix quicquam illi placet in eo egregio monimento, niſi quod ipſe ſuo Marte aut reſtituit, aut ſupplet. Sed, vt verum fatear, illud imprimis *Scaligeri* Chronologiæ, quæ Nabonaſſari annis tota nititur, ſatis officit, quòd nouos Reges Babyloniæ à Nabonaſſaro ſuo exhibeat, quos nec Canon iſte, nec veritas recipit. Deinde Interregna admittit, ob quæ (vt ipſe fatetur) peccari neceſſe eſt in Regum annis & interuallis. inter tot nempe ſeditiones & rerum perturbationes, quibus tempora mirè obſcurantur: quomodo ergo interuallum à primo Thoth Nabonaſſari ad Cyrum, in hac Regum ſerie religioſé, vt ipſe loquitur, cuſtoditum eſt? accedit ad hæc omnia, ratio habenda 43 annorum, quos cum magno grauiſſimorum Scriptorum conſenſu Canon ille dat Nabuchodonoſoro, ab expeditione Syriaca, quibus tamen *Scaliger*, non ſine Chronologiæ ſuæ damno, detrahere voluit 12 annos ſolidos, vt mox ſubiiciam. Sed hæc vniuersè, iam de ſingulis.

Nabonaſſari Epocha, licet *Scaligero* nobiliſsima ſit, & reliquarũ Epocharũ character, vix poteſt, vt ego quidem exiſtimo, ſatis defendi, vel etiam certam in annis Mundi expanſis ſedem habere, ſi talis omnino eſt, qualem hic author ſibi confinxit. Nam, vt prætercam, quod iam dixi, Regem hunc eſſe ignotum, & cuius in Sacris Literis nulla ſit ſub hoc nomine mentio: perturbat valdè data à *Scaligero* Epocha omnem veriorem Chronologiam. primùm enim ſi ille, (quod tamen negat *Scaliger*) eſt Salmanaſſar, ſolùm annis 91 præceſſit Nabopolaſſarum, patrem magni Nabuchodonoſori, cum tamen *Ptolemæus* interuallum illud inter duos hos Reges ſtatuerit eſſe 122 annorum, ſi verè *Ptolemæum* interpretatur *Scaliger*. Si verò Nabonaſſarus eſt alius à Salmanaſſaro, & verum eſt illud 122 annorum interuallum vſque ad Nabopolaſſarum, oporteret ſic locari Nabonaſſarum (qui putaretur Salmanaſſar) ad annum Orbis 3223. quod à nemine hactenus factum eſt, ſed nec fieri potuit: vel certè ad annum 3243. (12 annis ante Salmanaſſarum) quod conſonum eſt illi Mathema-

tico Canoni, qui tantùn 103 annos dat à Nabonassaro ad Nabopolassarum, dissentiens in hoc à *Ptolemæo*: vel denique oporteret (*quod subindico cap. 18. in Appen. num.* 4.) Nabopolassarum illum esse Nabuchodonosorum Magnum, vtpote ad cuius initia, numerantur à Salmanassaro ferè anni illi 122. vt vtsit, nisi qui à Nabonassaro omnia sua, authore *Ptolemæo*, deducunt, clarè demonstrent, quem per Nabonassarum intelligat *Ptolemæus*, & dent illi in annis Orbis communibus, veram & certè demonstratam sedem, Scripturisque Sacris congruentem; nihil vnquam efficient ex hoc capite contra receptas, quas hîc & deinceps sequimur, grauium & doctissimorum virorum sententias.

Atque hoc sic euerso de Epocha Nabonassari fundamento, vt planè vel falsum, vel ambiguum est, corruit reliqua ædificij Chronologici moles, quam superimposuit passim, & magno labore, *Scaliger*. & verò quis non videt longè satius esse (*quod c.* 11. *n.* 3. *professus sum*) annorum rationem Sacris Literis, & multis probatis authoribus consentientē sequi, quàm vnum *Ptolemæum*, vel malè fortasis intellectum (si modò ille Nabuchodonosorū Magnum expresit) vel omnia expendentem ex ignoti Regis annis ignotis. mirum enim est apud solum *Ptolemæum* ex tot Scriptoribus Nabonassari reperiri mentionem, vt iam diuinare oporteat an ipse sit Salmanassar, vel alius: nam ille, quem *Censorinus* Nabonazaron vocat, & nomen habet diuersum, & æquè ignotum.

His proxima sunt apud *Scaligerum* initia Nabopolassari, & Nabuchodonosori Magni. Prioris initium nos quidem locauimus ad annum 3346. in quod non posse incidere annum 122 Nabonassari contra *Scaligerum* iam satis demonstratum est: multo minus (quod idem tamen author contendit) Nabopolassari annus 30, est Nabuchodonosori 12. & deportati Ioachini, seu Iechonæ quintus: (quem *Scaliger* putat notari *Ezech. cap.* 1.) Quæ omnia ex iis, quæ subiicio, & vera sunt, & planè consequuntur. Ac verum imprimis est, quod scribit *Ierem. cap.* 25. *vers.* 1. primum annum Nabuchodonosori esse 4 annum, saltem inchoatum Ioachimi. verum porrò est, annos Regni Nabuchodonosori (qui sūt 43 solidi) numerari ab expeditione Syriaca, quod fatetur *Scaliger*, & clarè cùm ex aliis optimis authoribus, tū ex Beroso habetur, qui apud *Iosephum* scribēs de initio Nabuchodonosori, hæc habet: ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν συρίαν τὴν κοίλην, καὶ τὴν φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν· συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ, μέρη τῆς δυνάμεως ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. prima hæc Nabuchodonosori initia designat vox etiam ἡλικία, acsi dixisset, cùm iam esset ætate matura ad militiam: cui ætati Plutarchus in Gracho 17 annos ascribit.

Tertium, quod facilè etiam concedetur, est, Nabopolassarum (*Berosus* Nabolassarum vocat,) regnasse annis 29 saltem inchoatis, quot nos illi damus in Chronologia: & perspicuum est *ex Beroso, apud Iosephum lib.* 10. *Antiq. cap.* 11. quando etiam obiisse testatur, ita scribens: Τότε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβολασσάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει, μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσι ἐννέα.

Iam (quod 4 loco ponimus) regnauit filius Nabuchodonosor annis 44 completis & solidis. tot enim illi dant Sacræ Literæ, *vt obseruo cap.* 12 *num.* 6. & consentit Canō ille Mathematicus. His tandem addo malè detrahi his regibus 12 annos à *Scaligero*, quibus putat patrem Nabopolassarum regnasse cum filio: vterque enim numerus Chronologicus est, nempe 29. & 43 annorum: quod ex his quæ recensui, & *Beroso* satis colligitur. nec enim ille, nec Sacræ literæ pronuntiarunt aliter de illis annis. & cùm breui post expeditionem Syriacam significet *Berosus* obiisse Nabopolassarum: & regnandi tunc principium fecisse filium; clarum est finem unius Epochæ fuisse alterius principium, & planè gratis asseritur à *Scaligero lib.* 5. *de Emend.* nouum Neuruz dicatū Nabopolassaro post obitū. Atq; hæc de Nabonassari, & aliquot Regū Babyloniæ Epocha controuersa: vnde magnarū quæstionum pendet decisio; nempe de initio captiuitatis Babyloniæ, de Ezechielis anno 30. *de quo c.* 12. *n* 12. & Ioachini deportati anno quinto. ac demum, *iuxta Ierem. c* 25, constat rectè quartum annum Ioachimi esse vigesimum tertium annum à 13 anno Iosiæ; & incidere in annum Orbis 3374. qui est nobis primus annus captiuitatis 70 annorum horum breue subiicio Diagramma.

S 2

3345. Nabopolassari initium, exeunte hoc anno.
28.

3373. Expeditio Syriaca Nabuchodonosori incipit.
1.

3374. Primus annus Chronologicus Nabuchodosori: item primus captiuitatis 70 annorum. & annus 23. à 13. Iosiæ. *Ierem.* 25.
8.

3382. Annus primus deportati Ioachini.
6.

3388. Annus 5 completus deportati Ioachini, & 30 annus à Phase Iosiæ, *de quo Ezech.* 1.

12 Medorum Reges ab Arbace, & deinceps, dedit *Ctesias Cnidius*, qui *apud Diodorum lib.* 2. eos refert ex publicis Annalibus. hic author, licèt aliquando fabuletur, *vt ait Plutarc. tom.* 3. *in Artaxerxe*, tamen ab eodem *Plutarcho* recipitur in multis, & in hoc Regum catalogo texendo, minimè reiiciendus plerisque videtur. Sed mirum est, quàm variè sentiant Authores de Medorum Regum annis, vt de suo etiam tempore conqueritur *Diod. Siculus lib.* 2. Horum à Deioce dat annos *Herodotus*, sed valde à *Diodoro*, & satis etiam ab *Eusebio*, discrepantes. Et qui hos sequuti sunt recentiores Chronologici, non minus, quod necesse est, dissentiunt. *Vignerius*, *Eusebij* & *Herodoti* vestigiis insistens, dat annos 267. quinquennij fortè prochronismo. *Mercator ex Herodoto*, & aliis tantùm colligit 264. *Scaliger* sequutus, vt ipse putat, *Diodorum*, exhibet annos 322, magno interuallo à reliquis omnibus discrepans: fortassis, quia non aduertit (quod vniuersè loquendo notauerat *Mercator*) *Diodorum* sæpe confundere annos filii regnantis viuente patre, cum annis Chronologicis, *vt in re simili attigi initio cap.* 3. Hoc sanè miratus sum, errorem concessione *Scaligeri* in *Diodori* calculo reperiri (mendum ille vocat, & quod solo suo arbitratu tollit:) & tamen ex eiusdem *Scaligeri* sententia insanire omnes, qui illam *Diodori* ex Persicis διφθέραις de Medis collectionem non probant; quam tamen nec ipse probat, nisi à se mutatam. Nam Cyaxeris initium ille quidem vult omnino incidisse in annum 2 Olymp. 37. licèt *Diodorus* habeat annum 2 Olym. 17. At locum corrigit *Scaliger*. Cui bono? Vides, Lector, saltem non tantam esse *Eusebij*, & aliorum Scriptorum insaniam, cùm dissentiunt à *Scaligero*, quantam ille autor esse putauit. Fateor non facile fuisse *Scaligero* sua de Assyriis & Medis placita aptè componere cum Cyri initio, & 55 Olympiade, nisi (quod vir ingeniosus subtiliter peregit) Reges quosdam nouos exhiberet, & Regum annis ab *Eusebio*, aliisque plurimis receptis, aliquid vel adderet, vel detraheret.

Sed quid tandem decernendum de Medorum annis? Certè quod exploratum satis est, nèpe in lite hac tam dubia, nihil cum Historiæ præscribere, qui (quod ex *Eusebio*, & *Herodoto* hìc facio) magis receptos sequitur Regum annos: dummodò, quod sæpe dixi, firmatas & fixas habeat Periodorum Epochas. Si cui tamen data à nobis in expansis Regum annis series non placet, eligat aliam, quam voluerit; (ea lege, vt iustas huius Periodi metas, & veriorem temporum Epocham non prætergrediatur:) vel etiam hanc aliquantulum diuersam, quam *ex Eusebio & Herodoto* collectam subiicio, sed in qua etiam ex *Diodoro* dantur anni 40 Deioci, quòd videam in hoc satis conspirare Scriptores cæteros. Articarmum verò omisit in suo Catalogo *Eusebius*: cui incerto Regi aliqui dant annos 28. alii etiam 32. 28 habet Arbaces. 40 Mandanes. 30 Sosarmus. 28 Articarmus. 13 Cardiceas. 40 Deioces. 24 Artynes. 32 Cyaxares. 37 Astyages. Ergo, vt sequitur, colliguntur anni.

3172. Desinunt Assyrii.
272. Anni Medorum.

3444. Cyri initium.

Recenset *Diodorus*, vt dixi, *ex Ctesia*, & Reges, & Regum omnium annos, præter Astyagem: cui si *Ctesias* annos dari voluit 26, resultat ex eius etiam Catologo numerus 272. quem nos in annis expansis probauimus. Ergo *libro illo Diodori 2* hic ex *Ctesia* Catalogus texitur. 18 Arbaces. 50 Mandauces. 30 Sosarmus. 50 Articas. 22 Arbianes. 40 Arsæus. 22 Artines. 14 Astibaras. 26 Astyages filius. reliqua vide in annis expansis. *Herodotus* lib. 1. vult à Deioce Medorum Rege Ecbatanam ædificatam. id quod *Iudith. cap. 1.* tribuitur Arphaxad Regi. sed de hoc *infra eodem capite in Iudith. num. 36.*

Post euersam Assyriorum Monarchiam, mox etiam exortum est Regnum Macedonicum, de quo ad expansum annum 3206. Ita notarunt *Euseb.* & alii communiter. Primus Rex dictus est Caranus, regnauitque annis 28. Secundus Coenus, annis 12. postea Tyrymmas 38 annis. Europs 25. Alcetus 29. Amyntas 50. Alexander 43. & huc vsque consentit *Eusebius*, nempe ad Alexandrum Amyntæ filiū. succedit deinde Perdicas Alexādri filius annis 31. *ex Theopompo, apud Athenæum libr. 5. cap. 13. ferè initio.* licet pauciores annos det illi *Eusebius*. quod etiam fecit *Scaliger libr. 3. Can. in Regum istorum serie*, quos omnes 400 annis conclusit, secundùm *Diodori* sententiam: licet ipse, diligenter sanè collectis multorum opinionibus, satis ostendat horum Regum annos esse admodum incertos. recensendi tamen sunt probabiliori modo, vt sic à Carano ad Alexandrum Magnum rationem temporis aliquam, etiam ex hac Regum serie, colligamus. Ergo post Perdicam succedit Archelaus filius & regnat annos 24 Orestes annis 3. Archelaus 4. Pausanias 1. (vnum annum hic dat *Eusebius* alteri Amyntæ) Amyntas 6. Argeus 1. Amyntas alius 18. Alexander 1. Ptolemæus Alotites 3. *ex Gemist. lib. 1. pa. 10.* Perdicas annis 5. *ex Gemist. citato.* — *Macedon. Regnum.*

Philippus pater Alex. Mag. & Rex Macedonum anno primo Olymp. 105. *ex Diodo.* regnat annis 24 integris. Hic Athenienses & Olynthios bellis vexauit, & tādē Olynthū deleuit. Sed Philipi res gestas in annos singulos distributas scribunt *Diodorus, Gemistius*, & alii. *vide annos expansos, & cap. 20. num.* 47. *&* 45. In his postremis tribus Regibus recensendis, citatos hos authores opposui *Eusebio*, qui etiam facit Philip. hunc regnare annis 23. superaddit enim, vt dixi, quendam Amyntam; sed cui dat annum vnum tantum. vide supra ad ann. V. C. 383 & 385. — *Philippus Macedo.*

Cæterùm ex his annis, vt à nobis collecti sunt, constat regnasse hos Reges vsque ad principium Regni Alexandri Magni, circiter annos 462. qui additi annis Mundi 3206. vbi locamus principium Regni Macedonici, faciunt Alexandrum Magnum regnare cœpisse anno Mundi 3667. *vt noto Cap.* 15. De Monarchia verò Alexandri, & verò etiam de Regno (quorum est certior Epocha) dicendum est ex professo Periodo 7. quæ est à Cyro ad Seleucidarum Regnum. Si iam addas illis annis Mundi, annos paucos, qui sunt à principio Regni Alexan. Magni, vsque ad Regnum Seleucidarum, habebis Regnum illud Seleucidarum non abesse ab anno Mundi 3692. vt videre licet in annis expansis. Veruntamen, *vt noto Cap.* 15. non ex particularibus numeris, sed ex Olympiade habetur certior Chronologia. — 13 *Alexand.*

Post hæc inchoata noua Regna, sequutum est in hac Periodo initium Olympiadum. Nomen Olympias à Ludis Olympiacis sumptum est, qui Ioui Olympio, magna totius Græciæ celebritate, quinto quoque anno in Elide Peloponesi regione agebantur. Spatium igitur quatuor annorum inter vnos Ludos & alteros interiectum, Olympias appellatur; Iphito authore, & Solstitio æstiuo inchoata. Non fuit tamen Iphitus ille, Praxonidis filius, primus Olympici certaminis institutor. Solum enim à Pelope institutum, postea ab Atreo & Hercule, ac tandem ab Iphito hoc nostro instauratum fuit. Ab hac verò Olympiade, quam instaurauit Iphitus, Græci numerant Olympiadum annos, & fixa illa quadriennia huius celebritatis. Nam ante Iphitum Olympias non ita ad quadriennium celebrabatur. Verùm, cùm omnes recipient 5 annum redeuntem semper fuisse Olympicum, Ludis destinatum, de mense & 1 die huius anni non ita facile est pronuntiare. Habemus quidem, *ex Pindaro in Olympiis*, Olympiades celebratas anni illius quinti plenilunio. adde etiam, pleni lunio primi mensis. Cætera ob vagos Græcorum menses, *de quibus cap. 19.* non ita comperta sunt: licet *Scaliger* — *Ab an. 3228.* 15 *Olympiadum origo.*

velit anno *Eusebii* 1241. in Iphiti institutione prima, primum mensem Olympicum iniisse 9 Iulii; & proinde primam tunc Olympiadem celebratam 23 Iulii numero aureo 5. Cyclo solari Romano 18. Sed quidquid sit de hoc eius fidetum calculo, satis hîc sit, iam designata initia indicasse, adnotasseque ab hoc Ludo Olympico Iphiti primo, nouam Græcorum incœpisse Epocham: quæ quantum cum anno Attico & Macedonico conueniat, indicabo *capite* 19. Et ab hoc nouo titulo historici temporis, dixi numerasse deinceps Græcos Scriptores, suos rerum gestarum annos. Sed superest in hoc negotio de initio Olympiadum præcipua difficultas, in quem annum inciderit prima Olympias: & quo Rege Iuda regnante cœperit. Denique in firmando hoc temporum principio, est inter authores non exigua discrepantia. Et quidem, si recentiores spectes, aliqui volunt cœpisse 3. vel 4 annis ante quàm regnaret Ioathan: scilicet sub finem Regni Oziæ, vel Vziæ, seu Azariæ. Ita cum *Eusebio Genebrard. lib. 1. Chronologia.* Alii reuocant ad 3. vel 4 annum Ioathan regnantis, vt *Mercator.* Alii ad annum 8 Achaz, qui post Ioathan regnauit: ita inter alios *Perer. in Daniel. lib. 11.* sed nec veterum Scriptorum vna est sententia, eorum, inquam, qui propius absunt à vero: nam à capto ilio ad 1 Olymp. quidam annos numerant 408.
16 alii supra 400 addunt 5. alii 6 denique 7 annos. Cæterùm vt Neomenias omittam, Ferias, Græcorum menses, & annos, in quibus prolixi satis superque sunt recentiores nonnulli. Pendet hæc Quæstio tota ex iis, quæ dixi, atque ex certis authoribus probaui ad annos expansos, agendo de Troiano excidio, anno 2820: de Heraclidarum descensu, anno 2899. de Homeri morte, anno 3092. Carthagine condita, 3108. condita Roma, 3252 & demum de Principatu Cyri, anno 3444. ex his enim firmatis præsidiis, huius Quæstionis solidis fundamentis, conclusio, & vera solutio optimè elicitur. Nam ex interuallo, quod probati authores, quos iis locis citauimus, statuunt inter initium Olympiadum, & hos rerum euentus, quos recensui, efficitur certum initium Olympiadum. Et quantum spectat ad annos expansos, sequitur in nostra Chronologia incidisse in annum 4 Ioathan, vt notamus ad annum Mundi
2820 3228. anno prorsus 407 ab excidio Troiæ, vt testis etiam est *Eratosthenes*, & prolixè
407 probat *Scaliger lib. 5. Emen. cap de Ilii excidio poster. edit.* Idem ille *Eratosthenes* à pri-
3227 mo anno Olympiadum vsque ad mortem Alexandri numerat 452. & inde ad
453 Actiacam pugnam 294. consentientibus *Ptolemæo, Censorino*, aliisque probatissimis
3680 authoribus: quæ omnia accuratissimè conspirant cum nostris annis expansis, vt nu-
294 meri in margine appositi clarè produnt. Nec potest esse in hac materia argumen-
3974 tum, quod euidentius concludat, ac proinde hæc sufficiant.

Iam verò ab hoc anno inchoatæ Olympiadis, certiorem, vt omnes fatentur, Chronologiam habemus, dum per Olympiadum annos notantur tempora, vt fecisse le-
17 gitur *Phlegon* Hadriani libertus, optimus Olympiadum supputator. Idem facit *Eusebius in Chronico*, & alii, qui Fastos scripserunt, quos sequutus est, inter recentiores
18 *Mercator*; quorum computationi quantum dandum sit, & quantum cæteris præstet, hæc per Olympiadas temporis ratio, suis locis notamus.

Huius porrò Periodi tempore, sunt constituti ἄρχοντες Athenis, post mortem Codri. Et quidem τῶν ἀρχόντων primi erant perpetui (διὰ βίου.) Secundi δεκαετεῖς, seu decennales. Tertii annui, ἐνιαύσιοι. Sic enim apud Athenienses à Regibus ad Magistratus ventum est perpetuos, ab his ad decennales; ac tandem ad annuos. Cætera *ad annum expansum* 3248. *& in fine cap.* 18. vbi notantur etiam Magistratus. Habuerunt, vt hoc obiter dicam, Athenienses (& Græci ferè omnes) magnam in annis illis suis de-
19 signandis varietatem, nec eodem tempore introductam. In annis quoque varia erāt
Anni ratio varia. principia. Nunc enim à Solstitio, nunc à Bruma annos, imò & Periodos, inchoabant, pro varietate institutorum, qui variis vixerunt temporibus, *vt nos infra ex professo cap.* 19 In quibus (quando hic de Magistratibus sermo est) illud celebre admodum fuit apud Athenienses, de anno τῆς πρυτανείας, ac Tribuum designatione, de qua *Scali-*
20 *ger initio lib. 2. de Emend. temp.* Annus hic penè Lunaris erat, & quo vtebatur Magistra-
πρυτάνεια. tus: habebant enim alium popularem, qui solidis mensibus 30 dierum constabat, de quo alibi dicendum. Alia etiam significatione πρυτάνεια dicebatur dies, quo vnaquæque Tribus sorte imperabat. aut etiam pars illius diei.

Ab an. 3252. In hanc eandem Periodum quintam inciderunt Palilia Vrbis. qua in re ad cer-

tum annum reuocanda, ne quidem inter veteres Chronologos satis constabat: si ue enim interuallum spectes ab excidio Ilii, alii numerant 432 annos, cum *Solino*, & *Dionysio*, alii aliter: siue numeres à 1 Olympiade, discrepantes etiam sunt antiquorum Scriptorum sententiæ. Et mansit quidem annus conditæ Vrbis apud ipsos Romanos valde obscurus, vsque ad *Catonis*, & *M. Terentii Varronis* ætatem, qui primi huic Chronologiæ lucem dederunt aliquam (& præsertim *Varro*, vt *Cicero in Academicis* obseruauit) cùm antea Romani signarent tempora Consulibus tantùm, nulla facta mentione annorum Vrbis: scripsit etiam 7 libros Originum, quorum, quæ nunc extant fragmenta, lucem aliquam afferunt antiquæ Romæ primis fundamentis. Itaque horum duorum opera, duæ annorum Vrbis collectiones extiterunt: vna Catoniana, authore *M. Porcio Catone*, qui floruit anno V.C. 637. (quo ipso anno natus est *Varro*) & anno 635 gessit Consulatum. Altera Varroniana anno vno discrepans à Catoniana. obiit hic *M. Terrentius*, iuxta *Eusebium*, anno Augusti 15. ferè non agenarius, habitus Romanorum doctissimus, *ex Augustino*. 21 *Roma condita.*

Ex hac ergo varia annorum ratione, & simul ex rei incertitudine factum est, vt de anno Olympiadis, quo Roma condita est, tres præcipuæ illæ nunc habeantur opiniones. Prima est *Varronis*, conditam anno 3 Olympiadis sextæ. Secunda *Catonis*, quæ refert ad annũ 4 Olympiad. sextæ, qui est annus 24 Iphiti: & duas quasi sectas fluxisse vides, ex duplici illa *Varronis* & *Catonis* subductione. Tertia demum sententia est, Romam conditam anno primo Olympiadis septimæ. Vt ergo rem totam paucis complectar: Palilia ponuntur à *Varrone* anno 23 Iphiti; à *Catone* 24. demum à *Dionysio* 25 quæ fuit tertia opinio; imò & 26 à *Polybio*, seu secundo anno Olymp. septimæ *ex collectione Casauboniana*. Omitto non minorem esse dissensionem de calculo annorum subsequentium à condita Vrbe. Sed vt hæc varietas ex alio capite oritur, ita alibi hoc est, *cap. 15 tractabitur num.* 14. Quod ergo spectat ad annum Vrbis, placet sanè tertia opinio de anno 1 Olympiadis septimæ, quam esse *Dionysii Halic.* ex eius verbis colligo, ἔτυς ἐνεςῶτος πρώτυ τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος. Sed cùm initium septimæ Olympiadis designat, parùm etiam ille abest à Palilibus Catonianis, & constat nobis ratio annorum expansorum. Nam ab Ilio euerso, 407 cum *Eratosthene* annos damus ad primam Olymp. inde verò ad Palilia anni sunt 25. vti demonstro. c. 18. in fine appendicis. Sed opinionem illam secundam ex *Solino* lib. 2. colligi putant aliqui magno & firmissimo argumento. 22

Vt tamen videas pro nulla sententia stare Logicorum ἀπόδειξιν vllam, & simul vt tertia sententia de anno 25 probetur, expliceturque res tota; discutiendum est illud, quod vocant solidissimum argumentum. Est verò huiusmodi. Anno Consulatus C. Pompeii Galli, & Q. Verannii (qui contigit anno Vrbis 801) Romæ in Actis publicis notatus fuit 1 annus Olympiadis 207, vbi sunt anni simplices 825, numerandi ab initio Olympiadum. Collatis autem his inter se temporibus, & subductis annis illis 801. ab annis 825, prodibit conditam Vrbem anno Iphiti 24. vt aiebat secunda opinio. Huius argumenti certitudo primùm labefactari satis potest ex annorum istorum fracturis, si obiiciantur, & ex initiis diuersis. *825 Olymp. 801. V. C. & Coss* | *24. Caton.*

Quando enim qui comparantur inter se anni, habent inæqualia initia, nec incipiunt, desinuntue eodem tempore, tunc regressus iste per subductionem non est accuratus vt inueniatur præcisa Epocha. Comparantur ergo inter se, isti quidem anni 825. & 801. vt habes ex apparatu tomi 2. cap. 12. nouæ editionis, quæ secundum partem aliquam simul concurrunt. Sed hæc pars exigua est, & trium tantum mensium, ab Aprili ad Iulium. Imo quia Vrbis annus 801 concurrit etiam cum anno Iphiti 826. per nouem menses, potius inde fieret subductio (si sic ineunda ratio est) & restaret annus Iphiti 25 pro primis Palilibus.

Secundò demus his Coss. notatum annum Iphiti 825, siue Olympiadem 207 inchoatam, vt scribit *Solinus*: tamen adhuc dubitare possemus de anno illo Vrbis 801. vel ideo, quia in illum annum consularem, incidit duplex annus vrbis. Denique licet verum annum Vrbis illum esse fateremur sub illo Consulatu; vnde saltem constaret annum hunc 801, accipi excurrentem mense Ianuario, & non potius post 4 23

24 menses quando mutatus est annus Vrbis. Dicet aliquis, in more positum fuisse vt cum Consulibus notaretur annus Vrbis incidens in Ianuarium, quo scilicet illi creabantur; sicut notatur Olympias à suo principio. Hoc quidem afferri posset in medium, si cætera illa constarent. Sed nec huius rei tanta est certitudo, vt ἀπόδειξιν efficiat, imò, vt non vacillet adhuc satis robur illius argumenti. Cæterùm si rectè ineatur ratio temporis iuxta sedem mediam, è duabus, quas tum Olympiadi, tum Palilibus suo loco dedimus; exibit (pro rei ambiguitate accuratè satis) illis Consulibus annus Orbis 4052. ac proinde Christi 51. quem nos Tomo 2. his Consulibus designamus. Nec dissentiet Olympiadis annus datus à *Solino*, quem proinde citamus meritò pro 3 opinione. quippe ex quo satis colligitur annus Iphiti 25. ponendo, quod negari non debet, Consulatum hunc integrum attingere duos Vrbis annos, nempe 800 & 801 & duos itidem annos Iphiti 825. ac 826. vnde rectè vt indicaui retorquetur illud pro anno 24 allatum argumentum. Ergo cum eodem *Solino*, *Dionysio*, *Sigonio*, & aliis (omissa *Polybii* sententia) Palilia Vrbis rectius coniicimus in primum annum Olymp. 7. vt certè præstātiores faciūt Chronologi, quos, qui citatos velit, legat apud *Peter. in Daniel. lib. 11, q. 2.* Porrò hanc Vrbis sedem, cū aliarum rerum temporibus compone; & hac ipsa comparatione confirmatam videbis. Exempli causa, si, *vt supra assertum est cap.* 8 ab Ilii excidio ad Olympiadis initium sunt anni 407. addendo illos 25. annos, fit numerus, 432, ab excidio ad vrbem conditam. quod docent *Dio. & Halicar. l. 2. pag.* 58. Annus etiam Orbis 3251. vel certè 3252. satis ex his exploratus euadit. Quod verò spectat ad mensem, consentiunt ferè authores conditam Romam mense Aprili, idque vel vndecimo Cal. Maii, vt scribit *Eutropius*, vel 12. Kalen, eiusdem Maii, quod ait *Plutar. in Romulo.* Atque hinc iam fit, vt anni Romani dissentiant ab Olympiacis quoad initia.

825. Olymp. 800. V.C. & Coss.

mensis.

Sed componenda tandem inter se sunt, latinæ huius & Græcæ Chronologiæ initia. res laboriosa non est sistendo in iam positis fundamentis. Ponimus enim in annum 25. Iphiti excurrentem incidisse prima Palilia. seu initium primi anni V·C. quo fiet vt annus ille 25 sit in suo initio prior Palilibus per octo circiter menses. Sicque deinceps fiet, vt properante ad finem anno aliquo Olymp. incipiat annus vrbis illi respondens. Quod nos hoc c. 18. sub finem, & plenius tom. 2. in apparatu attingemus.

25 *Palilia.* De die sacro Deæ Pali (vnde Palilia sacra, solita fieri fortè 11. Kal. Maii) quando iacta sunt fundamenta Vrbis, disserere non est huius loci. Ab hoc iam anno inchoato à Palilibus, regnatum est Romæ per 7 Reges, vsque ad tempora Darii Histaspis, sub 7 Periodo. Quando anno Mundi 3495. exactis Regibus constituti sunt Consules, vt ibidem notatum est. Et reliquæ etiam res Romanorum, partim ad annos expansos deinceps occurrentes, vt historica hæc Chronologia postulat, partim *ca.* 16. sunt adiectæ.

26 *De annis Numæ.* Hic solùm aduerto posse dubitari de annis Vrbis ad Numam vsque, an essent integri, vel tantùm 10 mensium. cùm dicant multi Numam adiecisse duos menses, vt noto ad annum expansum 3290. *Resp.* Quidquid sit de numero annorum, à Romulo ad Numam apud solos Romanos, tamen apud alios, & præsertim in computatione Olympiadum annos computari integros: idque satis apparet ex Olymp. notata ad annum illum expansum 3290. Apud Romanos veró Numa, adiiciendo duos illos menses, potuit ex pluribus annis Romanis à Romulo excurrentibus, effecisse pauciores, scilicet 37 integros (tot enim sunt à Palilibus ad mortem Romuli,) & cauisse, vt sic deinceps putarentur anni Vrbis. Assertores quidem huius à Numa factæ correctionis, sunt & prisci Romani omnes, & *M. Varro*, *Plutarchus*, ac *Cicero*, quibus persuasum fuit annum fuisse tantùm decimestrem, ac sic fuisse vsitatum à Romulo, tandemque à Numa intercalatione duorum nouorum mensium reformatum. Sed facilius, & fortasse verius se expediunt ab hac quæstione, qui cum *Fenestella, Scaligero libr. 2. de Emend. temp.* & aliis contendunt, veterem annum Romanorum ab initio conditæ Vrbis fuisse *12* mensium, Lunarem tamen; eum verò fuisse non quidem reformatum à Numa, sed potius ab eodem, vel alio quopiam depra-

27

uatum: & posteriorum Pontificum vitio (qui *ex Censorino, & Macrobio*, ob odium, vt quis citius magistratu defungeretur, minus intercalabant quàm par erat, pro sua libidine) ita tandem perturbatum, vt tempore Iulii Cæsaris, Romanus Ianuarius, iam in Octobrem transiisse deprehenderetur; ac proinde fuisse annum tandem à Iulio reformatum, non autem à Numa. Quod si quis pertinaciter vellet tueri, duos illos menses à Numa adiectos; vel dicat à Romulo ad Numam plures quàm 37 annos ex calculo tantùm Romano excurrisse: vel certè decem illos menses fuisse productiores, & plurium dierum, quàm sint nostri menses: sed placet mihi quod asseruit *Fenestella*. 28

Huius demum Periodi est Lydorum Regnum, quod exordium cœpit (quale nunc *ex Eusebio* habetur) aliquot annis post finitam Assyriorum Monarchiam, & triennio ante primam Olympiadem, in quo tandem post Heraclidas regnauit Gyges. Lydia à Lydo Rege dicta, cuius meminit *Herodotus*: licet alii Lydios à Lud filio Sem dictos putent. In huius Regni Regibus numerantur, præter alios priores, magna ex parte ignotos: Argon, Heraclidarum primus Rex in Lydia: & post multos, Ardisus: Haliattes: Meles: Candaules (Heraclidarum vltimus in Lydia) Gyges: & Gygis pronepos Crœsus, Lydiæ Rex vltimus, à Cyro captus. Sed Regni Lydorum nec primos Reges, nec initia temporis, omnino explorata habemus. Itaque cùm ignorentur Reges illi primi, inchoamus Regum seriem, cum *Eusebio* à Rege Ardiso Heraclida, qui iam solet primus vocari: & hunc locamus ad annum 3224. Regnum ergo hoc durat vsque ad captum Crœsum; *de quo* 3458. Atque ita ab Ardiso stetit annis 233. Pauciores annos dăt huic Lydorum Regno qui numerăt à triēnio ante primam Olymp vsque ad 57 exeuntem, vbi sunt tantùm anni 230. Ex his facilè initur hic annorum numerus. Nam ab anno illo inchoato, quo cœpit Ardisus regnare, sunt anni 63, vsque ad Gygen; à Gyge vsque ad Crœsum captum anni 170. *ex Herodoto lib.* 1. qui duo numeri efficiunt annos 233. quibus stetit hoc Regnum: nempe ad annum 3458. capto Crœso. Habent ergo, vt iam subindicaui, in hoc Lydorum Regno suas etiam partes Heraclidæ, vt pote qui inter alios Reges illud diu obtinuerunt, annis ferè 505. Nempe ab Argon vsque ad Gygen, *ex Herodoto*: seu ad mortem Candaulis, *de qua* 3288. quando Gyges, post Regem impiè à se occisum, cœpit regnare: inciditque in annum mortis Romuli, quo anno cœpisse regnare Gygen à multis scriptum *testatur Plinius, lib.* 35. *cap.* 8. hunc Gygen aliqui volunt esse, cui primo nomen Tyranni inditum est. Quamuis de Iudithæ historia, quam locamus ad annum 3307. quo tempore contigerit, dissentientes plurimùm sunt opiniones; puto tamen cæteris longè probabiliorem esse eam, quæ circa annum expansum citatum, & sub Manasse Rege Iuda accidisse affirmat, ac proinde in hac Periodo. Consentiunt enim omnia huic tempori, quę in hac Historia narrantur: vt de Pontificatu Eliachim, & diuturna pace, quæ sanè subsecuta est reditum Manassis, *de quo* 2. *Paral.* 33. *vers.* 13. *ac Ioseph. lib* 10. *cap.* 4. & durauit ea pax sub Manasse, ac duobus sequentibus Regibus, id est, vsque ad initia captiuitatis Babylonicæ. Ad quam etiam firmandam conferre multùm potuit reditus eiusdem Regis è Babylonia, rebus scilicet prosperè compositis cum Babyloniæ Rege, & fortassis (destructo iam Regno Israel) additis ad ditionē Manassis aliquot vrbibus, inter quas esset Bethulia, qualem rerum vicissitudinem, & reditum videmus accidisse filiis Iosiæ, sub initio captiuitatis Babylonicæ. vide citatum annum expansum. Tertiò consonat silentium de Rege in ea Historia, vtpote absente Manasse Rege Iuda, quàmdiu in Babylonia detinebatur. Regnumque Israel iam cessauerat à 70 circiter annis. Quartò tunc apud Medos regnabat Deioces, qui Ecbatanam ædificabat, *vt ex Eusebio, & annis nostris expansis constat.* Hunc scriptura *Iudith. cap.* 1. vocat Arphaxad. Extabant denique tunc Vrbs & Templum, quorum fit mentio *Iudith.* 4. vt vel sic videas, post reditum à captiuitate (quod aliqui tamen putarunt) esse vix posse locum huic Historiæ, saltem ante 20 annū Artaxerxis; cùm tamen *Suidas* referat ad Cambysen.

Lydorum Regnum. 29 30 *Anni ab Ardiso.* 31 32 33 *Iudith.*

At quis ille Nabuchodonosor, à quo missus dicitur Holofernes? Non fuisse Merodach Baladan, inquiunt aliqui recentiores, quos sequutus est *Serrarius in librum Iudith.* Sed nihil incommodi est dicere, hunc ipsum esse Nabuchodonosorem, de quo in hac Historia. Consentiunt enim tempora egregiè de illo, atque de Manasse; vt ex Chronologia expansorum annorum apparet. At Merodach non fuit tunc Rex Niniue, qui autem hic dicitur Nabuchodonosor, Niniuæus est. Sed certè gratis dicitur non fuisse Merodach illo tempore Niniue Regem, *vt clarè ostendi puto ad annos expan-*

sos 3271. *&* 3085. *ac denique supra cap.* 5. *in fine*, de sæpius euersa Niniue. Cùm ergo videamus tempore Manasſis, Babylonios ſub illo Merodach obtinuiſſe Monarchiam, multo cæteris certior eſt ſententia, quæ putat eum eſſe Nabuchodonoſor. Denique quòd aliqui colligunt contra hunc Merodach, ex legatione eius miſſa ad Ezechiam, nihil eſt. Nam vt patet ex citatis annis expanſis, vixit Merodach cum vtroque Rege Ezechia & Manaſſe filio. Atque aliquandiu etiam cum Aſſeraddon; factaque eſt mutatio Regnorum talis, vt nec ratione Imperii, nec perſonarum, aut temporis vlla ſit reliqua difficultas hac in parte.

Bethulia. Sed Topographiam obſeſſæ ciuitatis exagitant hoc tempore Nouatores noſtri, negantes vllam vſquam extitiſſe Bethuliam. Delirium hoc eſt hominum, quorum ingenium eſt res nouas confingere. *Suidas verbo Holofernes*, Iudæorum affirmat eſſe ciuitatem Βετυλούα. conſentit *Zonaras to. primo*: & ſitum vrbis accuratè explicant, qui terram Sanctam, locis curioſè indagatis, luſtrarunt, *Brocardus*, *Adrichomius*, & alii. Narrant citati Topographi vrbem eſſe Galilææ, non procul à Tiberiade, fortè in tribu Zabulon. Cæterùm ſi vrbs illa, quæ *Iosue* 16. *verſic.* 4. dicitur Hebraicè בתול Betoul, noſtra eſt Betulia, & inter vrbes in tribu Simeonis ibidem recenſetur, rem exploratam habemus, & vrbem optimè conformem Hiſtoriæ Iudith. Ergo Bethulia vrbs illa eſt, in quam confluxerant ob incumbentem belli neceſſitatem viri Iudæorum Principes ex variis Tribubus, & Iuda præſertim: reſidui quoque captiuitatis 10 Tribuum qui habitabant vbi aut voluerunt, aut potuerunt, huc aliqua ex parte veniſſe putantur: aliquos enim reſiduos poſt deportationem habemus 2. *Par* 30. *verſ.* 16. *&* 10. ex quibus potuit eſſe Iudith, vt mirum non ſit mentionem hic fieri de regreſſu à diſperſione, & fuga, *cap.* 5. *verſ.* 23. vbi verba Achior non male ſic intelliguntur: aut etiam de quibuſdam, licet paucis, à captiuitate 10 Tribuum, vel à diſperſione, cùm captiuus abductus eſt in Babylonem Manaſſes, reuerſis. Sed (quod reſtat explicandum) aſſeritur reparatum Templum, antea euerſum, *vt ait textus Græcus verſic* 10? Hinc fortè collegit *Suidas*, *verbo Holofernes*, contigiſſe hanc Hiſtoriam ſub Cambyſe, nempe poſt ſolutam captiuitatem Babylonicam. Verùm fateri oportet, inquirenti Holoferni mores & loca Iudæorum munita, pleraque narraſſe Achiorem hunc alienigenam, parùm quidem nota iam Duci, & ſine dubio vera, vtpote certa ex aliis Scripturæ locis: partim fortaſſis non ita narranti comperta, vel etiam non ita vera, vt nullam variaret ille temporum aut locorum conditionem: ac tale eſt illud *verſic.* 16. *cap.* 5. de Templo euerſo. Non enim Scriptor Hiſtoriæ affirmat omnia prorſus ita ſe habere, vt narrat Achior. Fide quidem certum eſt ea eſſe dicta à Gabaonitis, quæ narrat author libri Ioſue. At vera fuiſſe quis affirmabit? Et plenæ ſunt ſcripturæ huiuſmodi exemplis, ex præclaro *Auguſtini* teſtimonio *lib. contra Priſcill. & Orig. cap.* 9.

Dispersio.

Templum.

Accedit, verba illa Græci textus de euerſo Templo ſuppoſititia videri grauiſſimis authoribus. Certè textus Latinus in hac Hiſtoria eſt, cui fidere oportet.

Aetas Iudith. Poſtremò explicanda eſt ætas Iudith, ſatis etiam hic controuerſa. Obiit illa anno ætatis 105. *vt habet Textus emendatior Iudith vltimo, verſic.* 28. Reliquum, vt ſequitur, poteſt probabiliter proponi.

3307. Anno Orbis occiditur Holofernes anno ætatis Iudith 58.

47. Annis vixit illa, poſt hanc inſignem victoriam, nempe vltra ſeptimum Ioſiæ annum.

20. Annis durauit pax, poſt obitum Iudith, nempe ad captiuitatem.

3374 Hic primus eſt annus Captiu. Babyl. & ſublatæ pacis Iudæis.

Si autem concedat quis, pacem minus duraſſe poſt mortem Iudithæ, certè quò plures annos ſubtraxerit huic poſtremo interuallo à morte Iudith, eò pauciores reperiet eam habuiſſe annos, quando ſtetit coram Holoferne; nempe ſi tantùm 7 anni dentur paci poſt eius mortem (quod opinantur aliqui graues authores) efficietur hanc victoriam accidiſſe anno ætatis Iudith 45. *Lege quæ de his ſcripſit Illuſtriſſ. Cardinalis Bellarminus to.* 1. *Controuerſ. l.* 1. *cap.* 12. Græcus textus habet non annos, ſed dies, καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτὴν ἡμέρας πολλάς. qui mortem Holofernis notaret ad annum Orbis 3312. produceret vitam Iudith vſque ad 13 annum Ioſiæ, nobis ſatis eſt eam circa hunc annum obiiſſe, dummodo, quod hic agitur, conſtet de ætate. Atque hæc de perdifficili hac quæſtione Chronologica. In qua, ſi cui magis placent *Euſebius & Suidas*, qui ſedem dant huic Hiſtoriæ poſt captiuitatem Babylonicam, diſſoluat ille neceſſe eſt non paucas, quæ hanc opinionem ſequuntur difficultates, ex

quibus præcipuæ ſunt;quod ſoluta captiuitate, præſertim ſub Cambyſe, vix adhuc extaret Ieruſalem, Templum omnino nullum erat, nullus Pontifex dictus Ioachin, denique nullum tunc extabat Medorum,aut etiam Aſſyriorum Imperium, omnia occupante Perſico Imperatore.

DE COMPVTATIONE TEMPORUM à Templo ad annum 4. Ioachimi, ſeu ad captiuitatem Babylonicam.

CAPVT XL

Ponenda hic nobis extra quæſtionem aliqua ſunt, quò poſtea minor ſubſit ambiguitas in Regum iſtorum annis putandis. Primum eſt, Regum Iuda ſucceſſionem fuiſſe ſine intermiſsione continuatam. Quod dico,ne quis putet,dum hoc cap. ſoli anni regnantium Regum numerantur,aliquid deeſſe ob intermiſſos Interregni ãnos. Quod ſi aliquo tempore facta eſt in annis horum Regum intermiſsio, ſubſtituto aliquo alio, Scriptura hoc non diſsimulauit. Vt de Athalia, quæ poſt mortem filii obtinuiſſe dicitur Regnum annis 7. Videtur tamẽ aliquibus poſt mortem Amaſiæ Regis Iuda, admittendum Interregnum 11, vel 12 annorum;quia Amaſias pater Oziæ Regis Iuda occiſus eſt anno 15 Ieroboam Regis Iſrael 4. *Reg* 14. *verſ*.17.*&* 23.Et tamen Ozias, ſeu Azarias,filius Amaſiæ, tantùm incipit regnare anno 27 Ieroboam.4. *Reg*. 15. *verſ*.1. Ergo Interregnum eſt 12 annorum ab Amaſia ad Oziam. Sanè perplexa ſatis eſt Chronologia Regum Iſraël, eorumque copula cum Regibus Iuda. Et in hac Quæſtione quam tractamus, aliqui (qui non admittunt Interregnum) vitiatos putant eſſe numeros, ac 27 poni loco 17. Alii admittunt Interregnum 11 annorum in Regibus Iuda. Sed rectius, meo iudicio, excludendo Interregnum, dicemus Oziam ſtatim regnaſſe à morte patris; & inde computari eius 52 annos. Duplex tamen eius regni initium eſſe; vnum quidem à morte patris iam aſsignatum, cùm adhuc puer eſſet, & ſub tutela parentum; alterum poſt tutelam finitam,cùm ipſe cœpit per ſe regnum adminiſtrare. Illud prius initium incidit in annum 15 Ieroboam: Hoc poſterius in annum 27. Et hoc ipſum annorum 12 interuallum ab anno illo 15 vſque ad 27. eſt illud, quod aliqui Interregnum vocarunt. 1 *Interregnum nullum.*

Ex his etiam colligitur trium Regum Chronologia, alioqui ſatis intricata; nempe Amaſiæ,qui regnauit 29 annis: Ieroboam, annis 41.*ex cap. illo* 14. *verſ*. 23. & Oziæ ſeu Azariæ annus ille 38, quo dicitur regnare cœpiſſe filius Ieroboam,4. *Reg*.15.*verſ*. 8. vt ſubiecta Tabella demonſtrat.

	Anni Amaſiæ,& filii.		
o	Ab hoc 1 anno vſque ad principium Regni Ieroboã ſunt anni 15. *ex* 4.*Reg.cap*.14.*verſ*.23.		*Anni* 41. *Regni Ieroboam, Regis Iſrael.*
15.	Hinc ad mortem Amaſiæ ſũt anni 15.*ex* 4. *Reg. cap*. 15.	o	Ab hoc 1 anno vſque ad mortem Amaſiæ,ſunt 15 anni.*ex* 4.*Reg*.14. *v*.23.
29	Nunc accidit mors Amaſiæ, & principium Regni Oziæ filii.	15	Hinc,hoc eſt, à principio 1 Oziæ, ſunt anni 12, ad finitam tutelam,ſeu ad annum 27 Ieroboam. 4. Reg. 15. *verſ*. 1. *vnde* Scriptura numerat Regnum Oziæ.
	Anni Oziæ, quibus regnauit.		
o	Primũ principium Regni Oziæ,adhuc pueri 4 annorum.		
12	Principium ſecundum Regni Oziæ.	27	Ab hoc vſitato principio Regni Oziæ, ſunt anni 14. vſque ad mortem Ieroboam. *cap*. 14.*verſ*.23.

26	Annus 26. Regni Oziæ, coincidens cum morte Ieroboam.	41	Moritur Ieroboam, & vacat Regnum Israel annis 12.
38	*Vide quartum Reg. cap. 15. vers. 1.*	o	Principium Regni Zachariæ in Israel. 4. *Reg. cap. 15. vers. 8.*

Posset hic obiici *ex 2. Paral. 26. vers. 3. & 4. Reg. 15. vers. 1.* primum initium Regni Osiæ coniungi cum anno ætatis 16. item cum 27 anno Ieroboam. Et sic non suscepisset administrationem ante annum ætatis 28. Resp. recenseri quidem simul illa duo: non tamen inde haberi 16 illum annum fuisse primum Regni principium; cùm sæpe multa in Sacra Historia, præsertim Chronologica simul narrentur, quæ tamen non sunt simul gesta. Exempla passim occurrunt, *vt 2. Par. cap. 36. vers. 9. & 4. Reg. cap. 24. vers. 8.* de Ioachim. Omitto, quòd nescio quis neotericus confinxit Interregnum, à Ioachas filio Iosiæ vsque à Ioachim. Satis hoc figmentum confutauit *Scalig. in Opusculis, in quadam Chronologica diatriba.* loca etiam Scripturæ, quæ cito ad annum 3371. satis docent primum regnasse Ioachas (siue natu maximum dicas, siue suffragiis populi & factionibus electum) & post tres menses inchoati Regni Ioachas substitutum fuisse Ioachim: quem *Scaliger* natu maximum esse vult. rem habes explicatam ad annos 3371. 3374. & 3381. sed de Interregno satis.

2 *Anni Chronologici.* Secundum, quod hic expendo, est, cùm aliquando accidat, vt filius dicatur regnasse cum patre, tūc, ne annos bis numeremus, distinguere solere scripturam, vt plurimum, annos, quibus filius regnauit solus, vt patet locis Scripturæ iam citatis, de Ioachim. itē *infra hic n. 6. & 7. & demum 4. Reg* 15. *vers.* 33. vbi constat Ioathan Regem Iuda sine patre regnasse annis tantùm 16. & tales sunt anni, qui hic numerantur in hac Periodo, quippe qui soli sunt Chronologici. Tertiò, illud nota, hos Regum annos, an sint integri, vel tantùm labentes, pati difficultatem: quam etiam supra attigi *cap. 1. nu. 7.* Est enim in rerum priscarum Chronologia, (si pauca excipias, quæ maiorem aliquanto habent mensium & dierum expressionem) ea certè communis molestia, quòd non possit exactissima illa anni & partium eius ratio iniri semper, aut requiri,

3 *Anni integri, an labentes.* sed tamen toleranda: præsertim cùm in re tam obscura non debeat homini videri notabilis iste defectus, & fortè etiam exiguus erit, si (vt contingere potuit) non rarò, quantum vni anno detrahitur, tantumdem alteri, ex pari errore, quasi per compensationem, adiicitur. *Vide annum expansum* 2919. Scio aliquos profiteri artem venandi annos integros, & non integros ex Iobeleis, & simili aliquo demonstrationis charactere, *vt loquitur Iosep. Scaliger libr. 3. Can. §. Regum Hebre. successio.* Eandem tamen, vt curiosā, & planè incertā, alii exagitant. De *Scaligeri* Iobeleis alias: item de his characteribus quid sentiam, *attigi cap.* 1. litem pendentē video; certitudinem an hi, vel illi anni sint integri (in omnibus saltem) nec video, nec puto posse reperiri. & quod ad præsentem de Regum annis quæstionem attinet, satis videre licet ob fractionum harum intricatas disquisitiones, nasci inter Chronologos discrepantiam in annis Regum notandis frequentem, dum quorundam Regum annos à Scriptura Sacra clarè probatos, student notatis fracturis ad solidos annos, vt loquuntur, sed pauciores reducere. Sic 3. *Reg. 6. vers.* 1. clarè Scriptura ponit annos 480. ab Exodo ad Templum inchoatum: & tamen *Arias Montanus* reducit ad annos 479. solùm 3. annos dans Salomoni ante inchoatum Templum. Et similiter à Templo inchoato ad 10. annum Sedeciæ, seu euersionem Templi, tantùm 427. annos solidos hi reperiunt, cum tamen alii, iuxta numeros, quos Biblia proferunt, dent annos 430. triennij discrimen est. Sanè, si ab his rectè absorberetur sic triennium, oporteret in annis nostris expansis (vbi captiuitati & Cyro sedem damus, & plus dicitur) esse triennii metachronismum. Sed satius puto in his Regum annis numerandis, & loqui cum Scriptura, & in hac quæstione (qui anni sint absoluti, qui labentes) tam obscura, aliquid relinquere incertæ compensationi illi. Vt vt sit, si μεταχρόνιον aliquid nobis obiicitur; certè & præuisum satis est; & dum Scripturam proferimus, magno nos iudice tuemur. Sed iam annos ipsos numeremus.

4 *Anni huius Periodi quot.* Dum autem per annos Regum decurrimus in hac Periodo, à Templo ad captiuitatem Babylonicam, aduertere initio oportet, variè posse accipi, *vt ex professo dicendū est cap.* 13. vbi tres captiuitates Babylonicę describuntur. Quarum illa quidem, quæ fuit vltima, quæque incidit in annum 11. Sedeciæ Regis Iuda, fuit celeberrima, quādo euersa ciuitate, incensum est Templum. Et hanc posset quis terminum huius Periodi assignare: quomodo ab inchoato Templo, quod cœptum est anno 4. Salomonis,

lomonis) vſque ad idem Templum dirutum (ſic inchoata 3 illa captiuitate) fluxerũt anni 430. quibus ſi ſubducas ſeptem, quibus exædificatum & completum fuit Templum (vt ſcriptura docet) erunt anni 423 à Templo condito vſque ad illam captiuitatem, & tot annis ſtetiſſe conſtabit: licèt *Ioſeph. lib.* 10. *Antiq.* dicat ſtetiſſe annis 470. Atque ita quidem res ſe habet, numerando à Templo ad 3. illam captiuitatem. tamen numerando à Templo inchoato vſque ad 1. captiuitatem (quæ contigit anno 4. Ioachim, & primo anno Nabuchodonoſor) vt nos hic numeramus, eamque facimus terminum huius Periodi; tunc à Templo inchoato ad captiuitatem hanc, tantùm erunt anni 412. quia ab annis 430. ſubducendi ſunt anni 18 completi, quibus regnauit Nabuchodonoſor à prima hac captiuitate vſque ad tertiam illam, & celebrem deſolationem. *A Templo inchoato ad dirutum 430.* *A Tẽplo ad captiuitatem primam. 412*

Iam notanda eſt ratio putandi prædictos annos. Notamus verò hoc capite ſolùm annos Regum Iuda: omiſſis nunc Regibus Iſrael, (de quibus tamen ad annos expanſos actum eſt,) conſtat autem *ex lib.* 3. *&* 4. *Reg.* annos omnium Regum Iuda in vnam ſummam reductos (ſepoſitis annis non chronologicis, & nullo conceſſo Interregno) rectè efficere numerum 494. Numerando, inquam, vt facimus, more Scripturæ, & inchoando ab initio principatus Saulis vſque ad captiuitatem illam tertiã, quouſque protracta eſt hæc Regum ſeries, hic numerus clarè patet ex annis noſtris expanſis, & locis Scripturæ ibi citatis. Ex hoc autem fundamento iacto, facilè ſubducitur in hac Periodo annorum ratio. Nam ſi ab his 494 annis ſubtrahas annos 20. quibus regnauit Saul, reſtabunt deinde ad captiuitatem tertiam anni 474. Rurſus ſi hinc ſubducas annos 40 Dauidis, & 4 Salomonis ante inchoatum Templum, reſtabunt à Templo inchoato ad vltimam captiuitatem anni 430. vt dictum eſt. Porrò ab hoc ipſo numero relicto, ſubducendo 7 annos, quibus ædificatum, & completum eſt Templum, reſtabunt à Templo completo, ad tempus deſtructionis anni 423. vt paulo ante dictum eſt contra *Ioſephum*. Poſtremò à Templo inchoato, vt hic numeramus, vſque ad primam illam captiuitatem, conſequens ex dictis eſt, eſſe annos 412 & tot nos ponimus in hac Periodo. Habet tamen captiuitas Babylonica 70 annorum ſuas difficultates, ſiue principium eius & progreſſum, ſiue exitum ſpectes. Sed de his ſequenti Periodo. Nunc diluenda ſunt obiecta contra initam hanc annorum rationem.. *5 Ratio horum annorum colligitur ex Regum annis.* 494. 412

Prima obiecta ratio eſt de Ioram, quem ponimus regnaſſe 8 annis, *vt etiam habetur* 4. *Reg* 8. *verſ.* 17. tamen hoc non videtur rectè ſubſiſtere. Nam (vt ibi narratur) cœpit regnare anno ætatis ſuæ 32. ergo ſi tantum 8 annis regnauit, obiit anno ætatis 40. iam verò Ochoſias filius, qui ſtatim patri ſucceſſit, cœpit regnare anno ætatis 42. *vt habetur.* 2. *Paralip.* 22. & tamen pater eius tunc ſolùm habebat 40 annos: ergo ſenior patre moriente erat filius duobus annis. Secunda obiecta ratio, diluendaque, eſſe poteſt de Amon, 4 *Reg* 21. *verſ* 19. quem ponimus regnaſſe annis tantùm duobus, & tamen apud 70. *&* *Euſeb. in Chronico* dicitur regnaſſe 12 annis. 6

Reſp. hæc de Amon facilè diluï: tantùm enim regnauit duobus annis, vt expreſſè habetur in vulgata editione. Imò editio 70 correctior, non plures habet. Ad illud de Ioram & filio Ochoſia: *Reſp* locum ſanè eſſe difficilem, & quidem duplex difficultas eſt: prior eſt illa propoſita. Ad quam dicendum videtur, Ioram cœpiſſe regnare anno ætatis 32. vt ait Scriptura, regnaſſe tamen annis omnino 28. Cæterùm ſolus, poſt mortem patris, regnauit tantùm 8 annis, qui proinde ſoli computantur in chronologia: reliquis autem 20 annis regnauit ſimul cum patre Ioſaphat. Quo fit, vt cœperit regnare anno 5 regni Ioſaphat patris: vnde etiam habetur Ioram obiiſſe anno ætatis ſuæ 60. qui anni 60 reſultant ex dictis. Cœpit enim regnare anno ætatis 32. regnauit cum patre 20. annis, & ſolus annis 8 Chronologicis. *Amon.* *Ioram.* 32 20 8 60

Altera hic difficultas eſt de Ochoſia filio Iorami, nam 4. *Regum* 8, Ochoſias cœpit regnare anno ætatis ſuæ 22. & tamen 2. *Paralip* 22. dicitur fuiſſe 42 annorum quando cœpit regnare. Sed dici etiam hic poteſt Ochoſiam ſimul regnaſſe cum patre, idque per 20 annos, & poſt 20 annos regnaſſe ſolum, anno ſcilicet vno, *vt habetur* 4. *Reg.* 8. *verſ.* 26. & ſic omnia conſtant. Nam quando cœpit regnare cum patre erat annorum 22. *vt habetur* 1 *lib. Reg* quando autem cœpit ſolus regnare erat annorum 42. *vt ait lib. Paral.* ſed quia tantùm vno anno ſolus regnauit: *vt aiunt libri Reg.* ideò tantùm vnus annus eſt chronologicus, & tota eius ætas erit 43 annorum. *Ochoſias.* 7

8 *Genebrardus.* Alii aliter hoc explicant, vt *Glossa,& Lyranus locis citatis. Genebrardus ad annum Mundi* 3272. ex alio capite explicat Ochosiam, siue solum, siue aliter, tantùm vno anno regnasse, ne nimium, inquit, excrescant anni, quibus regnârunt Reges Israel. Nam cõtinuata serie respondent successioni Regum Iuda, & facta computatione à Roboã ad 6 Ezechiæ annum, quo translatæ sunt 10 Tribus, siue à 1 Rege Israel vsque ad hanc Israelitici Regni euersionem, tantum reperientur inquit anni 242. Et tamen si duos illos Reges Iuda pluribus annis regnasse dicamus, quàm dãdo 8 annos Ioramo, & vnum filio, fiet vt anni Regum Israel excrescant ad 281. Verùm hæc viri pii & docti ratio non improbat quod dixi: quia iam & notatum est & receptum, illos annos addititios, & sub paterno Regno transactos, non esse numerandos in Chronologia; ac proinde non variari inde Chronologiam, quippe quæ tantum pendet ex annis Chronologicis. Omitto inæqualitatem, quæ resultare possit ex annis integris, & non integris, cum huius rei, vt supra dixi, ratio haberi vix possit in vlla Regum istorum serie. Reliquæ difficultates de Regibus *cap.* 1. & in annis huius Periodi expansis dissoluuntur. Restabat, vt profanarum rerum Chronologiæ ad hanc Periodum spectantiũ aliquid adderetur: sed de Babyloniæ Regibus, cum vix aliud supersit addendum, ferè satis *cap.* 10. reliqua *proximo cap* 12.

6. Periodus.

HISTORIÆ SINOPSIS AB INchoata captiuitate, & 4 Joachimi anno, vsque ad Cyrum.

CAPVT XII.

INchoatam supra *cap.* 10 historiam de Lydis promouet *Herodotus*. Hic *lib.* 1. primus scripsit de Lydiæ, & Mediæ regnis. Præterea de Ionia vetere, deque Persarum bello contra Massagetas, in quo occisus est Cyrus, qui nobis caput est & initium sequentis periodi.
1 *Ab anno 3374* Sed in hac periodo, atque in hoc historiæ compendio, pars præcipua est de initiis, & aliquo progressu Imperii Babylonici. non enim huius est instituti historico, & prolixiori stylo singula persequi. Cyri etiã initia, de captiuitate tractandam hic quæstionem illustrabunt. Dixi verò de Imperio: nam regnum Babylonicum inchoatum fuit superiori periodo, de quo,
2 *Regnum Babilonicum.* & de Regibus satis dictum est *cap.* 10 *& ad annos* 3172. 3182. *&* 3273. Multa quidem *ad Eusebii annum* 1431. & alibi assumit *Scaliger* de hoc Regno, quæ ad accuratiorem, *vt dixi cap.* 10. reducta calculum, nutant satis. Nos meritò aliter *capite illo* 10. de Regni annis, Regumque nominibus, vbi etiam de Nabonassaro illo altero, qui ante Nabuchodonosorẽ regnat, & à quibusdã quoque Nabopolassarus nominatur (licèt aliis Nabopolassarus videatur Nabuchodonosor ille Magnus:) nos illũ posteriore Nabonassarũ vno anno posuimus regnasse cum filio Nabuchodonosoro, nec plura de Regno.
3 *Imperium Babylonicum.* Iam igitur in hac periodo natum est Imperium, de cuius initio, duratione, & fine non est leuis quæstio. Et sanè (vt de duratione saltem dicam) stetit illud annis 70 quod satis colligitur *ex Ierem cap.* 25. cùm dicit futurũ, vt omnes gentes seruiant illi Regi, id est, Nabuchodonosoro, & semini eius 70 annis. Id ipsum explicatur magis *cap.* 27. *Seruient inquit, ei, & filio, & filio filii eius, donec veniat tempus terræ eius*, id est, donec euertatur Imperium, quibus completis 70 annis, promittit Deus *cap.* 25. se visitaturum populũ suũ, id est, liberaturũ; nẽpe soluta captiuitate septuagenaria; atque hæc de duratione. De principio verò huius Imperii & fine, quæ chronologica sunt,
4 nempe in quem annum Orbis, vel Regum aliorum inciderit hæc Epocha, statuendũ est *ex professo cap. sequenti*, vbi de annorum ratione: & explicandum, an horum 70 annorũ initium contigerit anno tertio, vel quarto Ioachim filii Iosiæ Regis Iuda, qui fuit primus annus regni Nabuchodonosori, & primus captiuitatis illius, quæ dici debet, vt ego puto, captiuitas 70 annorum. Itẽ an finis horũ septuaginta annorũ fuerit finis similiter expeditus captiuitatis, & Imperii, vt paucis & obiter subindicaui.
Reges imperãtes. Iam huius Imperii Reges qui fuerint, & quot annis omnes regnauerint, non planè compertum est: tamen ab Hebræis tres tantùm ponuntur. Nabuchodonosor, Euil-
5 merodach, & Baltazar seu Laborosardachus, nimirum Pater, Filius, & Nepos. Et quidem horum trium fit mentio in Scripturis. de Euilmerodach filio agitur 4. *Reg. vltimo*. De Baltazaro nepote *Daniel.* 5. 7. 8. & fit probabile *ex verbis Iere. citatis* tan.

rùm fuisse hos tres. *Seruient*, inquit, *et omnes gentes & filio eius, & filio filii eius*, Nabucho-
donosori. sic verba hæc *Ieremiæ* interpretātur *Hieronymus, Isidorus, Vatablus, D. Thomas,*
Rabbanus, & alii. Vide à Castro, & Commentatores, in illum locum Ierem. 27. Dum ergo alii
alios ab his ponunt Reges (*vt Scalig. lib. 3. Can p. 2. num.* 65) non satis consentiunt, vt
apparet, verbis *Ieremiæ*, nam si benè ea expendantur, ex Regū enumeratione men-
suram iusti temporis definitam proponunt, & eo fine recensentur. quod citatis au- 6
thoribus persuasum fuisse facile quoque est videre. De annis denique, quibus reg-
narunt, ita statuunt Hebræi (ex quibus etiam confirmatur, quod dictum est de nume-
ro Regum) Nabuchodonosor regnauit annis 44. Euilmerodach 23. Baltazar 3. qui
omnes faciunt annos 70. Et quidem *Daniel. cap* 8. commemorat tertium annum Bal-
tazari: ac iuxta hunc calculum ille tertius annus fuit illi vltimus. Euilmerodachi
annos illos 23 non habemus ex Scripturis; sed tantùm ex Chronologia Hebræorum
tamen anni Nabuchodonosori bene colliguntur *ex quarto Regum cap. 24. vers.* 25. nem
pe regnasse eum annis 37. post octauum Imperii annum, quo Iechoniam duxit in Ba-
byloniam, quæ fuit secunda captiuitas. nam *ex cap. illo* 24, Euilmerodach successit
Regno, anno 37 Transmigrationis Iechoniæ, & *ex sequenti cap.* 25. cœpit eo anno re-
gnare. habuit ergo Nabuchodonosor Imperii annos 8. & 37. qui sunt anni 45 quibus
detrahendo vnum, quo vt aliqui suspicantur, regnat cum patre (*vide annum Orbis* 3374)
restant anni 44 Exeunte ergo primo anno Regni, vt suo loco ex professo dicam, vide-
tur inchoata prima captiuitas. quæ est 70, annorum; quando scilicet post Syrios re-
belles domitos, expugnat in reditu vrbem Hierusalem, *vt apud Iosephum lib* 10. *cap.* 11.
satis indicat Berosus. & sic 44 anni eius. 23 filii, & 3 nepotis, faciūt 70 annos captiuitatis
Obiici potest contra id, quod dictum est de 70 annis, durantis Imperii Babyloni- 7
ci; si, quod verum puto anni captiuitatis, & Imperii Babylonici concurrunt, multa,
quæ faciunt contra annos illius captiuitatis, posse etiam afferri contra ea, quæ dicta
sunt de duratione huius imperii. Sed ne eadem repetamus, tractanda sunt hæc ob-
iecta *cap. sequenti*.
Altera iam Historica, sed compendiosa narratio, quæ hac Periodo posset insti- 8
tui, & priori affinis, est de statu rerum Iudaicarum. Facile verò innotescet ille, si ob-
seruet hîc Lector, tres illas huius temporis Babylonicas Transmigrationes, seu capti- *Captiuitas Ba-*
uitates, *ex* 4. *Reg.* 24. & 25. Persicas vocauit *auctor ille 2. libri Machab. eor. cap.* 1. nimirum *bylonica triplex*
sub Perside includens vicinam Babyloniam Prouinciam; aut certe quia Persidis par
tem tenebat tunc Babylonius, *vt attigi cap.* 10. *num* 8. Prima accidit Ioachimi Regis
anno 4. & Nabuchodonosori anno primo, quando Daniel ductus est in Babylonem,
cum reliquis Iudæis: *de quibus Berosus apud Iosephum lib.* 10. *c.* 11 *& nos infra c.* 13. *num. sep-*
timo. Secunda fuit Ioachimi, seu Iechoniæ, deportati anno primo, & Nabuchodo-
sori anno octauo, quando captus est Ezechiel. Tertia, & insignior cæteris, quæque
ruinam attulit contigit anno 11 Sedeciæ, quando cum Ciuitate euersum est Tem-
plum: inciditque in 10 diem Augusti, quo eodem die postea euersum fuisse Tem-
plum à Romanis *notat Iosephus l. septimo Belli Iudaici c.* 9. & 10. Hoc tempore tertiæ
captiuitatis inchoatæ Ieremias erat in carcere, & finem accepit Regnum Iudæorū,
quod postea in Aristobulo est restitutum.
Cæterùm hunc annum casus Sedeciæ fuisse Sabbaticum, *contendit Scaliger ad annū* 9
Eusebii 1427. verùm nec quadrat hoc ad nostros annos expansos, & veriorem opinio-
nem de Iubilęo; nec satis euincitur *ex Ieremiæ* 34. *vers.* 9. & 10. quo tamen maximè
nititur *Scaliger*: mentio enim illa Sabbatici & libertatis, optime intelligi potest de an-
nis iis, qui paulò præcesserunt captiuitatem Sedeciæ. Quare hunc sub Sedecia cap-
tiuitatis annum, esse Sabbaticum alii rectius negant: ac proinde hæc nota, cùm sit du-
bia, ægrè potest, *vt volebat Scaliger*, esse characteristica. Quomodo verò debeas, re-
ctius vt existimo, numerare annum Sabbaticum & Iubilæum, *dictum est supra cap* 9. 10
nu. 3. Porrò quoad Epocham euersi Templi, non mirum est, si in consignanda Olym
piade aberret *Scaliger*. Quod prouenit ex Epocha Olympiadis primæ minus rectè
composita ab illo, & comparata cum annis Bibliorum. Quamuis dum ab Exodo ad
euersionem illam numerat annos 908. solùm tribus annis distemus in Chronologia
ab eius calculo.
Est pręterea huic parti Historiæ addendum, fuisse in tertia illa Transmigratione 11
(quæ incidit in annū 19 Nabuchodonosori) solos pauperes in Iudæa relictos, ad agros
colendos sub Godolia Duce, *vt habetur* 4. *Reg.* 25. & *Ierem.* 40. Iterum tamē reli-

quiæ illæ Iudæorum, post necem illatam Godoliæ, confugerunt in Ægyptum: vnde tandem illæ ductæ etiam fuerunt in Babylonem. *Ierem.* 41. 42. *&* 43. nam anno Imperii Nabuchodonosori 23, & quinto anno inchoato post Vrbis excidium, Nabuchodonosor, post domitas alias nationes, Ægyptum quoque subuertit; ac denuò Iudęos fugitiuos illos, in Babylonem captiuos duxit. Ab hac autem Ægyptiaca victoria cœpit & amplissima esse Monarchia Nabuchodonosori; & Danielis illa Chronologia *cap.*2. de annis Regni illius. *Vide Hieronymum in caput illud Danielis, & Iosephũ libro decimo Antiq. capite vndecimo. & duodecimo.*

12 In hæc ipsa captiuitatis Babylonicæ tempora incidit Iechonias posterior, Iosiæ nepos, & qui in Babylonia genuit Salathiel. Sed huius Regis deportati anno quinto annexa est non leuis quæstio, de loco *Ezechielis cap.* 1. *vers.* 1. quis sit ille trigesimus annus, coincidens cum quinto anno captiuitatis huius Iechoniæ, seu Ioachini; & cuius quintus annus, est etiam Sedeciæ regnantis quintus. siue enim ad Nabunassarum referas illos 30 annos, siue ad Nabuchodonosorum: corruet quod dixi ad annos expansos. Respondeo tamen, neutrius Principis annos ibi notari, solumque designari annum 30. à solenni Phase Iosiæ, & inuento libro Legis: *de quo ad annum expansum* 3357. *&* 3386. Putant quidem aliqui esse currentis Iubilæi annum, sed ineptè, cùm vix 7° sit vel 8°. Alii ætatis annum Ezechielis. *ita Gregorius Magnus.* Tandem *Scaliger in Isagogicis lib.* 3. *p.* 2. *à num.* 47. *ad* 60. *& libro de Emend.* 5. *cap. de initio Nabopolassari* (vbi liberaliter satis has opiniones contempsit) putauit designari annos Nabopolassari illius, quem vocat patrem Nabuchodonosori. Itaque, si *Scaligero* creditur, verior Regum Catalogus euincit, annum illum 30 apud Ezechielem numerari ab initio Nabopolassari, & esse quintum annum deportationis Ioachin, *vt scribit etiam Ezechiel cap.* 1. Et quis credet victos ac captiuos in Babyloniã [ex quibus erat Ezechiel] aliter numerasse annos, quàm faciebant (*inquit Scaliger*) victores & Babylonii subditi Nabopolassaro? Ineptia est ergo Iudæorum, aliam Ezechielis Epocham velle confingere. Hæc ille. Sed, pace *Scaligeri*, Regum ille Catalogus, quem ipse dat, profanã, vt eius verbis vtar, redolet veritatem. Illa, inquam, Principum series, quæ *Scaligero* imposuit, non vindicat ab obliuione veritatem, vt vir alioqui eruditus putauit, sed obruit potius, *vt satis notatum est c.*10. *num.*10. Et verior tum Regum series, tum annorum ratio habetur *ex annis nostris expansis.* Neque verò pronuntiamus cum *Scaligero*, illum annum, quem notat Ezechiel, esse Nabopolassari 30. sed vt est quintus deportati Ioachin, *quod notat Ezechiel*, ita, quicquid auctor ille dicat, est trigesimus à nobili illo Phase Iosiæ. imò mortuo tunc Nabopolassaro, annus agebatur 13 magni illius Nabuchodonosori. cuius certè Epocham potius, quàm aliam vllam notasset Ezechiel: si noluisset suam, hoc est Iudæorum, ad quos scribebat, propriam designare. Vt huic forte argumento aliqua saltem ex parte occurreret *Scaliger*, subindicauit Nabopolassarum regnasse annis 12. cum Nabuchodonosoro filio; & vsque ad quintum annum illum deportati Ioachin. Sed neque probabili argumento id docet vllo, vt peritus Lector facilè obseruabit; nec, si hoc daretur, euinceret Ezechielis Epochã illam, esse potius Nabopolassari, quàm aliam quandam Babylonicam, vel Iudaicam. Adde annũ 5 deportati Ioachin, esse ab initio Nabopolassari non 30. sed 42. ex probabiliori Chronologia. Probabiliorem dico: nam, quicquid sibi auctor ille persuadeat, materia hæc non recipit demonstrationes. Neque vnquam ipse efficiet, vt sua, quæ tanti facit, ἐπιχειρήματα doctis viris appareant ἀποδεικτικά.

13 Sed de Ezechielis Epocha satis, redeo ad res Iudæorum, & ad Iechoniam, de quo sic scribit Matthæus *c.*1. *post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel*, & cætera quæ sequuntur. Duos fuisse Iechonias, est probabilior sententia *Hieronymi, Matth.* 1. *Euthymii*, & quorumdam aliorum. Prior est ille Ioachim filius Iosiæ, post primam Translationem occisus, & sepultura Asini donatus, anno Regni sui 11. & Nabuchodonosori octauo. Ac de isto intelligendus est Matthæus, cùm dicit à Iosia genitum Iechoniam & fratres eius in Transmigrationis tempore, hoc est instante Transmigrationis tempore, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας. Alter Iechonias erat prioris filius, nepos Iosiæ, & Rex à tribus mensibus, quando accidit secunda Transmigratio; quem postea Euilmerodach, filius Nabuchodonosori, eductum è custodia (cum iam Sedecias sub tertia captiuitate esset in carcere) euexit ad summos honores. 4. *Reg. vltimo. vide Hiero. Isa.* 14. & hic est Iechonias, de quo secundo loco agit Matthæus, quique in Babylonia (siue in carcere, siue extra carcerem)

Marginal notes: *Ezechielis locus.* — *Iechonias.* — *Salathiel.*

genuit Salathielem,& quosdam alios.*primo Par.* 3. Hic porrò Salathiel(etiam in Babylonia)genuit Zorobabelem,qui Princeps fuit,& ductor Iudæorum soluta captiuitate, *vt notauimus ann. expanso* 3445. Quod si obiicias *Ierem.* 22. Iechoniam scribi sterilem. Respondeo sterilem verè vocari ratione Regni,seu quòd ex eius filiis nullus omnino potitus sit Regno,cessauit enim vsque ad Aristobulum.tamen filium habuit Zorobabelem,non illum,*de quo* 1.*Par* 3.*v.*17. filium scilicet Phadaia; sed hunc, *de quo Matth.cap.primo.*Hæc de Iudæis, Salathiel. Zorobabel.

De Cyro iam,quoniam ad ipsum terminatur hæc Periodus, deque Principatu eius, vnde pendet quæstio de captiuitate Babylonica, hîc tandem dicendum. Fuit hic Cyrus filius Cambysis cuiusdam. Hunc Cambysen *Herod.lib.*1.hominem Persam tantùm nominat,è bona familia,licèt *Xenophon*Regulum Persarum faciat,subiectum tamen potestati Astyagis,Principatum apud Medos gerentis,penes quos adhuc erat Monarchia;quæ postea tamen ad Cyrum & Darium deuoluta est,vt mox subiiciam. Sic *Hieronymus Danielis* 9. scribit,Cyrum cùm Dario imperasse non tantùm Persis, sed & Medis.Cyrus,*inquit*, post Astyagem auum maternum,cum anunculo Dario, quem Græci Cyaxarem vocant,imperauit Medis & Persis.Et verò satis consentiunt his multi; quamuis *Scalig.in Cân.*2.*num.* 65. velit Darium numquam fuisse Persarum Regem,sed Babylonis inquilinum,licèt à Medis oriundum.Qui etiam *lib.*6.*de Emendatione cap. de Regibus Babylonis, sub finem* , negauit eum vel affinem Cyri fuisse; aut Babylonem cepisse vi. Sed qua ille facilitate hoc affirmat solus in hac sententia ; & vult eum esse Nabonidum , vltimum Babyloniæ Regem , interfectorem Balthazari , &tandem ciuium proditorem;eadem facilitate reiicitur. Rectè Aristoteles, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος τἄλλα συμβαίνει.quæ enim mox subijciā,facilè ostēdent ex hoc vno malè sentiendi fundamento,*Scaligerū* de Cyro pleraque pronuntiasse,tū in Historia, tum in Chronologia,quæ nullo modo recipi possunt;nec malè eum refutat *Vignerius in præfatione suæ Bibliothecæ*, vt alios omittā. Certè costare videtur inter grauiores authores,fuisse sanguine iunctos Cyrum hūc,de quo agimus,& Darium illum Medum, de quo *Daniel.*5. 6. *&* 9. quique tandem regnat cum Cyro,saltem vno anno illo post captam Babylonem. Porrò Darius iste dicitur Astyagis filius , *ex Ioseph.lib.*10.*Antiq. cap.*12.dictus à Græcis Cyaxarès,*vt ait Hiero.Daniel.*8.imò & nomine patris Astyages, iunior scilicet, *Daniel.* 13. *vers.* 65. Sed spectat & ad hanc , sequentis Periodi chronologiam,& totam de Cyro quæstionem illustrandā,nouisse qua ratione Cyro obuenerit Regnum,seu Monarchia,& quam habeant inter se connexionem,Cyri Regnum, capta Babylonia,& laxata 70 annorum captiuitas. *Narrat Iustinus* hūc Cyrum,Cambyse illo patre , & matre Mandane (Astiagis Regis Medorum filia) natum ; auxilio Persarum,& Arpagi Medi,expulisse Regno Astyagem. Sed Cyrus Regnum tantùm abstulit,*ait Iustinus* , nepotem se magis,quàm victorē gerens. Sic ergo finito Medorū in Asia Imperio , videri potest incœpisse Persicum , in Cyro victore ; esseque hoc,illud Regni & Principatus initium , quod Cyrus habuit , inchoatum anno primo Olymp. 55. *authore Eusebio.* Indeque numerandos esse 30 illos annos, quos *cum Iustino* præstantissimi authores communi consensu dant Cyro. Et quamuis hæc chronologia, multis meritò probata sit;tamen quoad historiam *Ctesias vult*, Cyrum non esse Astyagis ex filia nepotem , sed tantùm affinem , quòd victo iam Astyage filiam eius Amytin duxerit vxorem. Cæterum *Xenophon*,& *Metasthenis* fragmentum,dant Astyagi illi victo filium Astyagem iuniorem , seu Darium. Verùm , *quod ait Ctesias* de affinitate,licet demus non ita receptum esse,negandum saltem non videtur(*quod Iustinus & Hier. dixerunt*) Astyagi pulso fuisse filium Astyagē iuniorē,seu Darium:& hunc esse Darium illū Medū Cyri μητράδελφον, quicū Cyrus victor cōcorditer tandē vixit, quique adfuit Cyro in expugnanda Babylone iam senex 62 annorum , & demum, cui morienti Cyrus successit , quemque *Daniel cap.* 13. Astyagem vocat. Fateor non omnes in hanc narrationem penitus consentire , sed quis nescit, quàm sit hæc incerta de Cyro historia ? & aliquo semper iudice ac authore , quælibet se tuetur sententia. iam quod reliquum est de connexione illa prosequamur. 14 De Cyro,& Dario Med. Darius Medus. 15

Volunt nonulli *ex Iulio Africano*, captam Babylonem, antequam cœpisset regnare , seniore pulso Astyage , Cyrus. Econtra verò *Herodotus* , & *Iustinus* longè post Regnum Astyagis adeptum , fuisse captam à Cyro Babylonem. Quin & hi duo authores inter se quoque dissentiunt. Affirmat vnus captam Babylonem ante captū Crœsum. *Ita Iustin.* alter post eundem captum. Nos *cum Iustino* & veriori chrono- 16

logia, post captam Babylonem notamus victum Crœsum, quidquid *ex Herodoto colligat Scaliger, de Emenda. lib. 6.* Quid ergo tandem statuendum? Certè constat in primis Cyrum, siue victo Astyage, siue aliter, cœpisse regnare anno primo Olym. 55. Ita enim veteres Scriptores magno consensu tradiderunt, *vt refert ex Africano Euseb. lib. 10. de Præp. Euange. ca.* 3. Sed illud incertum magis est, quodnam Cyri initium sit ascribendum huic Olympiadi. Varium enim incrementum habuisse putatur eius Monarchia. *Scalig. in Euseb.* tria Cyri statuit initia, persicum, omnium primum Olymp. 55. annis 30 ante Cyri mortem: Chaldaicum Babylone capta, annis, vt putat 9, aut circiter, ante Cyri obitum; & tertium Asiaticum, subiugatis Bactrianis, annis tantùm tribus ante mortem. Et hoc vltimo initio putat vti Danielem, & Esdram, vocarique ab illis primum Cyri annum. Iam veró hallucinationem vocat *Scaliger* quód *Eusebius* scribit, initium Cyri, quod ponitur ad Olymp. 55. sumendum esse à casu Astyagis: & non putat ille hallucinationem, quod rectam seriem Regum Babyloniæ, vnde hæc res pendet, euertat; quód *Eusebium*, qui antiquissimos Scriptores, nunc desideratos legit, velut hallucinantem reiiciat: quód pleraque ponat in medio quæ Scriptoribus, quos nunc habemus, *Iustino*, *Xenophonti*, *Ctesiæ*, & aliis repugnant: ac denique, quód illud statuat Cyri: laxatæque captiuitatis initium, quod numquam *Daniel*, & *Esdras* somniarunt. Sanè cùm varia Cyri initia ponat, debuit irrefragabili aliqua ratione euincere, accipiendum esse postremum (quod ipse vult) potius, quàm primum: alioqui quis credat, cùm apud Prophetas agitur de primo Cyri anno, eos posttremum aliquē Cyri annum intellexisse potius, quā primum. quasi verò prioris initii primus annus, non rectius vocetur primus Cyri annus, quàm qui ex *Scaligeri* cōfessione est Cyro 27. maneat igitur illud Cyri initium, quod ab Astyagis casu sumpsit *Eusebius*. Et qui primus est apud profanos authores Cyri annus, idem sit primus apud Danielem: nisi cui fortè displiceat consensus Sacrarum Literarū cum profana Chronologia, quod etiam ex iis, quæ subiicientur, probabilius adhuc reddetur.

Iam quod attinet ad societatem cum Dario, si verum est quod scribunt Græci,
17 pulsum fuisse Regno Astyagem à Cyro, fuisseque Darium Astyagis filium; certè oportet pactum fuisse initum inter Cyrum, & μητράδελφον Darium, sicque eos inter se conuenisse, pulso Darii patre, vt & Cyrus Rex maneret, & Darius, quamdiu esset superstes, & dignitatem nō amitteret penitus suam, idque exitus comprobasse videtur. Nam & ambo ad capiendam Babylonem vnanimiter conuenerunt, & ea capta, rediens in patriam Darius, Babylonici Regni potestatem integram Cyro reliquit, ac denique breui Cyrus, morientis Darii accepit hæreditatem.

Postremum est, de capta Babylone, laxataque captiuitate. Inter profanos au-
18 thores, nullus veterum Babylonis expeditionem ad certum annum reduxit. Scribit *Daniel* occupatam Babylonem à Medis & Persis, vt hinc saltem videas interfuisse huic expeditioni vtrumque, Darium Medum, & Cyrum. & quamuis aliqui existiment prius captam Babylonem, quàm pulso Astyage cœperit regnare Cyrus: (sic inter recentiores *Vignerius*:) non potest tamen facile probari, hæc duo non in eundem incidisse annum. Nam (*vt satis ex citato Eusebio aliisque constat*) primo anno Cyri laxata est captiuitas. Idemque ex Sacris literis habetur, 2. *Paralip. vltimo, & Esdræ primo.* Qui verò primum vocari annum interpretantur, quòd sit primus captiuitatis solutæ, & non Cyri, peccant in S. Scripturam, meo iudicio. Laxata autem est captiuitas, quando capta est Babylon, occiso Balthazare. Et cœpit primùm Cyrus esse Iudæorum dominus, *vt clarè docet Hierem. cap. 25. vers. 12.* Atque hinc iam licet concludere hæc tria, Regni, seu Monarchiæ initium, captam Babylonem, & laxatam captiuitatem, posse optimè sedem Chronologicam accipere in vno, eodemque anno expanso. Eum verò nos assignauimus esse 3444. plura quidem (vt de aliis taceam) vno anno præstitit Iulius Cæsar. Atque hinc tandem optimè colligere licet Cyri annos. nam cùm concedant veteres Cyro annos 30. rectè nos illi totidem ab assignato iam initio in annis expansis concessimus. Quod & *in Appendice cap. 18. num. 4. ex Ptolemæo* confirmo. Et *ex Eusebio* habetur *in Chron.* consentientibus *Ctesia* vetere Persarum Chronologo, Nicephoro in Chron. & *Cicerone de diuinatione*; vbi etiam scribit septuagenarium obiisse Cyrum. Adde his 30 annis optimè expleri illos 230 Regni Persarum, *de quibus infra c. 15. n. 10.* Quod verò aliqui anxiè quæritant, quot annos Cyrus imperauerit, & quot ante Monarchiam regnauerit, satis ex dictis euanescit. Imperio quidem aliqui tres annos ascribunt, *vt Scalig.* alii 7. *ex*

Xenephonte, qui nihil minus quàm res Chronologicas, aut etiam veras in Cyropædia tractauit. Alij 10 dederunt, alii aliter. Sed cur apud rectè sentientes non erit (vt iam dixi) idem Cyro, & Regnum, & Monarchia, incipiens à deuicto Astyage Medorum? Quæ certè prolixius de hac re ventilantur, plena sunt contentionis non necessariæ. Siue enim Cyrus Monarchiam inchoauerit à victo Astyage, siue à capta Babylone, (si hæc duo tempora debent distingui,) siue denique ab occupatis postea Sardis, captóque Crœso, satis nobis est, dari Cyro annos 30. eosque Chronologicos; & initium capere ab Olympiade 55. Si autem victo Astyage, Medorum Imperium translatum est ad Persas, & hoc accidit eadem Olympiade 55, vt reuera accidisse potuit, (nec est improbabile,) tanto facilior erit exitus in re hac perobscura. Sic enim annus victi Astyagis, erit primus Cyri annus. Primo autem Cyri anno, & laxatam captiuitatem, & captam Babylonem, iam ostensum est, *ex Ieremia & lib. Paral.*

DE RECTA TEMPORIS RATIONE
à captiuitate inchoata anno 4. Ioachimi, vsque ad Cyrum, & finem captiuitatis.

CAPVT XIII.

HAbent hæc sequentia tempora vsque ad Christum, annorum rationem perdifficilem. Nam Scriptura S. ferè nihil de hac re profert. Authores verò alii ita inter se dissentiunt, vt difficile sit statuere, cuius sententia sit cæteris anteponenda. *Driedo lib. 3. de dogmatibus, cap. 5.* numerat à captiuitate hac ad Christum annos 596. *Euseb. in Chron.* dat 585. definiens hanc captiuitatem inchoatam anno 2 Olymp. 47 *Beda de 6 Ætatibus* tantum numerat annos 560. Alii aliter. Nec mirum est, ita dissentire authores, adeò sunt hîc incerta colligendorum annorum præsidia. Nam si quis obseruet 70 Hebdomadas Danielis, propter Historiarum illius temporis incertitudinem, multis videntur habere difficultatem insuperabilem. Ratio autem, quæ per Olympiadas initur, existimatur quidem certior aliis: tamen quæ sunt apud *Eusebium* notatæ, vacillant saltem in his Periodis. Plures enim tribuunt annos Imperio Græcorum, quàm par sit, vt putent aliqui eas conuinci posse aperti erroris hac in parte. Denique hæc, quam tractamus nunc, 70 annorum captiuitas, graues habet difficultates. 1

Controuersia autem in hoc 13. cap. præcipua, & in hunc locum reiecta, est, cum tres fuerint captiuitates Babylonicæ, *quas recensui cap. 12.* & constet vnam saltem ex eis, 70 annis durasse, *ex 1. Paral. 36. ac Daniel. 9.* & quam *Hieremias cap. 25.* iam ante prædixerat: Quæstio, inquam, est, quæ sit ista captiuitas 70. annorum, & quod eius initium, quis fuit finis? an sit illa celebris desolatæ Iudææ depopulatio. an vna ex duabus aliis. Scio ab aliquibus numerari annos huius septuagenariæ captiuitatis, ab anno 13 Iosiæ, ob verba *Hierem. cap. 25. vers. 3.* sed nullo probabili fundamento nititur hæc opinio, cùm constet, nullam tunc temporis cœpisse, aut fuisse populi illius captiuitatẽ, imò collectus dicitur Iosias cum patribus suis, ne eam videret, *vt habes 4. Reg. cap. 22.* Idemque illis respondendum, qui hoc initium collocant ad annum Iosiæ 16. vel 18. Quod autem citatum est *ex Hierem. cap. 25.* solum notat annum, quo Hieremias cœpit prophetare, vt obseruo ad annum 3352. Restant ergo examinandæ probabiliores sententiæ. 2

Primum hic multis placet captiuitatem 70. annorum, fuisse illam primam sub Ioachim. Ita *Theodoretus Dan. c. 9.* Sic principium 70 annorum, & illius captiuitatis incidet in annũ circiter tertiũ Ioachimi, & finiri eã oporteret anno primo Cyri, si bene sunt anni numerandi. Secundum, & quod aliis placet, est, captiuitatem 70 annorum esse illam, quæ accidit anno primo deportati Iechoniæ, (quẽ *capite præcedenti*, Iechoniam posteriorem, & Iosiæ nepotem fuisse dixi) *Ita sentiunt Geneb. & Scalig. lib. 3. Can. n. 58* Tertia demùm opinio est, hos annos 70. captiuitatis numerandos esse, à tertia illa Transmigratione, seu deportatione sub Sedechia, euerso Templo. *Ita Iosep. li. 3. Antiq. cap. 11. Nicephorus lib. 1. cap. 6. & Euseb. lib. 10. Præpar. Euang. Consentit Hegesippus li. 2 cap. 13.* 3 *De principio captiuitatis, opiniones.*

Duæ captiuitates 70. annorũ. etiam anno primo Cyri, ac proinde aliter numerant annos Chaldaici Imperii, quàm prima opinio. Postremo his addi potest non vnam, sed duas fuisse illius populi captiuitates: quarum quælibet esset 70 annorum. In qua tandem sentẽtia conquiescere videtur *Theodoretus Daniel.* 9. vnam quidem *Ieremiæ* dictam, scilicet à Ioachimo ad Cyrum: alteram *Zachariæ*, ab euerso Templo, ad secundum annum Darii: & quidem *Ieremiæ* annos 70, nos infra numerabimus: illos verò *Zachariæ* annos 70 non tam facile est percensere.

4 *De fine captiuitatis opiniones.* Ex his interim patet, æquè de fine captiuitatis Babylonicæ, & 70 annorum, dissentire Authores oportere, ac de principio. Quare alii ad annum secundum Darii producunt captiuitatem, vt *Clemens Alex.* (referente *Eusebio*) & *Hieron. Zachariæ* 1. Hic fuit Darius Histaspis filius, de quo ad annum Mundi 3483. Alii putant finitos 70 annos anno primo Cyri. *Ita Ioseph. lib.* 11. *Antiq. cap.* 1. *Consentit Hieronymus Hierem.* 29. Nec tamen secum ipse pugnat: distinguit enim 70 annos captiuitatis, à 70 annis desolationis; & vt iam alii opinati sunt, illos putat compleri in Cyro, hos verò desolata Iudæa anno secundo Darii.

5 *Quid probabilius sit.* Perdifficile est hac de re, aliquid, quod careat difficultate, statuere, adeò illorum temporum ratio incerta est. Mihi sanè hoc solum occurrit dicendum; duas esse præ cæteris probabiles hac in re opiniones. Primò enim probabilis est illa *Iosephi* sententia, numerantis 70 annos ab euersione Vrbis & Templi, vsque ad annum primum Cyri, quando est expugnata Babylon, & destructum Imperium Chaldæorum, incipiente Persico in Cyro. Sed, vt omnia tunc constent, dicendum erit, Euilmerodach, & Baltazarum regnasse annis 44, vt minimùm: hi autem cum reliquis illis 26 annis (qui sunt Nabuchodonosori) ab illo principio captiuitatis perficient annos 70. aut certè oporteret addere alios Reges: duos fortè additos à *Beroso apud Iosephum libro* 1. *contra Appionem.* Neutram tamen putandi rationem in chronologia secutus sum: & improbari potest hæc opinio ex minus solida Regum & annorum ratione. Vacillat enim quod *ex Beroso* affert *Iosephus* de nouis Regibus, Niriglissoroore, & Laboresardocho, ac Nabonido vltimo Rege, (quem *Scalig. supra c.* 12. *n.* 14. voluit esse Darium,) dissentit namque à *Ieremia, vt dixi c.* 12. *initio.* Dissentit etiam à *Daniele c.* 5. qui Baltazarum ponit vltimũ Regẽ Chaldæorũ, & occisũ certè in expugnatione Babylonis. Nã *c.* 5. statim occiso Baltazaro successit Darius, *de quo dixi citato c.* 12. Quod enim ab aliquo recẽtiore excogitatũ est, de Dario apud Babylonios ante Cyrũ, & captã ciuitatẽ regnãte; & nouum est, & sine authore prolatũ, nulloque solido fundamento stabilitum.

6 *Statuitur de principio captiuitatis.* Altera ergo sententia, & quæ mihi, ac multis alijs videtur probabilior, vult Babylonicum Imperium stetisse 70 annis; & illo Imperio incipiente, inchoatam captiuitatem, quam quærimus, 70 annorum, scilicet à tertio, vel certè inchoato quarto Ioachimi anno: finito etiam illo Imperio, desijsse Captiuitatem, quando expugnata Babylone à Cyro, data est libertas Iudæis. Constat hoc ita se habere primò ex recta subductione annorum: à prima enim captiuitate illa, ad desolatam Iudæam sunt anni 18. nempe reliqui 7 anni Ioachimi, & 11 anni Sedechiæ. Inde verò ad Cyrum, sunt anni 52. hoc est, 26 Nabuchodonosori, 23 Euilmerodach, & 3 anni Baltazari, qui sunt anni 70. Cõstat præterea rectè hæc temporis ratio, quia paulo antea ostendi *Cap.* 12. *num.* 5 *Ieremiam capite illo* 25 esse vaticinatum de annis, quibus Nabuchodonosor, & eius posteri essent potituri Regno Chaldæorum, prædixisseque tempus hoc fore 70 annorum, his verbis, *cùm impleti*, inquit, *fuerint 70 anni, visitabo super Regna Babylonis*, quæ visitatio accidit occiso Baltazaro, & euerso illo Chaldaico Imperio. ac ne prolixior sim, perlege capita illa 25 & 27 Hier. vnde totam hãc a me positam assertionem licebit non obscure colligere. Demùm ad probationem huius sententiæ ponendum est annos illos 70, de quibus vaticinatur *Ieremias*, incœpisse ab eodem anno, quo de illis vaticinatus est, scilicet tertio, vel quarto anno Ioachimi, qui proinde fuit primus annus horum 70. Et hoc certè videtur colligi, ex eius verbis *initio cap.* 25. Dixi anno, quo de illis vaticinatus est: nam cœperat de aliis rebus vaticinari lõgè ante illud tẽpus, scilicet anno 13. Iosiæ, *vt patet ex c.* 1. *Ierem. v.* 1. *& c* 25. *v.* 3.

Aduerte autem hunc Mundi annum 3374 quo cœpit captiuitas, esse vigesimum tertium ab illo anno Iosiæ decimo tertio (*de quo Ierem.*) includendo scilicet in colligendis his numeris, annos extremos, vt indicant anni nostri expansi.

Ex his iam annorum principijs, certè colliguntur principium & finis, tum captiuitatis, tum Imperij Babylonici. Concurrunt enim hæc duo tam in principio,

quàm in fine, *vt ex citatis Scripturæ locis colligitur.* Et quidem (vt rem totam paucis colligam & confirmem) loquendo de principio, colligitur initium 70 annorũ contigisse anno tertio, vel quarto Ioachimi, & anno primo Nabuchodonosori, quando, prima captiuitate incipiente, ductus est Daniel in Babyloniam: patet, inquam, hoc *ex c.25.* vbi vaticinans *Hierem.* de his 70 annis ait, factum esse ad se verbum Domini quarto anno Ioachimi, & hunc ipsum esse primum annũ Regis Nabuch. Cõputat ergo tempus Imperii & captiuitatis, ab eo ipso anno, quo Hieremias de his 70 annis Imperii est vaticinatus. Quomodo verò sit primus iste annus Nabuchodonosori accipiẽdus, notaui *cap.10.num.11. & ad ann.*3374. Demũ huius initii primæ captiuitatis, in primũ annum Nabuchodonosori, saltem exeuntem incidentis, testimonium nobile *Berosi extat apud Ioseph. lib.10. Antiq. cap.11. sub finem*, vbi scribit redeuntem ab expeditione Syriaca Nabuchodonosorem, audita morte patris (hæc enim omnia præclare cõiungit) iussisse, & effecisse, vt Iudæi captiui ducerentur in Babyloniã. Quæ *Berosi* verba *Scaliger*, nescio qua fide, *lib. 5. Emend. cap. de Nabopol.* expunxit, velut suæ sententiæ contraria, cùm ibidem priora, & subsequentia Græcè citabat. Ea tamen hic repono, tanquam insignem primæ captiuitatis, & nostræ opinionis confirmationem. καὶ καταςήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἰουδαίων τε, φοινίκων, καὶ τῶν κατὰ τὴν αἴγυπτον ἐθνῶν, καὶ συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ τῆς βαρύτητος δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν βαβυλωνίαν. Eademque verba optima fide

8 sic expressit Latinus Interpres. *Demandataque amicis cura captiuorum Iudæorum in Babyloniam traducendorum.* Vide huius testimonii amplam explicationem *cap.10. num.11.* Iam verò, finis horum 70 annorum Imperii Babylonici, statuitur idem cum fine captiuitatis, cùm à Cyro capta est Babylon. Id clarè colligitur ex illis citatis Hieremiæ verbis: *cùm completi*, inquit, *fuerint 70 anni, visitabo super Regem Babylonis, & super gentem illam*: ac si dixisset, euertam Imperium. Quod accidit occiso Baltazare vltimo Rege, opera Cyri Regis cum Dario. Atque de fine quidem sic posito captiuitatis septuagenariæ, consentiunt *Ioseph. Iul. Africanus, Beda, Seuerus Sulpitius, & tandem Eusebius de Præp. lib. 10. cap. vltimo.* Sic enim iste sententiam mutauit.

Statuitur de fine Captiuitatis.

9 Quia autem initium Principatus Cyri, *vt c.12. dictum est*, coincidit ex probabili coniectura cum fine captiuitatis, & nos istud initium infra locabimus ad inchoatam Olympiadem quinquagesimam quintam; potest quis facilè ex regressu per Olympiadas notare Olympiadẽ incipientis tum Imperij Babylonici, tum captiuitatis 70 annorum.

10 Sed vt posterior hæc sentẽtia solidius subsistat, aliqua hic paucis diluenda sũt obiecta, seu firmamenta opinionum contrariarum. Obijci solet finem captiuitatis contigisse anno primo Darij, vt clarè colligi videtur *ex Zacharia cap.1.* vbi Angelus ait completos 70 annos, anno secundo Darij (scilicet Hystaspis) sic enim orans loquitur: *Iste iam annus septuagesimus est*; malè igitur constitutus est finis captiuitatis, hoc anno Cyri regnantis. Rursus si anni captiuitatis, & Babylonici Imperij recurrunt pari passu, (vt dictum est,) deberet sic Imperium Babylonicum esse productius.

Responsio.

Locus Zachariæ.

Ad hæc primùm respondeo, variè exponi hunc locum Zachariæ: nam qui ponunt duas, quas dixi, 70 annorum Captiuitates, facilè illi quidem concessa priore (quam nos iam probauimus) dicent hanc esse posteriorem, quæ durat vsque ad Darium illum: sed tunc bene numerandi sunt 70 anni Zachariæ, quos aliqui sic recensent. Ab euerso Templo, seu ab anno decimo octauo Nabuchodonosori, vsque ad eius mortem sunt anni 27. Post eum Euilmerodach regnat annis 23. Baltazar annis 3. Cyrus in Monarchia annis 7. Cambyses 8. & Darius duobus. Huic tamen Epilogismo obstat, quod non bene numerentur sic anni Cyri, *vt patet ex annis nostris expansis, & Cap. 12. notatum est.* Mirum est, quàm nouiter putet hos annos *Scaliger ad annum Eusebij* 1497. Alia solutio est, sensum illius loci Zachariæ esse metiendum ex affectu animi dolentis & gemebundi; quasi dicat Angelus: nunc iste est annus septuagesimus, id est, tempus omnino restituendæ libertatis pristinæ; nondum enim erat Templum restitutum, vel sic: Hic expetitus annus septuagesimus iam ab aliquot annis numeratur, & tamen nondum est reædificatum Templum. Possunt etiam verba in hoc eodem sensu legi cum interrogatione: & iuxta hanc verborum expositionem, non est necesse confugere ad duas captiuitates 70 annorum. Omitto nunc quam alij interpretationem huius loci afferunt: hos nempe 70 Zachariæ annos esse numeran-

dos à trigesimo anno Darij Hystaspis, ad secundum annum Darij Nothi: quamuis enim anni nostri expansi satis proferant hos 70 annos huius interualli; habent tamen aliunde non leuem difficultatem, *de qua cap.14. num.22. & cap.15. num.23. & 24.*

11 Obijcitur & illud *Danielis cap.9.* vbi sic habes, *vt complerentur desolationis Hierusalem anni* 70. & tamen desolatio illa, de qua loquitur, & quæ incipit anno vndecimo Sedechiæ, diruto Templo, tantùm durasset 52 annis, vt nos computamus: non enim sunt plures à diruto Templo, ad captam Babylonem à Cyro: atque ita non mansissent Iudæi captiui 70 annis; sicut nec fuisset Iudæa desolata annis 70 contra illud, quod habetur *2. Paralip.36.* Respondeo Iudæos illos, qui euerso Templo captiui ducti sunt, fuisse tantùm 52 annis in captiuitate Babylonica, nempe vsque ad Cyrum Babylonium factum: sed ante illud Templi excidium iam effluxerant anni 18 captiuitatis illius septuagenariæ, de qua *Hieremias*. Quare dandum quidem est, illam solitudinem fuisse tantùm 52 annorum; qui tamen annus quinquagesimus secundus, fuit septuagesimus ab inchoata captiuitate. Vnde etiam constat, non obstare verba illa *lib. Paralip.* quæ sic habentur, *Cuncti dies desolationis complebunt septuaginta annos*, vt satis iam allata expositio declarat.

Locus Danielis

12 Obiicitur demum, diutius stetisse Babylonicum Imperium, quàm 70 annis, vt series Regum à multis posita docet. Idemque dico de captiuitate, *ex Baruch 6. Ingressi*, inquit, *Babylonem, eritis ibi temporibus longis, vsque ad generationes septem, post hæc autem educam vos*; ita, inquam, epistola Hieremiæ ad Iudæos, *cap. illo 6. Baruch*, quam scriptam putamus anno vndecimo Sedechiæ. Respondeo à primo anno Nabuchod. vsque ad euersum hoc Imperium, tantùm fluxisse 70 annos, quod satis patet ex citatis verbis Hieremiæ, quibus potior fides est adhibenda, quàm vllis aliis. Consentiunt Hebræi in sua Chronologia. Idem annorum numerus resultat ex annis horum Regum expansis. Et sanè non fuisse imprimis plures Reges, satis etiam colligitur *ex Hie.27, vt supra hic est indicatum; & cap.12.* Quod verò spectat ad annos; anni 44 Nabuchod. colliguntur *ex 4. Reg. 24.* De reliquorum annis dictum est *eodem cap.12.* Nec obstat nobis citata epistola Hieremiæ. plerique ibi accipiendam esse putant generationem pro breui spatio decem annorum, vt sic sint 70 anni. Aliis septenarius ille numerus generationum (quod sæpe fit in Scripturis) tantùm significat numerum indefinitum, ac si dixisset, multis generationibus. Sic Prouerb. 24. *Septies cadit iustus*, id est, sæpius, & Leuit. 26. *corripiam vos septem plagis*, id est, multis. Ita quidem alij: mihi tamen, saluo meliori iudicio, duriores videntur hæ interpretationes, & alia occurrit ex Chronologia, Historiaque huius temporis eruta. Alibi locutus quidem est Hierem. de captiuitate 70 annorum, vt sæpe notaui; tamen in illa Epistola non videtur de illa loqui. tum quia scripta est Epistola anno vndecimo Sedechiæ, quando euersum est Templum, à quo tempore vsque ad finitam captiuitatem 70 annorum, tantùm sunt quinquaginta anni, aut circiter: tum quia iam ante nouendecim annos erat inchoata captiuitas 70 annorum, vt alibi ostensum est. Ergo cùm sic scribat ad eos, quos abducendos vocat (τοὺς ἀχθησομένους,) non potest loqui de septuagenaria captiuitate, quasi adhuc futura. fortassis ergo loquitur Propheta de pleno reditu, & reliquiis Iudæorum. Constat enim aliquos remansisse saltem ad secundum annum Darij Hystaspis. Imò *ex Esdræ 2. cap.2.* Nehemias rediit anno vigesimo Longimani, hoc est, 116 annis post solutam captiuitatem: à scripta verò epistola eò vsque, erunt circiter anni 166. in quo spatio, longè probabilius fundamus septem generationes illas, quàm in curriculo quinquaginta annorum. Deinde quid si ad plenum reditum omnium reliquiarum protrahatur hoc tempus designatum in epistola? licèt illud incertum sit, quo scilicet definito tempore omnes penitus redierint: & hoc ipsum videri potest quod indicat *Baruch*, dicens mansuros Iudæos, saltem in suis posteris, longo tempore, & tunc illud definitum tempus de septem generationibus commodè accipietur pro tempore indefinito.

Locus Baruch 6.

Postremò non malè fortè potest explicari locus hic de plena libertate à dominio Persarum, quæ certè non contigit nisi post varias generationes, & satis constat Iudæos tantum habuisse Pontifices, & Duces populi (eosque valde incertos) vsque ad finitum Imperium Persarum, imò vsque ad Machabæos sub Græcis & primus Rex fuit Aristobulus, ad quem à tempore scriptæ epistolæ sunt 506 anni. Sed de hoc

plura *cap.* 14. *num.* 20 *& qq. cap.* 16. *num.* 29. vbi sub Simone narratur sublatum iugum gentium. De loco Ezechielis, si huc spectare potest, *vide cap.* 12. *num.* 11. *&* 12.

SYNOPSIS HISTORIÆ à Cyro ad regnum Seleucidarum.

CAPVT XIV.

EST hæc Periodus multarum rerum sedes: complectitur enim Persicum Imperium, Monarchiam Græcorum, res Siculas, & Romanorum non paucas: præter statum Iudæorum, de quo etiam denuò aliquid dicendum est: & sumpto à Persis initio, quis fuerit Cyrus Persarum Monarcha, & quomodo, ac quot annis euersa Babylone regnauerit, *habes ex cap.* 12. Inchoatum est hoc Imperium Persarum in Cyro, Olympiade quinquagesima quinta, *vt ibid. notamus*, & *ad annum Orbis* 3444. durauit vsque ad Alexandrum Magnum, quamuis, *vt dicam cap.* 15. non sit leuis controuersia de numero annorum. Cum illustrioribus Persicis rebus (firmata iam Monarchiâ sub Cyro & Cambyse) res etiam Græcorum sunt connexæ, præsertim ob Persicas in Græcos expeditiones, quæ huius Periodi sunt, & ex quibus rectè explicatis, sequentis capitis chronologia clarior reddetur. Persicum hoc bellum in Græcos inchoauit Darius Histaspis, qui post septem menses successit Cambysi, & mouit bellum circa annum Orbis 3511. *vt ibidem notatur.* In ea itaque 700000 hominum & 600 nauium expeditione, primùm Getas subigit, & ponte traiecto Istro, Scythas tribus mensibus persequitur. Sed postea in regressu relinquens Megabisum ad perdomandos Thracas, Macedonas, & Græcos, ipse in Abydum traiecit. Deinde aliquot annis, vario marte multis in locis Græciæ certatur. Tunc à Persis expugnata fuit Miletus, sed post hæc breui subsecuta est Marathonia clades in campo Marathonio Athenis vicino, profligatis Persis anno quintò ante mortem Darii. *Vide annum expansum* 3512. *Dionysius narrat* hanc cladem funere Bruti (quo anno exacti sunt Reges) posteriorem fuisse, annis ferè septemdecim: & consentiunt anni expansi.

Period. septima an. 248.
1 *Ab anno 3444 Imperium Persarum.*
2 *Darii expeditio.*
Marathonia clades.

Darius nouam parans expeditionem, sexto ferè anno ab hac clade moritur, & tota res in Xerxem filium reiicitur. Narrat verò *Herodotus lib.* 7. primam hanc & memorabilem Xerxis expeditionem, *de qua ad annum vrbis* 3520. *&* 3523. Habuit hoc Xerxis bellum nobiles aliquot pugnas, in quo apparando, *vt Herod. ait*, quadriennium Xerxes consumpsit. Fuerunt in exercitu homines vt aliqui narrant, 3317920 post pertransitam Macedoniam & Thessaliam, tandem ad Thermopylas trucidantur 300 Lacedæmonii vnà cum Duce Leonida. *Herod. lib.* 7 Eodẽ anno circa autumnum sequentem, classis Persica ad Salaminam profligatur. *Herod. lib.* 8. & quæ pars euasit, hybernat ad Cumas. Interim Xerxes fugiens, Hellespontum traiecit, relicto in Græcia Mardonio cum hominum 300000. qui hybernat in Thessalia, & Athenas incendit. *Herod. lib.* 9. Mox tamen, confligens cum Lacedæmoniis & Athenienfibus, occiditur ad Plateas, & eodem die Græci ad Micalem Asiæ promontorium, terra marique, vincunt Persarum exercitum Xerxes verò, qui tunc Sardibus erat, fugit in Persidem. Incidit hæc fuga in annum secundum Olymp. 75.

3 *Prima expeditio Xerxis.*
Thermopylæ.
Salamina.

Hanc, quam paucis hic attigi, Persarum & Græcorum historiam prolixè prosequitur *Herodotus* qui *lib.* 1. (vbi etiam de Lydiæ ac Mediæ Regnis, & Ionia vetere) agit de Persarum moribus, & bello contra Massagetas, in quo occubuit Cyrus. *Libro* quidem *secundo* describitur Aegyptus cum Regum serie, sed *liber tertius* habet Cambysis historiam. & Darii Histaspis electionem. *lib.* 4. habetur descriptio belli, in quo interiit Darius. Item Scythiæ, & gentium Libyæ. *Quinto* describit Thraces, Legationem Persarum petentium deditionem ab Amynta, & quis fuerit Atticæ, Lacedæmoniorum, & Corinthiorum status. *Sextum* ille *librum* scripsit de origine rerum Laconicarum, & bello Darii aduersus Græcos, pugnaque illa ad Marathonem, qua Meltiades vicit Persas. *Lib. septimus* est de Xerxis expeditione in Græciam, & prælio ad Ther-

Herodoti historia tota.

mopylas. *Octauus* habet prælium ad Salaminam. *Nonus* est de prælio ad Plateas, quo
4 *Pericles.* Græci Persas expulerunt è Græcia. Hæc, inquam, de Persicis rebus, *lege apud Herod.* vs
que ad fugam Xerxis: quo toto belli Persici tempore, dissidentes antea inter se Græ-
ci, vnione facta, externum bellum egregiè sustinuerunt. Post hanc fugam Pausanias
Lacedæmonius ob amicitiam cum Xerxe contractam supplicio afficitur. Xerxes
verò (detecto hoc eius in Græcos dolo) secundam parat expeditionem in Græciam.
Parabatur Olymp. 76. Anno demum 2. Olymp. 77. circa annum Orbis 3533. qui est
Themistocles. octauus à fuga, Pericles cõstituitur Dux Atheniensium, *ex Plutar.* substitutus loco The-
mistoclis, qui accusatus communis cum Pausania proditionis à Lacedæmonijs, apud
Athenienses purgat se. Et tamen ab ingrata ciuitate Attica eiectus, primùm abiit in
Corcyram insulam, & inde in Epirum *ex Thucydide.* Ac tandẽ, cum magnis calumnijs
5 *Cimon.* premeretur, ad Xerxẽ. Venisse eũ aliqui scribunt anno tertio Olymp. septuagesimæ
septimæ in secũda illa Xerxis expeditione cõtra Græcos, hoc est anno Orbis 3534 qui
est circiter nonus annus a fuga, & quẽ nobilitauit Cimonis victoria contra Persas, &
Themistoclem; si tamen recipitur eum pugnæ interfuisse. Itaque anno primo vel se-
cundo post eiectum Themistoclem, Cimon filius Miltiadæ, Dux Atheniensium,
vicit Persas, & duas egregias reportauit eodem die victorias, terra marique ad Eury-
medontem fluuium. *Plut. in Cimone. Diod. Thucyd.* Fecerunt hæ victoriæ Cimonis
nomen clarum in Græcia, & contulerunt plurimùm ad pacem celebrem, quæ tunc in-
ter Persas & Græcos subsecuta est. Pacis huius conditio præcipua fuit, *teste Plut.* vt
Persæ imposterum abstinerent à mari Græcorum, a quo tempore Imperium maris il-
lius mansit apud Athenienses, vsque ad belli Peloponesiaci exitum, quando illud cœ-
pit esse penes Lacedæmonios. Post quatuor annos ab hac Cimonis victoria, con-
tigit mors Xerxis, anno Orbis 3538 vbi hanc necem notamus, quam domino & legiti-
Longimanus. mo Principi, parricida intulit Artabanus. *Lege Diod. lib. 11.* Mox tamen regnat Longi-
manus, nempe anno Orbis 3539. sub cuius Imperio sæpe Persas bello est persecutus
Cimon, nouis oblatis belli causis, idque vsque ad annum decimum sextum Longi-
6 mani, quo obiit Cimon. Sunt qui ad hoc tempus & annum decimum sextum, adhuc
viuente Cimone, referant celebrem illam pacem inter Græcos & Persas. Ita suspica-
tus est *Diod.* Sed dissentientes à *Diod* habemus *Thucydidem & Plutar.* qui pacem hanc
Persicum bellũ sopitum. referunt ad Xerxis tempora. Ergo tandem circa annum Longimani decimum sex-
tum, qui est Mundi 3555 moritur Cimon, anno trigesimo primo à fuga Xerxis, & anno
4 Olymp. octuagesimæ secundæ; quando sopitum est, saltem morte Cimonis, bel-
lum Persicum. *Plutar. in vita Cimonis, in fine.* Post mortem Cimonis Pericles Athenis
magis claruit.

7 Persico bello successit Peloponesiacum, inter ipsos Græcos. Sed prius de Imperio
Longimani, cuius anni explicati, lucem afferent & Sacræ Historiæ, & huic Græcorum
Peloponesiacũ bellum. bello Peloponesiaco. Quo ergo tempore secunda illa expeditio Xerxis in Græciam
parabatur, putatur Longimanus cœpisse regnare cum patre, iuxta Persarum delibe-
rationem & placitum, *de quo Herod. lib. 7.* tandem verò solus cœpit regnare exeunte
Olympia. septuagesima octaua, & anno illo Mundi 3539 à quo tẽmpore eius quadra-
ginta anni computantur: & rectè. Nam 40 anni reddunt decem Olympiadas: tot
verò sunt ab ineunte Olymp. septuagesima nona, vsque ad completam Olympiadem
octuagesimam octauam, quando Thucydides notat obiisse Longimanum, nempe
septimo anno belli Pelop. & Orbis 3579. tot annos etiam *Tertul. & Hier.* dant Longi-
8 mano; imò & *Euseb.* Annus autem ille 3539. fuit circiter decimus quintus post victo
riam ad Salaminam, & Xerxis fugam. Quod sic ostendo: quia si ab illa prima expe-
ditione Xerxis instructa, sunt anni ferè quinquaginta, vsque ad principium belli Pe-
lop. *ex Dio. Siculo lib. 11. & Thucydide*; cùm aliunde constet obiisse Longimanum an-
no 7 post inchoatum bellum Pelop. sequitur esse annos 55 ab illa fuga ad mortẽ Lon-
gimani, & annum Orbis esse 3579. à quibus subducendo 40 annos, quibus solus re-
gnauit: relinquitur eum cœpisse solum regnare anno Orbis 3539 qui est 17 post instru-
ctam expeditionem, & 15 post fugam. Locaui verò expeditionem instructam & para-
tam ad annum 3523. putoque computationem illam 50 annorum non præcisè à fuga,
sed ab hoc anno expeditiones faciendam, quamuis hæc duo (vt erant sibi vicina) con-
fundant aliqui Authores. Sic verò omnia constabunt, siue Olymp. spectes, siue chro-

nologiam

nologiam belli Pelop. siue annos Longimani, vt ex subiecta narratione de bello Pelop. magis adhuc apparebit.

Tribus exactis annis post mortem Cimonis, & post contentiones aliquas inter Græcos, pactæ fuerunt induciæ 30 annorum inter Athenienses & Lacedæmonios, *vt volunt Pausanias, & Diod.* Eas verò hoc tempore contigisse sic colligo. Cimon obiit anno 4. Olym. 82. Crison autem in stadio vicit Olymp. 83, *ex Dionys. libr.* 10. *in fine.* Iam verò anno 3 illius Olymp. qua vicit Crison, pactæ sunt illæ induciæ 30 annorum, *ex Pausf. & Dio.* Cæterum non durarunt induciæ toto illo tempore 30 annorum; sed ruptæ sunt anno 14. vel 15. *ex Thucy. lib. 2. initio*: Quando, inquit, rupto fœdere cœpit bellum Pelop. inter Athenienses & Lacedæmonios mense 6 à pugna ad Potideam, & tunc quæ sequuntur acciderunt. Anno 3. vel 4, huius belli obiit Pericles, *vt dixi cap.* 18 *nu.* 8. & anno circiter belli 10, incipiunt *apud Thucydidem* res gestæ Alcibiadis Ducis Atheniensium. hic Dux tandem accusatus apud Athenienses, recepit se ad Lacedæmonios, quorum res impensè promouit. reuocatur tamen ab exilio anno ferè 2 Olymp. 92. & breui rem Atheniensium restituit iam penè profligatam. *Diod. Xenoph. Plut.* Sed iterum Alcibiades Atheniensibus displicuit, & substitutus illi Conon aliquamdiu bellum strenuè gessit. Pòstremo tamen Lysander Lacedæmonius anno 4 Olymp. 93 potitur Athenis, *ex Xenoph. Diod. Plut.* hoc accidit anno 28 belli Pelop. inchoato, quando bellum hoc finitum est, *ex eodem Diod. lib.* 13. *Vide etiam annum expansum* 3599. Persæ in his Græciæ bellis (qua arte, quoue consilio) variè se gesserunt, & nunc ab Atheniensibus, nunc à Lacedæmoniis stabant. Dixisses belli inter Græcos fuisse faces: tamē anno 24 huius belli Pelop Cyrus Iunior, miss⁹ à patre Dario, adfuit Lacedæmoniis, vt sociis, & anno 26 rediit ad patrem ægrotantem; sua Lysandro omnia commendans. *Xenoph* bellum ergo hoc Pelopon. finitum est Olymp. exeunte 93. vbi sunt anni 372. quos si addas ad annum Orbis 3227. in quem incidit 1 Olympias, resultabit annus Orbis 3599. quo ponimus finitum hoc bellum. vel certè resultabit annus Orbis 3598; si vis annum illum 3227 esse primum Olympiadum. Sed de hac re alibi. Esse verò illos 372 annos à prima Olymp. ad finem huius belli constat, tum ex ratione Olympiadis iam notata, tum *ex Diod. lib.* 14. vbi numerat à capta Troia ad finem belli Pelopon. annos 779. quos addendo annis capti Ilii 2820, efficies eosdem annos 3599. quando finitum est bellum Pelop *de quo plura C.* 18. *Append. num* 6.

Captis Athenis, muri ad tibiarum cantum diruti sunt, & forma Reipub. in Oligarchiam, iubente Lysandro mutata, designatis triginta viris, qui omnia administrarent; sed in totidem Tyrannos mox mutati sunt. Breui inde discessit Lysander, secum inter alia asportans magnam obsignatæ monetæ vim. cuius tunc primùm vsus cœpit apud Lacedæmonios. non sine illorum detrimento, *inquit Plutar. in Lycurgo*; vt meritò dixeris Lacedæmoniis attulisse Atheniensium diuitias, quod attulerunt Romanis postea delitiæ Asiaticæ, *ex eodem Plut. & Diod.* Cæterùm ferè post biennium à capta vrbe, Thrasibulus recuperat Athenas conniuente Pausania Rege Laconico; & eiectis vrbe Tyrannis, *ἀμνηςίαν* sanxit. Decimo ab vrbe capta anno, (qui est sextus post Cyri contra fratrem *ἀνάβασιν* quam *Xenophon* describit.) Lysander interfectus est in Bœotia. Perierat iam antea Alcibiades anno ferè ipso captæ vrbis, occisus in Asia consilio Lysandri à Pharnabaso Satrapa Persico. De clade ista Atheniensium ad Ægospotamos Lysandro victore, *lege etiā Polyb. lib.* 1. *pag.* 5. *Casauboniana, τὴν ἐν αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν* vocat, quæ contigit sexto mense ante captam vrbem. A qua victoria ingens in Græcia fuit Lacedæmoniorum potentia, mari quidem per 10 annos: terra verò per 34. seu vsque ad pugnam Leuctricam, *de qua anno* 3633. *& cap* 18. *Append. nu.* 10. Ab hac pugna Leuctrica ad Philippum Alexandri Magni patrem, sunt anni 11. & hic fuit in hac Periodo Græcorum status, quoad hoc bellum Pelop.

Ex his iam aliqua chronologica colliguntur. Primò quidem, quibus annis inchoatum & finitum sit bellum Pelop. iuxta varias chronologias. Secundò, quod dicebatur de fuga Xerxis facta anno secundo Olymp. septuagesimæ quintæ (vbi sunt anni 298.) accipiendum esse de vero anno fugæ, quæ accidit anno Orbis 3525. Nam si ad annos 3227. initium scilicet primæ Olympiadis, addas illos 298: efficies annos Orbis 3525. vnde etiā colligitur annos illos 50 quos *Diod. Sic. lib.* 11. *& Thucid.* ponūt, à Xerxis expeditione, ad initiū vsq; huius belli Pelop. (si cōpleti accipiātur) esse numerādos ab anno Orbis 3523. nō autē ab anno fugæ, vt antea subindicaui. his addēdo 50 an-

V

Conon.

Athenæ captæ.

10

11

Leuctrica pugna.

Chronologia belli Pelopon. & Longimani

12 nos, erunt anni 3572. vel 3573. quando cœpit hoc bellum. Tandem ex ſuperiore narratione apparet, & ex annis Longimani, quam ſit implicata Perſici huius Regis chronologia, cum bello Pelop. Rem denuò ſic paucis colligo. à prima expeditione Xerxis ad eundem occiſum Xerxem ab Artabano, ſunt anni circiter 16. & cœpit Artaxerxes Longim. regnare ſolus, anno ſequente mortem patris; hoc eſt, anno Orbis 3539. ſeu decimo ſeptimo anno ab illa expeditione. Indè verò ad initium belli Pelop. ſunt anni 33. vel 32. pro varia anni acceptione, & anno noui fœderis dubio. Hi autem numeri minuti faciunt annos illos 50 ab expeditione ad initium huius belli. Longimanus obiit anno ſeptimo, vt dixi, poſt inchoatum bellum Pelopon. qui fuit 40 Regni illius. Indè tandem ad finem belli illius aſſignati, reſtant tantùm anni 20. quando captæ ſunt Athenæ, anno Orbis 3599. vt dictum ſatis eſt.

13 *Res Siculæ.* Ad hanc eandem Periodum ſpectant præcipuæ res geſtæ in Sicilia, conferuntque ad res Græcorum illuſtrandas; quamuis ſatis diu antea contigerint vrbium nobiliſſimarum origines in ea inſula. Nam ab Aceſte Troiano conditæ ſunt vrbes, Ægeſta, & Erix, deinde Naxus cœpit incoli à Chalcidenſibus, profectis ex Euboea, & tandem dicta eſt Tauromenium, patria Timei Hiſtorici, *Thucid. lib 6.* Poſt hæc Syra-
Vrbes. cuſæ (*ex eodem Thucyd.*) occupatæ ſunt ab Archia Corinthio Heraclida, eiectis Siculis. Catana, & Leontini, Naxiorum coloniæ poſitæ. Megara, ſeu Hybla, patria Theognidis Poetæ, colonia fuit in Siciliam deducta, ex Megaris Atticæ viciniſ. quæ omnia contigerunt ferè à temporibus Sennacherib, vſque ad captiuitatem Babylonicam. Porrò his ſucceſſerunt Gela, Camarina, & Agrigentum. Poſtremò Anaxilaus Meſſenius, Tyrannus Rhegii, Zanclem vrbem occupauit; quam olim Cumæi, & Chalcidenſes condiderant, & poſtea Samii obtinuerant. Sed Anaxilaus, eiectis Samiis, vrbem Meſſanam nominauit. Hæc de vrbibus.

14 Quod ſpectat ad res alias, præſertim bellicas; Græci, quo tempore accidit bellum Xerxis in Græcos, petiuerunt auxilia à Gelone Syracuſano Tyranno: nempe circa annum Orbis 3522. *de qua re Herod. lib. 7.* Geloni ſucceſſit Hieron frater an. 3526. ad quem multæ Pyndari Odæ ſcriptæ ſunt. Poſt mortem Anaxilai, biennio vt aliqui notant, à morte Gelonis, Micythus tenuit Meſſanam tutorio nomine, & poſtea optima fide reſtituit Regnum liberis Anaxilai. *Diodo. lib.* 11. Poſt mortem Hieronis, qui 11 annis regnauit, ſucceſſit illi Thraſybulus, tempore Xerxis, & anno Orbis 3537. Sed eiecto Thraſybulo, Syracuſani libertatem retinuerunt per annos 60 continuos, nempe vſque ad Dionyſium, quem locamus ad annũ 3598.

15 Dum hæc aguntur in Sicilia, ſucceſſit bellum illud Peloponeſiacum inter Græcos, *de quo num.* 9. cuius belli anno 4. Athenienſes auxilia mittunt Leontinis in Siciliam contra Syracuſanos, & occupant Meſſanam. *Thucyd. lib* 3. ſed poſtea Meſſana defecit ab Athenienſibus ad Syracuſanos. *Thucyd. lib.* 4. ac tandem anno fere 9 belli Peloponeſiaci ciuitates Siculæ pacem inter ſe faciunt, anno 3582. *ex eodem Thucyd.*

16 *Bellum Siculum.* Verùm poſt ſexennium à pace, hoc eſt anno ferè 16 belli illius Peloponeſiaci, initium ſumpſit bellum, quod Hiſtorici Siculum vocant, circa annum Orbis 3588.

Hoc bellum deſcribit *Thucyd. lib 6. & 7.* Demum 10 deinde anno Dionyſius, Hermocratis filius, Syracuſis tyrannidem rapuit. Et paulò poſt à Lyſandro captæ ſunt Athenæ anno 27, ſeu vltimo belli Peloponeſiaci, qui eſt Orbis 3599. ſic nempe implicata ſunt horum bellorum tempora. Regnat Dionyſius annis 38. ſuccedit patri Dionyſius Iunior anno Orbis 3636. & cùm regnaſſet annis 12. eiectus eſt à Dione. Ac demum Timoleon integram libertatem Syracuſis reſtituit, inſtituto Magiſtratu ἀμφιπό-
17 λων Διὸς ὀλυμπίου. Durauit hic Magiſtratus vſque ad tempora Romanorum, qui 48 annis poſt finitam hanc Periodum ſeptimam, hoc eſt anno Orbis 3740. tranſgreſſi in Siciliam, defenderunt Meſſanam contra Carthaginenſes, & Hieronis Ducis tempore (*ex Polyb. lib.* 1) ſub initium belli Punici primi.

Capta Syracuſa. Tranſgreditur hæc quidem de bello Punico narratio, fines huius Periodi, & ad octauam, *de qua cap.* 16. ſpectat, vbi has res Romanorum proſequimur, *num.* 35. Sed quando de Siculis hic agi cœptum eſt, addam hic obiter ſententiam probabiliorem de captis Syracuſis. Poſt varios bellorum conflictus cum Charthaginenſibus, & exactis 54 annis à primo illo tranſitu in Siciliam, captas puto Syracuſas à Marcello, idque anno 7 belli Punici ſecundi, & anno Orbis 3792. Inde ad annum

quo Cicero fuit Prætor in Sicilia, ſunt anni vt minimùm 136. Neque verò bis captæ ſunt, vt tamen ſcripſit *Euſeb.* annis 1754. & 1804.

Sed redeo ad res huius Periodi. Earum ſcriptores *vide notatos cap.* 20. totius enim huius temporis, ac bellorum deſcriptionem à fuga Xerxis ad Philippum Macedon. habent *Thucyd. Xenophon*, *& Gemiſtius*, qui ſibi ordine ſuccedentes, plenam exibent hanc Hiſtoriam, ad cuius adhuc clariorem notitiam *Thucididis hiſtoria.* de *Thucidide* hoc obiter accipe. Hic Scriptor, deſcripta vetere Græcia à tempore Argonautarum, bellique Troiani, inſuper Pauſaniæ interitum narrat, & Themiſtoclis tum exilium, tum mortem. *Lib. ſecundo* deſcribit Periclem: item peſtem ingentem, Phormionem Ducem Athenienſium, conſilio inſignem, Potideæ obſidionem, ac deditionem, Plateenſiumque obſidionem. *Liber tertius* eſt de Mityleneis, ob defectionem punitis ab Athenienſibus: de vrbe Platea capta, & euerſa: de ſeditione Corcyreorum: de rebus à Demoſthene Duce geſtis, deque Heſiodi morte, & ſepultura. *Libr. quarto* agit de Pylo obſeſſa & defenſa, de Spartanorum nobilitate capta, & demum de rebus geſtis Braſidæ Ducis inſignis apud Lacedæmonios. *Lib. quinto* agitur de morte eiuſdem Braſidæ, & Cleonis ſeditioſi ciuis interfectorum, ac demum de Alcibiadis initiis. *Lib. ſextus* habet deſcriptionem Siciliæ, deliberationem de bello Siculo, & miſſam Athenis claſſem in Siciliam. *Lib. ſeptimus* habet Mycaleſti ciuitatis miſerabilem cladem, & expugnationem, ac belli Siculi deſcriptionem, de quo hic egimus à *num.* 14. Demum *libro octauo* agitur de mutatione ſtatus Democratici Athenis, de fœdere à Lacedæmoniis inito cum Perſarum Rege, & de reditu Alcibiadis ad exercitum. Reliqua proſequuntur duo illi reliqui, & iam citati Authores. Sed de Græcis, & Perſicis rebus hactenus.

De rebus memorabilibus, quæ acciderunt hac Periodo ſeptima apud Romanos, 18
Res Romana. hæc habes, quæ ſequuntur notata. De conſulibus primùm creatis anno 3495. de Plebis defectione anno 3508. De Tribunis plebis 3511. De Legibus 12 Tabularum, vide annum 3551. De Decemuiris 3553. de Vrbe capta à Gallis 3616. & bello Samnitum 3661. Harum quoque rerum Scriptores *citato cap.* 20 recenſentur. ſed prolixius & ordine narrantur res Romanæ ad annos expanſos,

Reſtat Iudæorum hiſtoria. poſt ſolutam captiuitatem, & reditum Iudæorum in 19
Iudæorum res. patriam, Reſpublica eorum per optimates adminiſtrabatur, eratque ἀριςοκρατία, in qua *ſcribit Ioſephus lib.* 11. *Antiquit. cap.* 4. *ſub finem*, ſummam quandam authoritatem fuiſſe penes Pontifices, idque vſque ad Machabæos, qui aliter Aſſamonæi dicti ſunt, à familia, vt aliqui volunt. *Vide cap.* 16. num. 25. & tandem in Ariſtobulo reuocata eſt forma Regni, vt infra ſuo loco. Si verò externos principes ſpectemus, populus iſte à ſoluta captiuitate primùm fuit ſub Regibus Perſarum: poſtea ſub Regibus Græcorum ab Alexandro, ac tandem ſub Romanis Ducibus vſque ad Chriſtum, quando 20
Pontifices. ſucceſſerunt Imperatores. Inter ipſos Iudæos a captiuitate ad Hircanum Simonis filium (vt omittam incertos huius populi Duces, *de quibus initio Capitis ſequentis,*) res ſaltem ſacra ſemper adminiſtrata eſt per Pontifices, & plerique numerant viginti duos. Horum primus recenſetur Ioſue, Ioſedeci filius, *primi Eſdræ, tertio, &* *Ioſeph. libr.* 20. *Antiquitatum cap. penultimo.* Fuit ille Ioſedec (& ipſe Summus Sacerdos) ductus captiuus ʃ
in Babylonem, *ex primo Paralip. cap* 6. Dum hic Ioſue (qui & Ieſus vocatur, *Zachariæ cap. tertio*) eſſet Pontifex, Zorobabel ex familia Dauid, populi Dux erat inter Iudæos. Sub eodem Pontifice Aggæus, & Zacharias prophetabant, populumque ad Templi ædificationem incitabant. *primi Eſdræ quinto.* Lentè tamen initio promouebatur opus. nam primùm à vicinis gentibus, & poſtea à Cambyſe, qui Cyro ſucceſſit, Iudæi prohibiti ſunt ædificii cœptum opus promouere, vſque ad ſecundum annum Darii: Darii inquam, Hiſtaſpis (vt colligunt multi *ex primo Eſdræ 4. verſ.* 24) Hoc templum eſt, quod ſecundum vocatur, *de quo Eccleſiaſticus cap.* 21
40. *&* *Zacharias* 6. Et ſi hic annus Templi rectè conſignatur, poſſet inde (quod aliqui volunt) dici ædificatum annis 46. *apud Ioannem cap.* 2. ob illam nempe operis intermiſſionem factam initio Regni Cyri, quando tantùm iacta ſunt fundamenta. Hunc numerum annorum 46, facile eſt inire ex annis expanſis, à Cyro Regnũ inchoante, numerando ad annum 6. & 9 Darii Hyſtaſpis; quibus completum eſt Templum. Sed vt planè cõſurgant hi 46 anni, aduertere oportet, quod ſcribit *Ioſeph.*

Probabile demum est, in hanc periodum, & in hæc tempora Græcorum Imperio vicina, incidisse historiam Esther. Ex multis opinionibus, quæ de hac re circumferuntur, certum profectò debuit videri, non fuisse hanc rem gestam ante captiuitatem; sed vel tempore captiuitatis: vel (quod verius est) post eam. Ex iis autem scriptoribus, qui post captiuitatem accidisse putant, Illustr. Cardinal. *Bellarminus*, & aliqui alii Scriptores referunt eum *Iosepho. lib.* 11. *cap.* 11. ad Longimanum, notatum anno Mundi 3539. *Scaliger* ad Xerxem reiicit. *Eusebius* ad Mnemonem Artaxerxem. *Serrarius in lib. Esther*, multis argumentis refert ad Ochum, qui satis vicinus fuit Imperio Græcorum. Nec mouet hos authores, quòd Rex ille, maritus Esther, vocetur Assuerus; cùm nomen Assuerus commune fuerit, vel omnibus, (vt aliqui putant) vel plurimis Persarum Imperatoribus. Nos in hac vltima opinione de Ocho, tanquam cæteris probabiliore, conquieuimus ad annum expansum 3642. & meritò, vt existimo, præsertim quòd nulli alteri conueniant quæ narrantur ea historia; optimè verò conueniant Ocho. Nec obstat quod obiici potest de Mardochæo, qui longè ante hæc tempora fuisse dicitur: & *in ipso libro Esther* narratur translatus initio captiuitatis Babylonicæ. Nam & varios fuisse Mardochæos satis constat: & hunc ipsum Estheris Mardochæum natum in captiuitate, vel post eam, longè est probabilius: qui autem *Esther.* 2. *vers.* 6, dicitur translatus in illa captiuitate, vel non est hic Mardochæus, sed aliquis alius recensitus *in præcedenti versiculo*, (eò enim multi referunt relatiuum qui:) vel certè, (quod volunt alii,) translatum dicamus Mardochæum in parentibus, vt inter eos sit recensitus, à quibus & genitus fuit & educatus.

16 Esther.

Mardochæus.

RECTA COMPVTATIO TEMporis à Cyro, ad Regnum Seleucidarum.

Periodus 7.

CAPVT XV.

HVius Periodi computatio difficilis satis & obscura est; cùm ex Sacris Literis nihil ferè habeamus, & ex Iudæorum rebus nihil certi possit colligi: imò in ipsis Iudæorum Ducibus numerandis magna est incertitudo. Rectè quidem sequenti Periodo numeramus Duces à tempore Machabæorum (qui simul fuerunt Duces & Pontifices) hoc est, ab anno Mundi 3838 vsque ad Christum: sed chronologiam certam Ducum à Cyro ad Machabæos non habemus. 1 *Duces Iudæorum*

Potest tamen ad replendos aliquo modo annos expansos, sumi numerus horum Ducum, tribus potissimum modis. Primùm, numerando eos, *quos Lucas ponit cap.* 3. *sui Euangelii*; appositis annis *ex Breuiario Philonis*: vel numerando, *quos ponit Matth. cap.* 1. à Zorobabel ad Christum. Sed quis hic, vel Interregna, si fuerunt, vel Ducum singulorum annos ad certam chronologiam reducet? Restat tertiùm, vt (quod aliqui recentiores etiam faciunt) ponantur illis Duces, quos habet *Philo Annij*. Et certè parum authoritatis habet *ille Philo*. tamen, vt vt sit de re ipsa, nihil incommodi est, si vel sic vacuos annos eum *Mercatore*, & aliis repleamus, quod à nobis factum vides ab anno 3495. vsque ad 3816. quanquam nec illi Duces, quos dat *Annius*, expleant iustum spatium vsque ad Machabæos. Sed opus erit superaddere Interregnum 20 annorum ante Machabæos, quod ad annum Mundi 3817 notatum est. 2

Vt ergo aliunde stabiliatur tempus huius periodi, & probemus constare eam annis 248 tria hic stabilienda sunt. Primum annus Cyri, quo inchoauit Imperium: deinde annus Alexandri Magni, quo ille cœpit imperare, destructa Persarum Monarchia: & denique annus inchoati Regni Seleucidarum, qui est terminus huius periodi. Principiò ergo, quod attinet ad principatum hunc Cyri, omnium ferè constans est consensus, initium huius principatus incidisse in primum annum Olympia 55. 3 *Cyri annus.*

Ita *ex Iulio Africano apud Eusebium*: antiquiores omnes Chronologi (*vt etiam aduertit Scaliger lib.5.c.de Cyro*) & ipse *Eusebius*. Nec de hac re potest esse dissentio legitima: magisque iam constabit ex Principatu Alexandri; vbi iterum fit necessaria mentio de annis Persici Imperij. Supra autem *cap.12. num.* 14. vbi prolixior de Cyro habetur disquisitio, attigi, an hic agatur de Monarchia, aut de Persici regni principio. De

Annus Alexandri.

4 Monarchia Græcorum, & Alexandri Imperio, consentiunt authores in annis natiuitatis, ætatis, & mortis Alexandri. Si Olympiades obseruentur (nam de annis Vrbis inferius) natus enim est anno primo vel secundo Olymp. 106. *vt obseruat Plutarchus, & consentiunt Eusebius, ac recentiores, Scaliger, Mercator, & alii.* Olympiade item eadem qua arsit templum Dianæ, *ex Solino cap.* 43. hoc est, eodem tempore, *vt explicat Solinum Delrio.* Vixit annos 32. & menses aliquot, *ex Eusebio emendato*: sed hoc de mensibus supra 32 annos non ita compertum est vt colligo ad annũ V.C.397. Regnauit annis 12. & aliquot mensibus. Et mortuus proinde est circa initium Olymp. 114. *Ita citati authores, & Diodor. Siculus lib.*17. *Clemens lib.*1. *Stromatum, Ioseph.l.*1. *contra Appionem, & Eusebius in Chronico.* Quod ergo *idem Euseb. lib.8. Demonstra. Euang. ait*, Alexandrũ obiisse Olymp.113. id quidẽ de Olympiade iam completa, vel exeunte est intelligendum. Hæc de anno. Quod spectat ad mensem, natum aliqui putant Alexandrum circa Idus Aprilis; alii Iunium ponunt. alii alium, vt supra in annis expansis citatis. *Plutarchus in Alexandro notat* mortem eius incidisse in 4 Kal. Quintil. iam collige an supra 32 annos abundent menses.

Ex his iterum declaratur quod dictum est de initio Principatus Cyri, & duratione Imperij Persici. Nam si Alexander obiit initio 114 Olymp. poniturque Principatus

Persici Imperii finis.

5 Cyri habere principium ineunte Olymp. 55. vt dictum est; intercesserunt certè 59 Olymp. seu anni 236. scilicet numerando, vt par est, ab Olymp. 54 completa, ad 113 completam. Et sic do obiisse Alexandrum anno Orbis 3680. Et quia 6 ferè annis ante mortem Alexandri cessauit Persarum Monarchia, sequitur eam durasse annis 230. nempe vsque ad annum Orbis 3674. Ex quo etiam habetur Alexandrum obiisse anno Regni sui 12. & Monarchiæ circiter 6. cessasse verò Imperium persicum 6 annis ante eius mortem, quando scilicet inita pugna cum Darii copiis prope Arbela, ille ab Alexandro victus est, *vt notaui anno* 3673. *Vide Plutarchum in vitis, & Orosium lib.*1. *cap.* 17. vbi de tribus præliis contra Persas. Sunt qui annos Alexandri numerent à Nabunassaro, *vt Ptolemeus lib.*3. *cap.*8. *Almagesti.* Sed quis sit ille Nabunassarus non ita constat, *vt dixi cap.*10. & si intelligendus est Salmanassar, vix vno anno dissentiũt nostri anni expansi à *Ptolemæo.* Rectè tamen ibidem numerat à morte Alexandri 294 annos vsque ad Imperium Augusti, id est, ad Actiacam Victoriam. *Clemens lib.*1. *Stromatum* colligit annos Alexandri à Roma condita, & inde ad mortem hanc vult intercessisse annos 429. Vix etiam abest à nostro calculo annorum expansorum, vbi mortem Alexandri locauimus ad annum 3680. Atque hæc de ratione temporis quoad Olympiadas.

6 Iam verò, si loquamur de anno Orbis, est quidem hac in parte aliqua varietas inter Authores. Sed satis est constare de anno Olympiadis, cùm de rebus Alexandri agitur, indeque, tanquam ex certiori principio, colligere oportet tum annum Vrbis & Consules, tum etiam annos communes quos vocamus expansos. Ac denique quo modo consignandi sint anni Philippi, cuius Regni anno 4. natus est Alexander. Sic ergo, vt sequitur ex hoc fundamento, componendæ sunt inter se subiectæ chronologiæ.

Natus Alexan.	ann.1. Olymp.106. sunt anni 421.	Ann. V. C. 397	Ann. Orbis 3648 20
Regnat.	ann.1. Olymp.111. sunt anni 441.	Ann. V. C. 417.	Ann. Orbis 3668
Imperat.	ann.2. Olymp.112. sunt anni 446.	Ann. V. C. 422.	Ann. Orbis 3673 6
Moritur.	ann.1. Olymp.114. sunt anni 453.	Ann. V. C. 429	Ann. Orbis 3680 12
		Seleucus regnat anno	3692

Ob fractiones mensium & dierum non poterant accuratius conferri inter se chronologiæ Alexandri. Atque eodem consignationis modo ad annos Orbis, addo hic annos vitæ 32. Posset hæc res expendi etiam ex Lunæ notabili defectu illius temporis, annoque intercalari. Sanè, *ex Plutarcho*, duobus diebus ante pugnam ad Arbela cõtigit ille notatus à pluribus Lunæ defectus, idque anno 2. Olymp. 112. quod post alios obseruauit ex professo *Scaliger lib. cap.* 5. *de pugna ad Arbela*: quapropter sẽper supersunt 6 anni vsque ad mortem, quia, vt dixi, obiit Alexander circa initium Olymp. 114.

Ab hac Lunæ Eclypsi & anno orbis 3673. Calippus suam 76 annorum Periodum inchoat; vt plures obseruârunt Chronologi. Duas Calippi Periodos, vnam Lunarem nunc inchoatam, aliam popularem integris mensibus, anno 12 post mortem Alexandri incipientem, exhibuit idem *Scalig. in Can. Isagogicis*, putatque *Hipparchum apud Ptolemæum* vti tantùm Periodo Lunari, seu τῆς πρυλανείας *in suis Obseruationibus*. Plura ille *initio libr. 2. Emenda.* sed, vt vt res sit, Calippi Periodo nõ multùm vtimur in hac chronologia, solùm notamus annum, quo putatur inchoata. Calippus.

Res gestas Alexandri notamus ad annos expansos: quibus hic addo, conditam Alexandriam in Ægypto ab Alexandro post victoriam ad Arbela. conditam fuisse *notant Solinus cap.* 35 *& Cassiodor. in Chron. Consulibus Papyrio, & Petelio*, & ex recentioribus rem hanc attingit *Sigonius anno Vrbis* 427 vide annũ Orbis 3673. At quomodo ergo *Ierem. cap.* 46. *vers.* 25. nominatur Alexandria: fuit enim longe ante hæc tempora Ieremias? Sed hunc nodum bene dissoluit *Hieron. Ezech.* 30. *& Nahum tertio.* nam, vbi in textu Hebraico est vetus nomen, No, *versu* illo 25. אל אמון מנא el Amon minno. Septuaginta Interpretes substituunt Alexandriam: quia sic vocabatur tempore, quo illi scripserunt. 8 Alexandria.

Postremò successit terminus huius Periodi Regnum Seleucidarum. Ab obitu autem Alexandri sunt anni circiter 12. vsque ad hoc Regnum, quod cœpit incipiente Olymp. 117. *vt sequenti Periodo prosequemur.* Sed hæc de Periodi huius extremis. nunc de interiectis annis agendum. Sunt de hac re, ac præsertim de persici Imperii duratione opiniones variæ. Et quidem duæ sunt extremæ; quarum vna 100 annos dat Persico Imperio; altera verò dat annos 250. Ex interiectis opinionibus vna ponit 180. alia 215. tertia 230 annos persici Imperii numerat. Et hæc tertia computatio probanda est, ac recipienda sententia, licèt quibusdam minus probentur 30 illi anni, quos Cyro dat *Euseb.* sic autem initur annorum numerus. 9 Seleucidæ. 10 Anni Persarũ 230.

Cyrus inchoauit Principatum initio Olymp. 55. & Seleucus Olymp. 117 similiter incipiente, inter quos terminos sunt anni 248. Et tot sunt anni in tota hac Periodo. Atque ita satis constat de hoc numero annorum putando per Olympiadas. Idemque apparet decurrendo per annos nostros expansos. Nam si ad annos 3444. quando incœpit Cyrus, addas annos 248. resultabit annus 3692. quo locamus initium Regni Seleucidarum. Denique idem potest (quamuis non cum tanta certitudine) colligi ex annis illis Regum: licèt enim res sit in opinione, & horum annorum fracturæ fugiãt calculum; tamen graues authores etiam in hoc putandi modo nobis patrocinantur. Itaque numeramus per Reges Persarum à Cyro ad initium Monarchiæ seu Imperii Alexandri annos 230. ad mortem Alexandri 236. ad Regnum Seleucidarum à Cyro annos 248 Et quidem ex Persarum Regum annis, quos aliqui ponunt, sunt tantùm anni 203. si solùm 8 anni dentur Cyro, vt illi faciunt. Sed omnino dandi sũt Cyro anni 30. eruntque iam anni à Cyri initio vsque ad initium Regni Alexandri 224. inde verò, hoc est à principio Regni Alexandri ad Seleucum anni 24. ac proinde omnino à Cyro ad Seleucum 248 anni. Cyro autem dedimus illos 30 annos, non tantùm quia implendus est necessariò numerus annorum, quem subministrarunt Olympiades; sed, vel maximè, ob ea, quæ *cap.* 12. *& hic num.* 3. *ex Euseb.* & aliis authoribus in medium protulimus. De annis Longimani, quia conferunt etiam ad Sacram Historiam, *dictum est ex professo cap.* 14. *& ad annos expansos*. Et tot quidem sunt de annis Regum controuersiæ. 11 Cyri anni 30. 12

Cùm autem de sic inita annorum ratione satis constet per Olympiadas, minus sollicitum esse oportet Lectorem de numero Regum, de quibus fateor non omnino

13 *Reges Persarū.* constare. *Danielis*. 11. *verʃ*. 2, colligimus ſaltem quatuor fuiſſe, licèt non exprimantur ibi nomina. Et quidem cùm quartus notetur ibidem, qui bellum Græcis excitaturus eſt, certè (ſi firma eſt Regum ſeries, quam nos cum multis aliis proponimus à Cyro ad Xerxem) conſequens eſt ibi ſubindicari, præter alios illos, etiam Cambyſem & Xerxē. Nam Cābyſes in recepta illa ſerie Regum ponitur regnaſſe poſt patrē Cyrum. Et ſic Xerxes quartus in ſerie illa eſt, qui bellum in Græcos à patre Dario excitatum promouit. *Lege Scalig. lib. ſexto. Emend. cap. de 70 hebdo.* Sed, vt dixi, nomina ibi apud Danielem ſuppreſſa ſunt. Aliis verò locis habemus expreſsis nominibus Cyrum, Aſſuerum, Darium, & Artaxerxem. Verùm (ſi quod aſſerui *cap*. 14. *in fine*) idem eſt Aſſuerus & Artaxerxes, tantùm trium Regum nomina habemus expreſſa. Et tamen adhuc vides fuiſſe plures ſupra quaternarium numerum. Non tamen curæ fuit ſcripturæ Sacræ omnes ex profeſſo numerare, *inquit Hieron. ad cap. illud* 11. Quò magis ridiculi ſunt Hebræi, qui in ſua chronologia (*de qua in ſecunda par. Chron. cap. primo*) tantùm tres fuiſſe volunt, Cyrum, Aſſuerum, & Darium. Ita illi *cap*. 29. quod plures, inquiunt, in Scriptura non inueniant. Inſtar piſcatoris illius, de quo *Galatinus lib. quarto cap.* 15. Sed certè inuenire potuerunt, & en tibi aliunde plures. *Euſeb in Chron.* (ex profeſſo id agens) 14 numerat. Conſentit huic numero *Hieron. Daniel.* 7, *&* 11. Eſtque nunc magis recepta ſententia. Totidem nos ponimus in annis expanſis. Ex his tamen, qui quatuor tantùm eſſe voluerunt, fuit *Lyranus ad cap. 9. Daniel.* ſed de his ſatis.

14 *Conſules primùm Romæ.* Inter Romanorum res memorabiles, quæ in hac Periodo ſedem habent, ſunt Conſules nunc primùm Romæ conſtituti, *vt obſeruo cap. 14. num.* 18. In vero tamen men anno primi Conſulatus deſignando, & annis ab V.C. eò vſque & deinceps digerendis, ac numerandis magna diſſenſio eſt. Naſcitur autem hæc diſcrepantia, vel quia Priſco Regi aliqui 37 annos, alii 38 cum *Dionyſio* tribuunt. Vel quia, quos alii Conſules ponunt, & ſine Coſſ. Dictatores, alii omnino prætereunt. Sed vt cæterorum annorum varietatem nunc quidem omittam; illud de anno primi Conſulatus, tres habuit opiniones præcipuas. vna eſt veteris chronologi *apud* Clementem *Alexandrinū*, fluxiſſe à condita Vrbe, ad Conſulatū annos 243. Sed locus mendū habet; benè tamen & Græcè reſtitutus à *Ioſeph. Scaligero lib.* 5. *Emend. cap. de Conſulatu Bruti. & lib. tertio Can. ſub finem.* Quorſum enim illud de Babylone, ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνος ἀναίρεσιν ὕπατοι ἐγένοντο. rectè igitur ἐπὶ τὴν βασιλέων ἀναίρεσιν, ineruditi alicuius librarii vitiū eſt. Secunda opinio habet, interceſſiſſe annos 244. ita quidem idem *Scal.* tamen aliunde oriri poſſunt hæ diſcrepantes de primo Conſulatus anno opiniones, quàm quia hi *Catonem*, illi *Varronem* de primis Palilibus opinantes ſequuntur. Tertia opinio puratur *Liuii*, ponentis anno 245 qui etiam in ſubſequentibus Vrbis annis diſtat à quibuſdam aliis anno vno, duobus, vel tribus; vt obſeruauit *Sigon*. §. *de Coſſ. primùm creatis*; ſi tamen rectè *Liuium* interpretatur *Sigonius*, de quo nos ad annum 3561. Ex his *Annus.* opinionibus placet ſecunda, quam etiam ſequitur ibidem *Sigonius*, omiſſa Liuiana ſubductione. Ita *Oroſius*, & noſtri temporis Chronologi aliquot, qui anno 244 exactis Regibus volunt firmatam Reipub. libertatem, & proinde hanc nos Reipub. mutationem locamus ad annum expanſum 3495. Atque accidiſſe oportet paulò ante initium Olymp. 68. ex qua triplici inter ſe comparata chronologia, & facta, vt iam ſubiiciam, annorum ſubductione, reſtabit cœpiſſe Conſules anno illo V.C. 244. & hæc de anno.

15 Quod ſpectat ad menſem, ille quidem incertus eſt. Sed ſi, quod aliqui ſcribunt, ponamus eiectos Reges Kal. Martii, nempe anno V. C. 243 exeunte, & ſequenti menſe Aprilis creatos Conſules, initio ſcilicet anni 244. ſatis reſultabit nobis annus 3495 pro his primis Conſulibus, & exiens annus quartus Olymp. 67. vbi ſunt anni 268. quos ſi addas annis 3227. iterum reſultabit annus ille 3495. & ſic omnia rectè conſtabunt. Cæterùm poſt aliquot annos creari ſolebant Romæ Conſules Kalendis Ianuariis, ſaltem ab anno Vrbis 600. & notabantur in Faſtis Conſularibus: quibus omnibus in Tabulas redactis, conſtabat Romanis non ſolùm de forma, progreſſu, & mutatione Reip. ſed etiam quo anno quæque res geſta eſſet, notato nimirūm Conſule illius anni. quàm tamen ſic certa hæc chronologia per Conſules dixi ad annum 3495. Oportet etiam in hanc Periodū incidiſſe initium 70 Hebbomadarū Danielis. Sed quo anno cœperint, quoue finierint, Quæſtio obſcuriſſima eſt, & mul-

tis pugnantium authorum opinionibus ventilata. Res ita se habet. *Daniel. cap 9 vers. 25.* prædicuntur Danieli à Gabriele 70 hebdomadæ; ab exitu sermonis vt ædificetur Hierusalem numerandæ, vsque ad tempora Christo Duci, seu Messiæ vicina. Quia autem constat has esse annorum Hebdomadas (sicut *Gen.* 29. Iacob dicitur impleuisse hebdomadam pro Rachel) efficitur hîc resultare annos 490. Et quidem si hic numerus (vt multi putant) debet accipi, vt sit annorum Lunarium; tunc reducti ad annos Solares, erunt hi anni 475. Atque hoc est primum cap. difficillimę huius quæstionis, quinam scilicet anni debeant intelligi. Secundum caput difficultatis est, quo anno vel Cyri, vel alterius Principis cœperint istæ Hebdomadæ. Et quidem constat ex Daniele, cœpisse ab exitu sermonis, vt iterum ædificaretur Hierusalē post captiuitatem Babylonicam: hoc est, constat incœpisse à permissione, facultate, aut sermone, siue Dei, siue Prophetæ, aut Regis Persarum; (pro varia expositione) vt vrbs illa reædificaretur. Cæterùm quemadmodum varij, & præsertim tres reperiuntur tales exitus sermonis, ita perdifficile est ex ijs verbis Scripturæ de exitu sermonis, aliquid certi definire, de initio harum Hebdomadarum. Tertium huius difficultatis caput est, de termino horum annorum, seu 70 Hebdomadarum, hoc est, an finiantur 4 anno post Passionem Christi, an verò eo ipso anno, quo Christus passus est? sunt enim pro vtraque parte authores graues. Sicut etiam alij opinantur, vel postea sub Tito (vide annum 3580.) vel multo antea finitas esse, vt ex multorum opinionibus collectis retulit prolixè *Perer. in Danielem lib.* 11 *initio.*

Annus Lunaris 11 diebus Solari minor.

Mihi certè nunquam displicuit sententia, quæ initiū 70 Hebdomadarum collocat ad 20 annum Longimani; non quidem accipiendo illum annum 20. vt facit *Mercator,* à tempore, quo regnare cœpit cum patre, sed ab anno, quo cœpit solus regnare; quem in annis expansis notauimus esse annum Mundi 3539. Et sic annus ille 20 fuit annus Mundi 3559. ab hoc enim principio, seu anno 20 Longimani, vsque ad annum Passionis, qui fuit annus Mundi 4035. ætatis Christi 34 rectè numeramus annos Solares 475, & Lunares 490. qui nimirum resultant ex 70 Hebdomadibus. quæ tota sententia potest, vt sequitur, rectè probari. Primùm 70 illas Hebdomadas intelligendas esse annorum Lunarium, (quod in hac sententia necesse est asserere,) & reuocandorum ad Solares, cùm texitur chronologia *Daniel.* 9. certè multorum sententia est. Ita imprimis *Iulius Africa.* referente *Hieron. ad 9. cap. Daniel.* Ita etiam *Beda lib. de ratione Temporum cap. septimo: Zonaras Tom. primo Annal. Ruper. in Daniel. cap.* 16. *Historia Scholast. in Historiam Danielis cap.* 10. *Idem sentiunt Theodoret. glossa. Carthusian. & Albertus in cap. hoc.* 9. *Danielis.* Et demus sanè Hebræos (quorum menses erant Lunares) habuisse annos Solaribus æquales per intercalationem dierum; hoc tamen non prohibet fuisse annos etiam Lunares, (*vt infra cap.* 19.) saltem non efficeret, quin in hoc speciali prophetico sermone, acciperentur adhuc inusitato apud plebem, & non vulgari more, sicut Hebdomadæ, ita & anni: præsertim cùm breuitas illa temporis inopinata, quam indicat Angelus *Danielis* 9. optimè explicetur (in hac ex professo quæsita obscuritate) per annos Lunares substitutos Solaribus: & libri Prophetarum similibus exemplis pleni sint. *Vide cap.* 19. *de duplici anno Iudaico num.* 10. Iam docet hæc opinio initium 70 Hebdomadarum sic explicatarum sumendum esse à 20 anno Longimani, putando post mortem patris. & rectè: nam (*vt notaui ad annum expansum* 3559.) tunc egressus est sermo Regis, & data est facultas reficiendi vrbem Hierusalem. Historiam *vide in lib. Nehemiæ* (*qui est* 2. *Esdræ*) *c.* 1. & 2. Ita sētiunt authores citati, *African. apud Eusebium de Demonstrat. Euang. lib.* 8. *c.* 2. *Beda, Theodoretus, Carthusian. & Zonaras,* ac præterea *Rupertus in Danielem cap.* 15. *Chrysost. Oratione secunda contra Iudæos, Antoninus in Chro. p. prima tit.* 3. *c. octauo. Ioan. Lucidus lib. septimo de Emenda. temporum cap. vltimo, & Galatin. lib. quarto de arcanis Catholicæ veritatis c.* 16. Confirmari potest hæc sententia ex ipsa narratione Gabrielis. Quęcūq; enim dicit Angelus de principio 70 Hebdomadarum, optimè congruunt huic sentētiæ. Ac denique idem conuincitur ex chronologia: siue enim annos putemus per Olymp. siue per seriem annorum expansorum, omnia probè consentiunt. Nam 1. (vt videre est in annis expansis) sicut initium Principatus Cyri incidit in annum Mundi 3444. ita annus Passionis Christi fuit Orbis 4035. ab illo autem 1 Cyri anno vsque ad 20 annum Longimani, sunt anni 116. Inde verò ad Passionem Christi sunt anni Solares 475. qui efficiunt annos Lunares 490. atque adeò complent totum numerum 70 Hebdomadarum. Hos autem 475 annos Solares ab anno 20 Logimani ad Paſ-

Margin: 17 (beside "Mihi certè nunquam displicuit…"); *Anni sunt Lunares.* 18 (beside "quæ tota sententia…"); 19 *Principium Hebdomadarum.* (beside "plicatarum sumendum…").

3444
116
3560
475
4035

Anni a Cyro ad Christū patientem. ſionem ſic numero. Sunt à Longimani anno 20. ad Seleucum anni 132. à Seleuco ad expugnatum Templum per Pompeium anni 249. quando natus eſt Auguſtus.
116 inde verò ad Chriſtum natum anni 60. ac tandem vitæ Chriſti ſunt anni 34. ſaltem
132 inchoati. Ex quibus omnibus reſultant anni 475. omnino autem à Cyro ad Chri-
249 60 ſtum patientem ſunt anni 591. Ruſus decurrendo per Olympiadas, idem depre-
34 hendituR. Nam ſupra probatum eſt, Cyri Principatum habuiſſe principium an-
591 no 1. Olympiadis 55. Atque adeò reſtant tres anni illius Olymp. computandi. Præte-
Per Olymp. rea annus 20 Longimani (vt à nobis definitus eſt) eſt 4 annus completus Olymp. 83.
20 ac denique paſſus eſt Chriſtus anno 4. Olymp 202. vt infra oſtendetur. Ex quibus efficitur à 1 anno Olymp. 55. vſque ad 4 annum Olym. 202. eſſe completas Olymp.
Per annos communes. 147. & annos 3. quæ ſumma efficit annos 591. qui ſunt à Cyro ad Paſſionem. A quibus ſi demas Olymp. 29. ſiue annos 116, qui ſunt à Cyro ad 2 annum Longimani, re-
21 ſtabunt reliquæ Olymp. facientes annos 475. excurrentes inde vſque ad Paſſionem, & cohærent iſta cum anno Mundi. Nam ſi ad annum expanſum 3227. quo incœpit 1 Olympias, addas Olymp. 202. ſeu annos 808. reſultat annus 4035. qui eſt annus Paſſionis Chriſti. Quod infert contra hanc ſententiam *Burgenſis in Additionibus ad Poſtillas Lyrani ſuper cap. 9. Daniel.* fore ſcilicet vt ignorauerit Daniel tempus aduentus Meſsiæ, hoc, inquam, facilè reiicitur. Nam nec hoc ſequitur, & licet concederetur ſequi, non eſt res noua in Prophetis quibuſdam, quod non omnia ſciant. Quæri poſſet, quo anni menſe contigerit principium horum annorum Danielis? quid ſi ab Æquinoctio Autumnali inchoandos dicas, & eo menſe accidiſſe ſermonis exitum ſub Longimano? Obſtat tamen *Eſdræ lib. 2 cap. 2.* vbi *verſu* 1. notatur menſis Niſan. Certè 2. *Eſdræ 6. verſu* 15. dicitur completus murus 25 menſis Elul, diebus 52. quod tempus non multùm abeſt ab Æquinoctio Autumnali. Horum locorum diſcrepantiam tollet facilè, qui alterum ad ſermonis exitum, alterum verò ad cōpleti operis menſem referri obſeruabit. Poſtremum eſt de ratione terminandi has
22 *Finis Hebdomadarum.* hebdomadas. Significatum autem iam eſt eas terminari ipſo Paſsionis Dominicæ anno. Atque ita ſentiunt citati, *Africanus, Rupertus, Beda*, & permulti alii: colligiturque ex tota iam allata temporis ratione. Sed tunc obiiciet aliquis in illa verba Angeli: *In dimidio hebdomadæ deficiet hoſtia, & ſacrificium.* Reſpondendum tamen eſt, non malè (vt exiſtimo) exponi verba illa ab *authore Scholaſticæ hiſtoriæ ad hiſtoriam cap. 10. Danielis*, Item à *Carthuſiano ad cap. 9.* Daniel. & aliis quibuſdam recentioribus: ſenſum eſſe, quòd deficiet hoſtia in poſteriori dimidio, illius ſcilicet vltimæ hebdomadis, de qua agitur. Itaque illud dimidium hebdomadis non ſignificat annum 4 illius hedomadis; ſed ex duabus medietatibus vltimæ hebdomadæ, ſignat poſteriorem. Et verum eſt in illa medietate deſiiſſe hoſtiam, ſcilicet moriente Chriſto in fine illius medietatis. eius enim mors attulit legalis Sacrificii abrogationem. Porrò *Beda, & Rupertus* per dimidium intelligunt præcisè 4 illum annum hebdomadis, ſed alio ſenſu, quia ſcilicet in 4 illum annum incidit Baptiſmus Chriſti; in quo dici poteſt deſiiſſe Legale Sacrificium, tanquam in ſigno certo futuræ defectionis; nimirum adueniente poſtea morte Saluatoris, in qua Sacrificium illud, amiſsâ ſuâ virtute, planè defecit, & mortuum redditum eſt, quamuis ſi vſum ſpectes, adhuc durauerit. Non enim ſtatim poſt Paſſionem fuit Sacrificium illud mortiferum. Sed accuratius hæc expendere, alterius eſt inſtituti: & nobis placet prior ſolutio, nempe & ſolidor, vt apparet, & conformior producto à nobis annotum calculo.

23 Redeo ad hebdomadarum Epocham, & ad diluenda contra noſtram aſſertionem obiecta: quale inter alia eſt illud de annis Lunaribus, ſanè præter conſuetum chronologiæ morem hîc numeratis. Et præſertim (dicet aliquis) cum poſſint anni accipi Solares, ac bene numerari à ſecundo anno Darii Nothi ad excidium vrbis Hieroſolymitanæ ſub Tito, vt contendit *Scaliger lib. 6. de Emend.* & ſcripſit *Chryſoſtomus* ſuo tempore de fine harum hebdomadarum. *Vide expanſum annum* 3580. Præterea *Eſdræ lib. 1. cap. 6. verſ. 14. & 15.* apparet Templum cum ciuitate extructum, iubente Artaxerxe, qui tamen regnauit poſt Darium Hiſtaſpis. Ex quo ſequi videtur, non potuiſſe extrui Templum ſub hoc Dario Hiſtaſpis, vt pote iam defuncto, quando regnabat Artaxerxes Longimanus, vt docet Regum Perſicorum ſeries. Quæ ſi vera ſunt, valdè conuellitur fundamentum à nobis iactum de principio 70 hebdomadarum. Nihilominus, dum omnia expendo, non video cur neceſſe ſit ab

ea sententia discedere, quæ Templum quidem asserit constructum sub Dario Histaspis, anno eius Regis vel 6. *vt ait Esd.* loquens de interiori Templo, vel anno 9. quoad reliqua Templi ædificia, *vt ait Ioseph. Antiq. lib.* 11. De ciuitate verò ædificanda, affirmat exitum sermonis contigisse Artaxerxis Longimani anno 20. quod est initium 70 hebdomadarum. *Consule quæ dixi cap.* 14. *num.* 22. 24. Hæc, inquam, tota sic explicata placet sententia.

Quare obiecta hîc nobis diluenda sunt. Ac primùm quod attinet ad annos Lunares, defendi satis illi possunt, vel ob studium obscuritatis quæsitæ in Prophetico illo sermone, vt fieri aliâs solet; vel quia abbreuiatæ dicuntur 70 hebdomadæ, scilicet ex hoc ipso capite, quòd mutati sint anni Solares in Lunares, non insuetos omnino apud Iudæos, *vt infra cap.* 19. *n.* 10. *&* 11. *obseruo.* Illa verò opinio de spatio 490 annorum Solarium à Dario Notho ad Titum, licèt satis congruat ad nostros annos expansos, tamen habet imprimis illa incommoda notata *cap.* 14. *numero* 22. Præterea nimis remotè à Christo duce, statuit finem hebdomadarum, nēpe ad annum Christi 72. qui est 38 à Passione: cùm tamen Daniel hebdomadas numerare videatur ad Christum ducem, vel circiter. Postremò verba *Esdræ* citata licet *Scaligerum* traxerint in sententiam illam de Tito, tamen fortassis non aduertit ille, tantùm recenseri ibi promiscuè omnes Reges à quibus data est facultas aliqua extruendi, siue Templum, siue ciuitatem (nam & Cyrus etiam recensetur:) alibi tamen, ac deinceps explicari quid singuli concesserint. Sic ergo Cyrus, *Esdræ* 1. *c.* 1. *v.* 3. primus hanc fecit Iudæis potestatem Templi ædificandi: sed impeditum opus est, *ex fine capitis* 4. Deinde Darius Histaspis anno Regni sui secundo, eandem fecit potestatem ædificandi Templi. 1. *Esdræ cap.* 6. *v.* 12. 13. Tandem Artaxerxes Longimanus facultatem concessit non tantùm reparandi quo vellent modo Templum, sed etiam ædificandi ciuitatem, 1. *Esdræ* 7. *vers.* 6. vbi dicitur omnis potestas Esdræ, quam vellet, concessa. Itaque legimus Esdram anno 7 Longimani venisse in Hierusalem cum magna pecuniæ vi: & iterum anno 20 eiusdem Logimani, concessam esse Nehemiæ expressam facultatem iterum ædificandi Hierusalem, & restaurandi muros, 2. *Esdræ.* 2. *seu Nehem. cap.* 2. *vers.* 1. *&* 6. Sed in his omnibus, nihil est quod ostendat, ædificandi Templi potestatem datam fuisse à Longimano, vt tamen existimauit *Scaliger.* De ciuitate non nego. 25
Quod ergo dicitur 1. *Esd.* 6. *vers.* 14. iubentibus Deo Israel, Cyro, Dario, & Artaxerxe, opus illud fuisse peractum (siue Templi, siue ciuitatis:) interiectus tantum obiter sermo est, de consensu Principum, qui in opus illud aliqua ex parte conspirarunt: quem deinde consensum Historicus, suis locis, vt iam citaui, clarius explicat, singulis singula dispertiens. Manet ergo Templum potuisse ædificari sub Dario Histaspis, & proinde rectè posse reduci aduentum Nehemiæ, & exitum sermonis (quod est principium hebdomadarum) ad 20. annum Longimani.

Quæ res plenius intelligetur ex iis, quæ dixi *cap.* 14. *num.* 22 *& ad annum expansum* 3581. Quibus locis subindicatum est, quæ esset ista connexio chronologica inter 26
Templi secundi annum, & concessam anno illo 20. Longamini facultatem. Cæterùm qui volet, posset illam aduersariorum rationem, vt clarior res tota euadat, sic efformare. Non nisi post secundum Templum extructum, contigit exitus ille sermonis de ciuitate ædificanda: sed Templum secundum ædificatum est sub Dario Notho: ergo post Darium Nothum, ac proinde diu post Longimanum fuit exitus sermonis, & principium 70. Hebdomadarum. Ad hanc ratiocinationem iam respondi, infirmando assumptionem. Et sic manet tota res explicata. Nam quod obiici posset *ex cap. quarto Esdræ* de Artaxerxe Assuero, qui prohibet Templi ædificationem vsque ad Darium, non est ille Artaxerxes Longimanus, sed Cambyses, *vt notatum est anno* 3475.

Obiecta diluuntur.

Periodus 8:

SYNOPSIS HISTORIÆ A REGNO SELEUCIDARUM VSQUE AD EXPUGNATUM TEMPLUM.

CAPVT XVI.

Ab anno 3692. 1 HVius octauæ Periodi terminus ponitur, expugnatum à Pompeio Magno Templum Hierosolymitanum sub Consulatu Ciceronis, in quem incidit natiuitas Augusti, *vt habes infra cap.* 18. Inchoatur verò à Regno Seleucidarum, annis 12 post mortem Alexandri Magni, & continet nobilissimarum rerum historiam, per totum Orbem gestarum. Et primùm, quod attinet ad res Græcorum, mortuo

2 Diuisio Monarchiæ Græcorū. Alexandro, diuisa est Monarchia in plures Reges post Interregnum, & sedato Principum dissidio, *vt narrant Diod. lib.* 17. *&* 18 *& Ioseph. lib.* 12. *Antiq.* Eandem Regnorum seriem attigimus nos ad annum expansum 3680. ac prosequimur deinceps cum mentione rerum gestarum, donec illa à Romanis occupata finiantur. Ex his Regnis vnum est Macedonicum, quod tenuit Philippus Arideus, Alexandri frater

3 Regnum Macedonum. (qui non fuit Iudæus, vt olim putauit *D. Thomas*) & post eum Cassander Antipatri filius, qui Olympiadem matrem Alexandri, & liberos, imò & Roxanem occidit, *ex Diod. lib.* 19. De huius Regni initio, & fine *vide in annis expansis* 3206. 3680. *& qui sequuntur.* Vbi de bellis quoque Macedonicis Romanorum, primùm contra Philippum, mox contra Perseum anno 3825. & 3836. Tertium gesserunt Romani contra Andriscum, qui se filium Persei mentiebatur, & quem Metellus duxit in Triumphum. Post quadriennium victus est à Quæstore alius, qui nomen Persei mentiebatur.

Regnū aliud Seleucidarum est, quod in annis expansis, Syriæ Regnum vocamus;

4 Seleucidarum in Syria. inchoatum, vt dixi annis 12 post obitum Alexandri; quando Seleucus Nicanor, capta Babylone, totius Asiæ diadema suo capiti imposuit; *vt scribit Euseb de Demonst. lib.* 8. *cap.* 2 Cessauit verò hoc Regnum, vel in Philippo illo *de quo ad annum* 3921 cùm Tigranes Armeniæ Rex occupauit Syriā anno 3924. vel postea cōfecto bello Mithridatico in Syria & Ponto, contra Tigranem & Mithridatem, *vt infra hoc eodem capite, num.* 28. *in Tryphone & Lucullo dicetur.* Illis enim temporibus Mithridates, antea fusus apud Dardanum à Sylla & exutus Regno à Lucullo, iterum à Pompeio victus est, & à filio proprio occisus. Quæ sub Regibus à Seleuco ad Philippum illum gesta sunt, partim ad annos expansos sunt notata, partim ex sequenti Iudæorū historia innotescere possunt, vt sunt hæ res inter se connexæ vel plurimùm. Cæterùm quandiu

5 stetit hoc Syriæ Regnum, colligendū est ex vario eius fine iam assignato. Vbi tamen expende ne eos quidem, qui in Philippo (Seleucidarum vltimo) Syriæ Regnum finiunt, satis inter se de annis conuenire. Nam *Eusebius anno* 1924 *scribit*, venisse Syriam in potestatem Romanorum post biennium Philippi. *Scaliger ibidem colligit* à morte Alexandri eousque excurrisse annos 231. Desunt tamen 11 anni dandi Seleuco, & duobus Antiochis, qui Philippum præcesserunt. Quare à morte Alexandri ad finem Philippi, erunt anni 242. Maior porrò erit duratio, si protrahas Regnum Syriæ sub Tigrane inuasore, ad Pompeium & Gabinium, *de quibus in fine huius capitis. Vide annum expansum* 3924. Atque hæc quidem de annis probabiliter dicuntur. Nam alioqui res valde incerta est, de posteriorum Regum & nominibus, & annis, *vt obseruaui ad annos expansos*, hoc est à Cyziceno vsque ad Philippum; vt mirum non sit, authores de his annis variè sentire. Imò nec de primorum Regum annis inter omnes constat, *vt notaui anno* 3692. Nos probabilem eorum omnium seriem posuimus *cap.* 17. *num.* 3. Sed res est parui momenti. Chronologicos enim huius Periodi

6 Regnum Ægypti. annos securiores habes *eodem* 17 *capite*. Tertium Regnum huius Periodi est Ægyptiacum, quod post Alexandri mortem inchoatum (aut potius restitutum) est, in Ptolemæo Lagi filio, *de quo ad annū expansū* 3680 & 3681. Vnde Lagidarū familia. Stetitque hoc Regnum inde vsque ad Cleopatram annis 294. Numerando porrò ab initio Regni Alexandri sunt anni 308. à condita Alexandria pauciores. *Vide annum expansum* 3673.

Iam

Iam ſtatus populi Iudaici ſub Imperio Græcorum, initio quidem ſatis pacatus fuit. Nam Dario, Arſis filio, Rege Perſarum 14 ac vltimo, victo; & ad Græcos ſic tranſlato Imperio, (*Daniel.cap* 11. *& primo Machab.* 1. *verſ. primo*,) Iaddus Iudæorum Pontifex diuinitùs pacatum inuenit Alexandrum, expugnatâ Tyro. Vbi egregium apparuit exemplum ſeruandi fidem iuramento præſtitam, *vt ſcribit Ioſeph. lib.* 11. *Antiq. cap.* 8. Hoc tempore conceſſit Alexander, vt ædificaretur Templum illud Samaritanorum, ſeminarium diſcordiæ, & de quo loquitur Samaritana *Ioan. quarto. Vide Ioſeph. lib.* 12. *Antiq. cap. primo.* Fuit tunc Sichem caput Samaritanorum, *ex eodem Ioſepho lib.* 11. *cap. vltimo.* Sed quis fuerit hoc tempore ſtatus Iudæorum, vel maximè ex ſequenti Seleucidarum hiſtoria, nec malè ex ſerie Pontificum deprehenditur, eorum ſcilicet, qui fuerunt poſt captiuitatem. Nam priores Pontifices ab Aaron vſque ad captiuitatem, neque huius Periodi ſunt, neque conferunt ad fundandam chronologiam, *vt dixi cap. octauo.* Pontifices ergo Iudæorum poſt captiuitatem, hoc eſt, ſub Regibus Perſarum, (qui tamen non ſunt huius Periodi,) Græcorum, & Romanorum, numerantur ab *Eſdra lib. ſecundo cap.* 12. *& Ioſeph. lib.* 11. *Antiq. cap.* 8. Et quidem ſex Iudæorum Pontifices numerantur ſub 14 Regibus Perſarum; hoc eſt, à Cyro vſque ad Alexandrum Magnum. Primus fuit Ioſue, ſub Cyro. Sextus Pontifex fuit Iaddus, ſub Alexandro. Septimus à ſoluta captiuitate, tempore iam Græcorum numeratur Onias Iaddi filius; *ex Ioſeph. lib.* 11. *cap. vltimo.* Octauus Simon, qui iuſtus dictus, *Ioſeph. lib.* 11. *cap.* 2. Nonus Eleazarus. *Ioſephus ibid.* Sub hoc Pontifice 70 Interpretes Scripturam Sacram ex Hebræa in Græcam linguam tranſtulerunt, id agente Ptolemæo Philadelpho, qui tunc in AEgypto regnabat. *De quo Rege vide annum* 3722. Aliqui referunt finitam verſionem anno 14 Philadelphi; ſed de hac re vix conſtat. Pontifex decimus fuit Manaſſes, *ex Ioſeph. ibid. cap.* 3. Vndecimus, Onias, Simonis Iuſti filius. De horum qui ſequuntur annis, vide in chronologia ab anno V. C. 577. duodecimus, Simon filius Oniæ. *Ioſeph. ibid.* Decimus tertius, & optimus fuit Onias, *de quo Ioſeph. lib.* 12. *cap.* 4. & à quo hiſtoria librorum Machabæorum ſumit initium, *vt patet ſecundo lib. Machab. cap.* 3. Hic Onias eſt, qui poſt mortem apparuit Iudæ Machabæo, orans pro populo, 2. *Machab.* 15. Pontifex decimus quartus ponitur Iaſon impius. Decimus quintus, Menelaus æquè impius, *ex* 2. *Machab. cap.* 4. Pontifex decimus ſextus Lyſimachus, *ibid. & apud Ioſeph. lib.* 12. *cap.* 15. Ex poſterioribus his Pontificibus duo erant fratres; Onias, natu maximus, & Iaſon ille impius, qui fratri Oniæ Pontificatum ademit, *Machab. lib.* 2. *cap.* 4. Iaſoni tandem iiſdem malis artibus Pontificatum ademit Menelaus frater Simonis, *ibid.* Erat Simon de tribu Beniamin, *cap* 3 *verſ.* 4. Poſtremò, amoto Menelao, Lyſimachus frater eius accepit Pontificatum, *lib.* 2. *cap.* 4. *verſ.* 29. Verùm an his poſtremis & illegitimis Pontificibus dandus ſit locus, an verò Iudæ Machabæo, *paulò inferius attingam.*

7 *Status Iudæorum ſub Græcis.*

8 *Samaritanorum Templum.*

9 *Pontifices.*

10

70 Interpretes

11

Res Iudæorum ſub Antiocho.

NArrant libri Machabæorum hæc tempora fuiſſe Iudæis valde calamitoſa, regnante nimirum Antiocho Epiphane, ſeu Nobili, qui fuit octauus Rex à Seleuco illo, primo Syriæ Rege, à quo liber Machabæorum numerat annos. Fuit hic Antiochi magni filius: quem pater Romanis obſidem dedit, victus, *vt dicam num.* 35 à Scipione Aſiatico, & ſpoliatus tota Aſia, cis montem Taurum. *Vide annum* 3804. 3814 *&* 3826. Poſtea tamen Epiphanes iſte, anno Seleucidarum 137, adeptus eſt Regnum Syriæ, *ex* 1. *Machab. primo:* & in ſecundo reditu ex Aegypto cœpit Iudæos mirificè perſequi. Huius etiam Regis duæ memorantur expeditiones in Aegyptum, quarum prior ſuſcepta fuit, ſpecie quidem, vt Ptolemæum ſororis filium Regno reſtitueret, (*lege lib.* 44. *&* 45.) reuera tamen, vt ipſe Aegyptum occuparet. De anno huius expeditionis non conſtat certò, probabile tamen eſt, inde rediiſſe anno Græcorum 143. Poſterior eius in Aegyptum expeditio poſt mortem Oniæ, accidit *ex* 2 *Machab. quinto, initio.* Sed, iubentibus Romanis per Popilium Legatum, coactus eſt inde exire, *ex citato Liuio, Iuſtino, & aliis. Vide annum* 3833. *&* 3836. *Ioſephus* has duas expeditiones confundit. Rediens An-

12 *Antiochus Illuſtris.*

13 *Expeditio in Aegyptum.*

14

Hierusalem capta. tiochus ex Ægypto, exercitum duxit contra Hierosolymam, anno Græcorum 145.
15 *primo Machab. primo.* Vbi ingens illa tunc persecutio Iudæorum, & desolatio, per seriem annorum describitur. Interim dum Antiochus, secunda suo expeditione, versaretur in Ægypto, Iason exul, nuntiata (sed falsò) mortem Antiochi, occupauit Hierosolymam, 2. *Machab.* 5. Mox tamen Antiochus rediens, vrbem dolo capit, Iudæos trucidat, & combustis libris Legis, proponit edictum de tota Iudæorum religione abolenda. Erecta tandem in Templo statua Iouis Olympici; tunc accidit
Martyres. Martyrium Eleazari Scribæ, & 7 fratrum, 2. *Macha.* 6. *&* 7. Non statim hæc omnia peracta sunt: sed præsens aliqua fecit Antiochus, aliqua absens per alios, dum ipse Antiochiæ moraretur.

De Machabæis. 16 Quoniam verò Machabæorum mentio deinceps amplior facienda est, illud in primis velut Præfationis loco, ex eorum Pontificatu colligendum est, duxisse eos paternum ac præcipuum genus, non ex Tribu Iuda, sed ex Leuitica. Rectè *Hebræorum sexto* probat Paulus Christum non fuisse legalem sacerdotem, ex eo, quòd originem secundùm carnem accepisset ex Tribu Iuda. Si ergo Machabæi paternum ac præcipuum genus habuissent ex Tribu Iuda, omnino nō fuissent Pontifices. Dissentit quidem *Genebr. in Chron.* Rectius tamen *Lyranus*, *Carthusianus*, *&* *Abulensis docent* Machabæis paternum genus fuisse ex Tribu Leui; alioqui non futuros Sacerdotes. Quando autem 1. *Macha.* 5, vocantur viri Iuda, est, quia materno genere erant ex Tribu Iuda. Quod etiam satis putatur ad vaticinij veritatem de sceptro Iuda. Omitto vulgatam de nomine quæstionem. Causam quod vocarentur Machabæi, fuisse inscriptionem militaris vexilli, refert ex quodam Rabino *Genebrardus.* Fides sit penes authorem. Saltem qui Iudæ filio Mathathiæ hoc cognamentum primum adscribunt, non satis explicant, cur & posteri, & ante Iudam plures vocarentur Machabæi. Eosdem dictos fuisse post principatum Simonis, Assamonæos, *notauit Iof. Scalig. lib.* 5. *de Emend. cap. de initio Simonis.* Nomen verò deductum à voce Hebræa, השמונים quam Iudæi interpretantur, Principes: sicut & illud 68. *vers.* 32. השמנים מני מצרים. Alij sic dictos putant ab Assamonæo progenitore, & Mathathiæ proauo: quod tandem *Scalig. lib.* 3. *cap.* 11. sibi persuasit. *Vide Ioseph. lib.* 12. *Antiq. cap.* 8. Sed omissa de nomine controuersia, iam de Machabæo-
17 *Iudas* rum rebus gestis cōtra Antiochū, & successores pro patriis legibus, & religione, dicendum. Ergo tandem huic persecutioni Antiochi opponunt se Machabæi Duces. Primus fuit Mathathias Assamonæus, & Sacerdos ex vice Ioarib, id est, primæ classis, 1. *Mach.* 2. *Vide annum expansum* 3837. Patri Mathathiæ successit Iudas Machabæus: & anno Seleucidarum, seu Græcorum 148, renouatum est à Iuda Templum, die eodem, quo fuit contaminatum, tribus annis integris à contaminatione. 1. *Machab.* 4. *&* 2. *Machab.* 10. *Vide Ioseph. libr.* 12. *cap.* 11. Mensis dedicationis, ac proinde etiam profanationis, fuit Casleu, Chesleum vocat *Iosephus* citatus: apud nos partim Nouember, partim December videri potest. Notatur porrò illius Casleu dies 25 quem *Scaliger lib.* 5. referendum putauit ad 14. nostri Decembris, & ad Feriam secundam. profanatio triennio tantùm durauit; scilicet ab anno 145, quo duxit Antiochus exercitū contra Hierosolymam, vsque ad renouationem Tem-
Antiochi mors. pli anno 148. Obiit verò Antiochus anno sequenti, hoc est, 149. *ex* 1. *Machab.*
18 6. Obiit autem insanabili plaga à Deo percussus. 2. *Machab.* 9. Non ergo hic Epiphanes est ille Antiochus, *de quo ibid. cap.* 1. *vers.* 16. & qui dicitur occisus, vt fabulantur Nouatores; ista enim occisio contigit anno 188. Quis autem sit ille alter Antiochus occisus, non proferunt scriptores. Sed hoc parui est momenti: nec sunt omnia scriptis tradita. Cæterùm notamus, à secunda expeditione rediisse Antiochum anno Græcorum 145. qui est Vrbis 585. & Orbis 3836. Eodem Vrbis anno victus est Perseus, *vt ibidem notatur*, *&* *ex fragmentis Polybii obseruat Casauboniana Synopsis ad pa.* 1016. Quo etiam 185 anno, planè finitum est illud Aegyptiacum bellum. Non enim malè coniicit *Serrarius in cap.* 1. *lib.* 1. *Machab.* in eundem à Palilibus annum incidisse finem belli illius Macedonici, victo Perseo, & huius Aegyptiaci. Adde etiam, in eundem Orbis annum, qui est 3836. Subindicat quidem *Liuius* prius finitum Macedonicum, & sequenti anno Aegyptiacum. Sed varietas hæc exigua est, & resultans, vel ex Liuiano de annis Vrbis calculo, (qui non recipitur ab omnibus eodem modo, *vt noto cap.* 15.) vel ob varia initia in diuersis illis chronologiis. Cuius sanè varietatis fin-

gulare extat exemplum inferius *cap.17.num.10.* Vtcumque res fit, vnius anni discrepantia in re chronologica prioribus his temporibus solet modica existimari. Sic ergo, vt sequitur, hos annos componimus ad faciliorem chronologiæ ineundam rationem. 19

Anni Mundi.	*Vrbis.*	*Græcorum anni.*
3828		137. Antiochus cœpit regnare.
3834	583	143. Expeditionem parat in Ægyptum. Redit à prima expeditione hac. *Machab. lib.2.cap.4.*
3836	585	145. Secundam parat expeditionem. *lib.2.cap.5.verf.1.*
3836	585	145. Redit,& spoliat Templum. Finitur bellum Ægyptiacum.
3836		145. Templi profanatio. Mathathias Dux primus, *Machab.1.ver/ 57.*
3837		146. Iudas Machabæus. 1. *Machab.* 2. *in fine.*
3839		148. Purgatio Templi.
3840	589	149. Antiochus moritur.

Iuxta hanc chonologiam regni Græcorum, Mathathias obijt anno Orbis 2837 ineunte, hoc est, anno 146 Græcorum, *vt habetur* 1. *Machab*.2. Iudas verò rexit populum ab inchoato circiter anno 146, vsque ad annum 152. *ex* 1. *Machab.* 9. Verùm difficulatem habet illud de purgatione Templi, quam Iudas dicitur fecisse anno 148. *ex* 1. *Machab.* 4. hoc est, vno anno ante obitum Antiochi. Et tamen *ex secundo Mach.* 10, purgatio Templi dicitur facta biennio post mortem Antiochi. Sed nulla est hîc repugnantia. Nam quamuis duobus illis locis narretur historia purgationis, ante scilicet, & post mortem Antiochi: non tamen dicitur facta vtroque illo tempore; sed quæ semel tantùm peracta est, nempe ante illius mortem, iterum, facta digresione de Antiocho, & morte eius, repetitur. Quando autem narratur facta post biennium, ne intellige, post biennium à morte Antiochi, sed post biennium à profanatione, hoc est, exacto iam biennio, & excurrente tertio anno, *vt ex præcedenti Tabula, & ijs quæ iam dixi satis apparet.* 20

Res difficiliores in historia Iudæ.

Alia, & difficilior de Iuda est Quæstio *ex.* 1. *Machab* 9. vbi narratur mortuus anno 152. & tamen *lib.2.cap.* 1 significatur ipsum scripsisse Epistolam anno 188. hoc est, multis annis post mortem. Responderi potest, posteriori illo loco duas quidem narrari scriptas Epistolas, sed neutram à Iuda. Nam prior scripta est anno 160 sub Demetrio,& paulò ante mortem Ionathæ. Posterior est ipse secundus liber, de quo ad annum, 3879. At Epistola, quæ scripta est anno Græcorum 188, nempe tempore Hircani *capite illo primo. verf.* 10, dicitur scripta à Iuda, qui salutem mittit. Respondeo hunc Iudam ibi nominatum, non esse illum primum Ducem,& Mathathiæ filium; sed vel Aristobulum Hircani filium esse, qui etiam Iudas vocabatur, *ex Iosepho lib.* 20. *cap. penultimo*; vel esse alium, vt fuerunt tunc temporis plures. *Plura de his annis vide Cap.* 17. *num*9.& 10. Omitto etiam, quæ *cap.8. lib.1. Machab.* referuntur, & Iudæ narrata dicuntur de Romanis; vel quia Chronologica non sunt; vel quia (siue vera, siue falsa sint) Historicus noster tantùm affirmat, ea fuisse Iudæ narrata; In quo nullum est mendacium. 21

X 2

Res Iudæorum, & Machabæorum, sub Eupatore, & Demetrio.

EXtincto Antiocho Nobili, bellum adhuc fuit Machabæis cum Antiochi suc-
22 cessoribus: ac primùm cum Antiocho Eupatore, illius Nobilis filio. Sed coa-
23 ctus tandem Eupator pacem init, *primo Machab.* 6. *& 2. Machab.* 13. Anno 151. & 152. De-
metrius filius illius Seleuci, qui Epiphanem præcessit, occupat regnum Syriæ,
Pontificatus Iudæ expenditur. occiso Eupatore. 1. *Machab.* 6. *vide an. orbis* 3843. Hic Demetrius, Alcimum creauit
Pontificem, qui numeratur decimus octauus *apud Ioseph. lib.* 12. *cap.* 15. Nam Menelaus,
(de quo supra) post Lysimachum fratrem, rediit ad Pontificatum, 2. *Machab.* 4. *&* 13.
24 & propter reditum numeratur decimus septimus Pontifex à *Iosepho cap.* 15. Itaque de-
cimus octauus, fuit ille Alcimus, *ex Iosepho ibid. & cap.* 17. de cuius etiam Pontificatu
mentio fit 1. *Machab.* 7. *vers.* 9. *& lib* 2. *Machab. cap.* 14 *vers* 1 *&* 13 id est, anno 150 *vt habet
ibi author l* 2. *c.* 14. *v.* 4 Primus liber vno anno dissentit; *de quo nos c* 17. *n.* 10. Post mortem
tantùm impii Pontificis Alcimi (si creditur *Iosepho*) Pontificatus datus est Iudæ Ma-
chabæo, quem decimũ nonũ facit in eodẽ ordine idẽ *Iosephus*. Verũ hic author in hoc
non sibi constat, *vt patet ex cap. penult. lib* 20. *Antiq. & lib.* 12. *cap.* 17. Pugnantia enim
sunt hæc, Iudam successisse Alcimo, & Alcimum quatuor annis tenuisse, vt ipse
ait, Pontificatum. Nam Iudas obiit anno 152 *ex* 1. *Machab.* 9. *vers* 3. Alcimus verò so-
lùm anno 153 *ibid. vers.* 55. Vnde sequitur, aut viuente adhuc Alcimo fuisse Iudæ de-
latum Pontificatum, aut certè Iudam nunquam gessisse Pontificatum. Verius er-
go est, vel statim à principio sui Ducatus fuisse Pontificem, vel, quòd alii affirmant,
saltem post triennium ducatus, viuente adhuc Alcimo. sed de morte Alcimi, & quã-
25 do consentientibus Iudæis omnibus, Pontificatus Assamonæis concessus sit, *vide ad
an.* orbis 3844. Reliqua historia est de Legatione apud Romanos gesta, de bellis Iudæ
cõtra Nicanorũ, Bacchidem, & Alcimum, & denique de morte Iudæ: quæ mox in
retexendo ordine librorum Machabæorum, citatis historiæ locis subiiciam.

26 *Ionathas.* Iudæ Machabæo in Pontificatu successit frater Ionathas, inter Pontifices vige-
simus, vt aliqui numerant. Hic post aliquod tempus, mortuo Alcimo, pacem
cum Bacchide composuit, & cessauit gladius in Israel, *primo Machab* 9. *in fine. Vide
annum expansum* 3846. Accidit deinde anno 160 Græcorum, vt Alexander Balus,
Antiochi Illustris Nothus filius (*ex Iosepho lib.* 13. *cap.* 3) Demetrium Soterem de Sy-
riæ Regno deturbaret, suppetias Ionatha ferente. Pulso tamen postea Alexandro per
Ptolemæum Philometorem socerum, & AEgypti Regem, Demetrius Iunior;
1. *Machab. cap* 11. regno præficitur. Initio quidem amicè excepit Ionatham 1. *Ma-
chab.* 11. Sed datam fidem postea violauit. Scripsit *Iosephus* Ionatham tantùm 14
annis gessisse Pontificatum, licet per annos 18 (vt noto ad annum 3844.) præfuisset
nationi. Imò ille dat 19 annos ducatus. Cæterùm mira fuit de Regno Syriæ con-
27 certatio inter posteros duorum illorum fratrum, Seleuci, & Antiochi Epiphanis.
Nam hunc Demetrium regno postea expulit Antiochus Theus, filius Alexandri
Nothi, fauente Ionatha, 1. *Machab.* 11. Tryphonis insidiæ tunc contigerunt; partim
in Regem ipsum Antiochum, quem promouerat ad Regnum, sed quem mox occi-
dit: partim etiã in Ionatham, quem dolo interemit. 1. *Machab.* 11. 12 *&* 13. Tandem ta-
men ab Antiocho Sedete, Demetrii Soteris filio, bello fugatur Tryphon, raptoque
regno priuatur. 1. *Machab.* 15. Protracta sunt hæc Syriaca bella sub variis Principi-
bus, vt noto, ab anno Orbis 3865 vsque 3940, quando Tragœdiis Seleucidarum finem
28 tandem imposuerunt Romani. Varium tamen, *vt initio capitis indicaui*, exitum ha
buerunt Syriæ regna. Nam quando, pulso Philippo, successit Tigranes, occupans
Syriam, cessauit in Syria Seleucidarum Regnum anno 3924. Cessauit & iterum Sy-
riæ Regnum, partim cùm post aliquot annos ad finem belli Mithridatici facta est
penitus tributaria Romanis, anno 3941. quo tempore Pompeius solam Armeniam
Tigrani concessit, *ex Appia. in Syriacis, & Velleio*: partim etiam post Pompeium sub
Gabinio, *de quo inferius hoc ipso capite*. De Pompeii profectione in Iudæam, & reditu
in Asiam, *lege Appian. Plutarch. Dionys. & alios passim*. Rem etiam in pauca contraxit
Sigonius ad annum 690.

29 *Simon.* Extincto Ionathæ successit Simõ Dux & Põtifex, *de quo* 1. *Mach.* 14 *& an. Mũdi* 3861.

Hoc Pontifice ablatum est iugum Gentium ab Israel, anno Græcorum 170 & 171 (*vide* 1. *Machab*. 15.) & cœpit populus notare annos ab initio huius Pontificatus. *Ioseph. lib* 13. *Antiq. cap*. 11. Recepit ille arcem extructam in monte Sion, 1. *Machab*. 13. & anno 171. *Vide de hac arce* 2. *Reg*. 5. & 1. *Machab*. 1. An verò diruta arce, montem quoque ipsum solo æquauerit, tantùm Templo eminente, *vt scribit Ioseph. capite illo* 11; non est res omnino certa, ob ea, quæ scribuntur 1. *Machab*. 14. Huius celeberrimi Pontificis res gestæ in pace & bello, habentur 1. *Machab*. 15. Confirmatur illi suprema potestas, omnium consensu. *cap*. 14. vbi narratur insuper societas firmata cum Romanis. Occiditur 1. *Machab. cap. vltimo. vers*. 16, *anno* 177 Græcorum. Atque hic finit suam historiam author primi Machabæorum. *Vide Euseb. Demonst. Euang. lib*. 8. Reliqua prosequitur *Iosephus lib*. 23. *vsque ad* 17. & paulo inferius subiicientur, paucis ad horum libb. Machabæorum dilucidationem maiorem interpositis.

Syntaxis Historiæ Machabæorum.

IN duobus Machabæorum libris, iam sæpè citatis, capita non satis retinent rerum gestarum ordinem. Ideo hoc breui Diagrammate, vt instituti huius chronologici ratio postulat, singula suis annis, & ordini restituenda sunt.

Anni Mundi.	*Anni Græcorũ.*	*Rerum gestarum series, natiuo ordini restituta.*	*Librorum capita, ordine rerum gestar. citata.*
		Præfatio operis.	*Lib*. 2. *cap*. 2. *à vers*. 20.
3674 3693	 1	Narrationis exordium ab Alexandro Magno, Regnoque Græcorum.	*Lib*. 1 *cap*. 1. *vsque ad v* 11. incipit primus Græcorum annus in Seleuco.
		Felix initio Iudæorum status; sed pax turbata in Onia.	*Lib*. 2 *cap*. 3. & 4.
3828	137	Persecutionis initia sub Antiocho.	*Libr*. 1. *cap* 1. *vers*. 11. *vsque ad* 16. & *lib*. 2. *cap*. 4. *à vers*. 7. *ad* 20
3834	143	Antiochi prima expeditio in Ægyptũ.	*Lib*. 1. *cap*. 1. *à ver*. 17. *ad* 50.
3836	145	Secunda expeditio Antiochi.	*Libr* 2. *cap*. 5. *vsque ad v*. 15.
3836	145	Gesta post bellum Ægyptiacum profanatio Templi, in reditu ex Ægypto.	*Libr*. 1. *ca*. 1. *à*. *ver*. 21. *ad* 67. & *lib*. 2. *ca*. 5. *à*. *vers*. 11. *ad* 27. & *ca*. 6. *ad vers*. 17.
		Mors Eleazari, & fratrum.	*Lib*. 2. *cap*. 6. *à vers*. 18. *ad* 31 & *cap*. 7. *ad vers* 42.
3836	145	Bella, primo Duce Mathathia.	*Libr*. 1. *cap*. 2.
3837 3839	146 148	Quatuor prælia, & Iudas Dux, qui post quartum, purgat Templum.	*Lib*. 1. *cap*. 4. & *libr*. 2. *cap*. 1.
		Bella Iudæ cum finitimis gentibus.	*Libr*. 1. *cap*. 5.
3840	149	Mors Antiochi.	*Libr*. 1. *cap*. 6. & *lib*. 2. *cap*. 9.
		Bella cum Eupatore successore.	*Lib*. 1 *cap*. 6. *vers*. 16. & *l*. 2. *c*. 10. 11. 12. 13.
		Cura pro mortuis.	*Libr*. 2 *cap*. 12. *vers*. 38.
2842	151	Eupator, Demetrii aduentu territus, pacem firmat cum Iudæis.	*Lib*. 1. *cap*. 6. *à vers*. 18. *ad finem vsque*, & *lib*. 2. *c*. 13.

2842	151	Demetrius Rex immittit Alcimum in Iudæos.	*Lib.1.ca.7.vſque ad verſ.26. & lib.2 c.14. vſque ad v.11.*
		Poſtea miſſus in eos Nicanor.	*Lib.1.cap. 7. à verſ. 26. ad 38. & lib.2.ca 14. à v.12 ad 46.*
2842	151	Mors Nicanoris, victore Iuda.	*Lib.1. cap.7. à verſ.39. ad 50. & cap. vltim. vſque ad v.37.*
		Primum fœdus cum Romanis.	Lib.1.*cap*.8.
	152	Iudas pugnãs occũbit, ſub Bacchide	*Libr.1.cap 9.verſ.3.*
3844	153	Ionathas Dux, & Pontifex, tandem.	*Libr.1.cap. 9. verſ.28. & cap. 12.verſ.6.*
3851	160	Ionathas adhæret Alexandro.	Libr.1.*cap*. 10.
	161	Mors Demetrii occiſi	Libr.1.*cap*.10.*verſ*. 50.
	167	Demetrius Iunior regnat ope Ptolemæi, occiſo Alexandro.	*Libr.1.cap.11.verſ.16.17.18.*
		Demetrius Rex fidem datam Ionathæ violat.	*Libr.1.cap.11.verſ.17.18.*
3860	169	Fœdus ſub Ionatha cum Romanis ſecundum.	Libr.1.*cap*.12. Et cum Lacedæmoniis.
3861	170	Simon dux contra Tryphonem.	*Libr.1.cap. 13 vſque ad c. 16.*
3863	172	Capto Demetrio à Parthis, pax longa Iudæis, fœdus cum Romanis.	*Libr.1.cap.14 verſ.3.4.*
	173 174	Demetrii Iunioris frater Antiochus, Tryphoni bellum infert.	*Libr.1.cap.15.*
3868	177	De Simonis filiis, & morte.	Lib 1.*c*.16. Mors Simonis.

Hircanus, 30 — Ex his Simonis filiis eſt Hircanus, qui vt narrant reliquæ huius hiſtoriæ ſcriptores, ſucceſſit patri in Pontificatu. Eum nos locauimus ad annum 3869, qui eſt annus à Cyro 425, & 117 à Seleuco. Hic primus militem alere cœpit, poſt inuenta tria millia talentorum in Dauidis Regis monumento. Rediens ab expeditione Parthica, vbi occubuit Antiochus Sedetes, recepit multas Syriæ ciuitates, quæ olim pertinebant ad Iudæos. Idumæos ſub iugum miſit, & vt aliqui putant, impulit ad Circumciſionem. Renouauit amicitiam cum Romanis anno ferè 14 ſui Principatus, *ex Ioſeph. lib.*13. *cap*.16. Ahenobarbo Conſule, anno V. C. 631. Denique capta ciuitate Sichem, ipſe euertit Templum illud Samaritanorum *(de quo initio Capitis)* in monte Garizim. De huius Templi conſtructione, *Vide ad annum* 3670. Hiſtoriam habes apud *Ioſephum Antiq.lib.*11.*cap*.8. *& Euſeb.* aliqui conceſſionem huius Templi collocant poſt expugnatam Tyrum ab Alexandro, nempe quarto, vel quinto anno Alexandri. *Vide annum* 3672. Euerſum eſt circiter poſt 200 annos à conditu. Plura peregit, *de quibus ad annos* expanſos. Ita enim veterum Iudæorum ditionem reſtituit, & firmauit, vt in filio Regnum reſtitutum fuerit. Præfuit Hircanus annis 30, *ex Ioſepho lib.*13. Multi, cur dictus ſit Hircanus, contendunt: & à deuictis Hircanis nomen familiæ natum putat *Cedrenus.* Sed certè figmentum apparet; nec aliud eſt hoc nomen, quàm tritum & vulgare inter Iudęos. Primus autem inter Sacerdotes, qui hoc nomen ſibi aſſumpſit, fuit hic Hircanus, *vt ait Ioſeph.* ὃς πρῶτος ἱερέων Ὑρχανὸς ὠνομάσθη. Pontifex, vt Plerique numerant, vigeſimus tertius, & à captiuitate ſoluta primus Rex fuit Ariſtobulus Hir-

Templum Samaritanorum.

cani filius. Restitutum hoc Regnum *scribit Ioseph. lib.* 13. *cap.* 19; exactis 481 à soluta 31
captiuitate. Sed non est hæc solida temporis huius ratio, *vt ex annis nostris expansis, & Aristobulus.
authoribus ibi citatis colligitur satis.* Tantùm sunt anni 456. Huic post annum mortuo
successit, in Pontificatu & Regno, frater Ianneus, qui etiam Alexander dictus est, & 32
27 regnauit annis. *Ioseph. libr.* 13. *Antiq.* Tandem post Alexandri obitum, regnum administrauit vxor Regina Salome, à Græcis dicta Alexandra, idque annis 9 *Ioseph. libr.* 13. *cap.* 23. Quo tempore Lucullus, antè aduentum Pompeii, contra Mithridatem & Tigranem, bellum gerebat, *ex Iosepho.* Sed postea duobus Alexandri filiis, posteriore Aristobulo, & Hircano, contendentibus de regno, delatum iudicium tandem est ad Pompeium Magnum, qui, in Syria & Ponto, Mithridatico bello præfuit post Lucullum, *de quo annis* 3933 *&* 3938. Hanc historiam Romanorum *lege apud Romanæ historiæ scriptores, Appianum, Florum, Plutarchum, & alios.* De Iudæis verò *Iosephum lib.* 14. vbi historiam prosequitur *(cap.* 1. 2. 3 *& deinceps)* de capto Templo à Pompeio, deque modestia illius, qui pecunias Templi noluit attingere. Lucullus.

Pompeius post captum Templum, Aristobulum Iuniorem fratrem, liberosque ducens captiuos, Hircano Pontificatum dedit, & Iudæos Romanis fecit tributarios; ac tum primùm Iudæos libertatem amisisse *scribit Ioseph. lib.* 14. *cap.* 3. De sceptro mox. His peractis, Pompeius Scaurum Syriæ inferiori præficiens, Romam rediit. *Ioseph. libr.* 14. *cap.* 3. Hircano semper adfuerat contra Aristobulum Antipater Idumæus, vir pecuniosus, & Herodis pater, *ex Iosepho libr.* 14. *cap.* 2. *&* 4. Et nisi Scaurus, quem datis 300 talentis corrupit Aristobulus, restitisset Antipatri consiliis, & Aretæ Arabum Regi, qui adfuit Hircano, actum fuisset de Aristobulo, *vt narrat Ioseph. lib.* 1. *de bello Iudaico.* Sed tandem, vt dixi, Pompeius litem diremit. Cùm verò postea Alexander, illius Aristobuli posterioris filius, Iudæam inuaderet, missus tandem est Roma Dux exercitus Gabinius in Syriam; quam ipse quoque subegit, & Hircano in omnibus adfuit contra Alexandrum. Demùm post res varias in Syria gestas, successor mittitur Crassus, qui iturus in Parthos, pecunias illas Templi, Pompeio intactas, & trabem auream abstulit, *ex Iosepho lib* 14. *cap.* 12. Cæsar, post deuictum Pompeium, iterum confirmauit Hircano Pontificatum. Et Antipater remansit Iudææ Procurator. Anno verò primo Triumuiratus, Antonius, Herodem & Phasellum Antipatri filios, Tetrarchas creauit. Sed (quod notamus ad annum 3962) accidit postea, vt Hircanus captiuus abduceretur à Parthis: qui tunc Antigonum Aristobuli filium Regem constituerunt. Captus quoque est Phasellus, sed ille mox interiit. Anno insequenti eundem Antipatri filium Herodem, & proselytum, Senatus fecit Iudææ Regem. Et ab isto breui occisus est Antigonus ille Aristobuli filius, ac vltimus Assamonæorum Rex; in quo desiit sceptrum & cognatio Assamonæorum, *vt notauit Ioseph. lib.* 14. *cap.* 16. Sed tria regni Herodis, quod 37 annis durauit, initia notantur. Primum à decreto Senatus. Alterum post triennium ferè, captis Hierosolymis, cum in plenam regni missus est possessionem. Tertium tandem quando anno Actiacæ victoriæ, Augustus Herodi Regnum confirmauit. Hanc historiam rerum Iudaicarum *habes ab anno expanso* 3941. *& deinceps, & apud Ioseph. lib.* 1. *de bello Iudaico.* Hic Herodes est, sub quo natus est Christus. Plerique Herodem Alienigenam vocant cum *Eusebio*, & ἀλλοφύλον cum *Epiphanio pag* 103. Certè non erat ex Tribu regia. Tamen si (quod aliqui putant) tunc censiti sunt in Iudæis Idumæi, & Ascalonitæ, & ante 90 annos facti fuerant proselyti, quando eos domuit Hircanus (*supra num.* 30) sic inquam, nomen Alienigenæ non omnino competit Herodi. Imò nec proselytum fuisse eum contendit *Scaliger ad annũ Euseb.* 1984. Quod tamen ille non satis probat: sed nec Ascalonitarum conuersio satis comprobata est. Hactenus de rebus Græcorum, ac Iudæorum vsque ad Christum, qui est finis sequentis Periodi nonæ. Cætera *vide in annis expansis.*

Pompeius. 33 Antipater. Gabinius. Crassus. 34 Herodes.

35 Res Romanæ.

Habet hæc Periodus 8, res à Romanis gestas sanè memorabiles, descriptas ab Historicis, quos in fine Capitis subindico, & notatas ad annos expansos: ac proinde, quas ego hic breuissimè, vt sequitur, perstringo. Finito bello Punico primo, Romani clarissima iam gloria noti, & pristinos fines latè egressi, primùm amicos sibi fecerunt potentissimos Reges, Ptolemæum Ægypti, & Hieronem Siciliæ, compositisque in Italia rebus aduersus Ligures, nullum quidem habuerunt bellum per aliquod tempus, quod à Numa eò vsque non acciderat, breui tamen debellarunt Illyricos, de quibus triumphatum est. Deinde Æmilius triumphauit de Gallis, (qui

Bellum Punicum. 2. trangressi Alpes, cæsi sunt ad 40000.) & post eum Marcellus. Mox perdomiti Istri anno 3785. quo exeunte inchoatur Punicum bellum 2. Sub cuius belli finem Annibal anno belli 17. flens redit in Africam, quam Publ. Cornel. Scipio vastabat; vbi victus à Scipione est, & finem accepit hoc bellum, pace data Carthaginensibus. Huius belli tempore captas Syracusas *notaui cap.* 14. *num.* 17. Sequutum est bellum Macedonicum contra Philippum Regem, qui iam tempore belli Punici secundi fauebat Annibali contra Romanos, & contra quem tunc miserunt Romani Læuinum. Nunc verò renouatur bellum, sed cum solo Philippo; & Macedonicum primum nuncupatur. In quo Philippus tandem victus, pacis conditiones accepit, quas volebant victores, & Demetrium filium Romam misit obsidem. Successit bellum Syriacum contra Antiochum Regem. Huic Annibal se iunxerat, relinquens patriam, ne à Carthaginensibus traderetur Romanis: interim Philippo Regi, qui auxilio Romanis adfuit, redditur Demetrius filius. Duo Scipiones fratres pugnant, vincuntque, tum Annibalem nauali prælio, tum Antiochum terrestri, anno 3814. pacis conditiones datæ, per quas Antiochus, relictis Europa & Asia, manere iubetur vltra Taurum montem, & Annibalem belli authorem dedere. Quod timens Annibal, hausit vt aliqui scribunt venenum, & periit, apud Libyssam, in finibus Nicomediensium anno 3822 Eumenes Attali frater, qui etiam auxilio fuit Romanis in hoc bello, accepit à Senatu ciuitates Asiæ, quas Antiochus bello perdiderat. Luc. Cor. Scipio Romæ triumphauit, dictus ex hoc tempore Asiaticus.

Macedonicũ. 1

Syriacum.

Eumenes Attali frater.

Post aliquot annos notatos in chronologia, Perseus Philippi filius rebellans, iterum Romanis excitauit bellum Macedonicum. vide an. 3825. & 3832. Romanis adfuere Eumenes, & Massinissa Numidiæ. Tandem victus Perseus, venit in potestatem Romanorum, qui Macedonas & Illyricos liberos esse iusserunt, pendereque Romanis solum medium tributorum, quæ solebant præstare Regibus. Triumphauit etiam Romæ Æmilius Paulus, Romam vectus naue Persei ingentis magnitudinis, quę 16 ordines remorũ habuisse perhibetur. *Vide an.* 3836. Postea successit bellum Punicum tertium anno 3855, quando deleta est in fine belli Carthago. Cœpit hoc Punicum anno Vrbis 604. cùm primæ ficus maturuissent, & finem accepit an. Vrbis 607. quo scilicet triumphauit Romæ Scipio de deleta Carthagine. Itaque bellum hoc intra quadriennium Carthaginis excidio terminatum est. Post hoc, nouum ortum est bellum in Macedonia, contra Pseudophilippum quendam, in quem missus tandem Q. Cæcilius Metellus Macedoniam recepit, capto Pseudophilippo, qui Andrastus dictus est. Hoc tempore Mummius Consul in bello Achaico, Corinthum cepit, propter iniuriam Legatorum Romanorum ann. 3858. & Pseudoperseus, qui se Persei filium dicebat, à Fremellio Quæstore superatus est. Mox Metellus in Hispania res præclaras gessit. Cui successit Q. Pompeius in bello Numantino difficili, *de quo ann.* 3864. 3870. *&* 3871. Confectum tandem est à Scipione Africano Iuniore. Aristonicum, Eumenis filium, mouentem bellum, tandem cepit Perpenna Consul. Sub hoc idem tempus, iubente Senatu, reparata est Carthago annis 22, ex quo destructa fuit. *Vide annum* 3881. Deductique sunt eò ciues Romani. Quo etiam tempore gerebatur bellum contra Gallos Transalpinos, multis Allobrogibus ad Rhodanum interfectis, nec sine triumpho. Ducta est hoc eodem tempore Colonia Narbonensis. Succedunt Cymbricum & Iugurthinum bella, (*de quibus an.* 3891. *&* 3893.) nascente Cicerone. Posteaque breui ventum est ad primum ciuile bellum Marianum, anno 3916. ac sensim ad euersionem Reipublicæ. Sed res Romanas hac Periodo conclusas, *vide notatas, ex professo ad annos expansos*: præsertim bella, Tarentinum anno 3723. Punicum primum 3740. Illyricum 3775. Punicum secundum 3785. Macedonicum primum, seu Philippicum 3804. *& initio huius Capitis*: contra Antiochum 3813. Punicum tertium 3855. Achaicum 3858. Numantinum 3870. Allobrogicum 3879. Cymbricum 3891. Iugurthinum 3893. Mithridaticum 3899. 3917. & 3938. Sertorianum 3924. Contra Tigranem 3934. & similia. Hactenus de rebus huius Periodi, quæ, vt vidimus, his temporibus valde erant inter se permistæ, si de Græcis, Iudæis, & Romanis sit sermo. Historici *Dionys. Halic. Appianus, Dio, Liu. Eutrop.* & alii, qui hæc tractant, in omnium manibus sunt, & eos recenseo *cap.* 20. *præsertim num.* 46. Denique singula sunt ordine temporis ad hos, aliosque annos expansos narrata, additis consulibus, anno V. C. & Olympiade in hac posteriore editione.

Macedonicũ 2

Punicum 3.

Macedonicũ 3

Carthago reparata.

Narbonensis Colonia.

DE RECTA TEMPORIS RAtione à Regno Seleucidarum ad captum Templum.

CAPVT XVII.

Dictum est ad initium præcedentis capitis, regnum Seleucidarum cœpisse 12. annis post mortem Alexandri, *vt inter alios notauit Eusebius de Demōst. lib* 8. *cap*. 2. atque idem *superius hic habetur cap*. 5, per veriorem subductionem illorum 248 annorum, qui sunt à Cyro ad Seleuci Nicanoris diadema. Consentit idem *Eusebius in Chronico*, collocans initium regni Seleucidarum ad inchoantem Olympiadem 117. quod est ponere tres completas Olympiades, seu 12 annos à morte Alexandri, ad hoc Seleuci initium. Et iuxta hoc notamus huius regni exordium ad annum expansum 3692. De triplici tamen horum annorum initio, si menses & temporum fracturas spectes, vide hic *num*. 9. *&* 10. 1 *Annus primus Seleucidarum*

Alter terminus, ad quem protrahitur hæc 8 Periodus, est annus ille expugnati Templi à Pōpeio, seu amissæ libertatis inter Iudæos, *vt dixit iam supra citatus Iosephus*. Quem vrbis illius casum *idem author lib*. 14. *Antiq. cap*. 8. *scribit* incidisse in Consulatū Ciceronis, & C. Antonii (quo anno natum Augustum *habes cap. sequenti num*. 2.) Eosdem Consules tunc fuisse *notant Dio, Appia, Plutar, & Sigonius ad annum Vrbis* 690. Iam verò hi Consules signantur. *in Dione* quidem ad annum Vrbis 691. in Fastis autem Capitolinis Sylburgii, à *Sigonio* citato, & aliis, referuntur ad annum Vrbis præcedentem (qui est annus 690.) quem sequor; & Olympiadis 179 annum 2. vbi sunt anni 714. Et sic rectè resultat annus expansus 3941. numerando à prima Olympiade. 2

Ex hoc iacto fundamento, facilè est huius 8 Periodi annos 249 colligere. Si enim, vt dictum est, regnum Seleucidarum inchoatum est incipiente Olymp. 117. erunt vsque ad Consulatum Cicer. intermediæ 62 Olympiades, cum vno vel altero anno ac proinde anni 249. Et quidem totidem resultant decurrendo per annos nostros expansos. Potest rursus hæc eadem temporis ratio iniri, magis descendendo ad singula. Nam iuxta Libros Machabæorum, & veritatem historiæ, sunt à Seleuco ad Hircanum tantùm anni 177. *vt dictum est cap. præcedenti, in Simone*. Iam Hircano dandi sunt, ad minimūm, 30. anni, *ex Iosepho*, vsque ad Aristobulum; à quo rursum vsque ad captum Templum sunt anni 42. nempe vnus Aristobuli, 27 Alexandri, 9 Alexandræ, & ferè 5 anni, quibus fuit discordia fratrum Assamonæorum. Ex quibus omnibus numeris resultant anni 249, à Regni Seleuci initio vsque ad Templum captum. Et idem explicat hæc Regum subiecta Tabula. 3

Regum Syriæ, & Asiæ Catalogus.

Non conuenire omnes in hunc annor. & Regū numerum notatum est cap. 16. nu. 5.

Anni Mundi.	*Reges.*	*Anni Regnorum.*	
3692	Seleucus Nicanor,	Regnat annis	32
3724	Antiochus Soter.		19
3743	Antiochus Theos.		15
3758	Seleucus Callinicus,		20
3778	Seleucus Ceraunus,		3
3781	Antiochus Magnus,		36
3817	Seleucus Philopator, qui & *Iosepho* Soter,		12

3828	Antiochus Epiphanes, Antiochi Magni filius, Seleuci frater.		12
3840	Antiochus Eupator.		3
3843	Demetrius Soter, Seleuci filius,		9
3852	Alexander Nobilis, seu Balus,		6
3858	Demetrius, Demetri fili. dictus Iunior,		2
3860	Antiochus Theos, Alexandri filius, nepos Epiphanis,		3
3863	Tryphon, occiso Antiocho,		2
3865	Antiochus Sedetes, filius Soteris.		9
3874	Demetrius Demetrii, iterum,	Hi duo vicissim,	6
3878	Alexander Zebenna,		
	Quidam Seleucus,		0
3880	Antiochus Gryphus,	fratres { hi simul bello in	
3892	Antiochus Cyzicenus,	{ testino annis 30.	
3909	Seleucus, filius Gryphi,		
3914	Antiochus Eusebius, Cyziceni filius,		
3918	{ Antiochus, Gryphi filius, { Philippus, } filii Gripi regnant { Demetrius } extincto Eusebio in bello parthico.	Isti omnes dissentientes inter se annis regnant 11.	
3921	Philippus solus,		2
3924	Tigranes.		1
3941	Romani occupant omnia.		

Vides, Lector, eodem pene tempore intestinis dissidiis, & horum Græcorum, & Iudæorum regna euersa, venisseque in Romanorum potestatem.

Sed obiiciet nobis aliquis, dissentire hæc omnia ab ea ratione Olympiadum, quæ est apud *Eusebium*, iuxta quas videntur numerari anni 194 à Seleuco ad Ioannem filium Simonis, qui dictus est Hircanus. Is enim ab *Eusebio* ponitur anno 2. Olympia
4 *Eusebii Olympiades.* dis 162. vbi interiectæ illæ 48 Olympiades cum 2 annis, faciunt à Seleuco ad Hircanum, annos 194. Malè ergo nos putamus cum libris Machabæorum tantùm 177 annos Respondeo, multos iure reuocare in dubium Olympiades *Eusebii* à Cyro ad Christum, vel ex hoc ipso, quòd dissentiant à Libris Machab. quorum certè authoritas debet esse indubitata apud Catholicum Chronographum; quidquid de illis suspicetur *Scaliger de Emend. temp. lib. 5. cap. De primo anno Chaldæorum.* Non ergo immoramur in Eusebiana Olympiadum inita ratione, præsertim quoad Regnũ hoc Græcorum; sed authoritate tum Librorum Machabæorum, tum aliorum, iustam hanc mensuram huius Periodi satis hactenus firmauimus à Seleuco ad Hircanum, & deinceps vsque ad captum Templum.

5 *Anni Græcorum qui.* Spectat porrò ad hanc Græci Imperii dilucidandam chronologiam, refutatio erroris quorundam Hæreticorum nostri temporis; qui annos Græcorum, à morte Alexandri numerari putant in historia Machabæorum: quod etiam malè putauit *Lyranus cap. 1. lib. 1. Machab.* Numerant enim Libri illi annos tantùm à principio Seleucidarum, vt rectè dixit *Euseb. Demonst. Euang. lib. 8. cap. 1. & latius persequitur Pererius lib. 9. in Danielem*, notantque omnes recentiores Chronologi. Ex quibus *Mercator* reuo-
6 cat initium Periodi Seleucidarum etiam ad Vernum tempus. Ratio verò huius Epochæ, & sic inchoatæ computationis esse videtur, quia Seleucus lingua & genere Græcus erat, & Seleucidæ imperabant Asiæ, Syriæ, ac Iudæis: vt historia Machabæorum, & res gestæ cum Seleucidis satis indicant. Ioannes Annius, in Commentariis in Breuiarium Philonis, ausus est asserere Libros Machabæorum fuisse aliquando
7 sine notatione temporis: & adiectione annorum à *Iosepho* fuisse corruptos: Sed non est vna & sola hæc temeritas huius authoris, *vt supra cap. 1.* Nec tamen ante Seleucum

caruerunt Græci alii, suis & annis & annorum nominibus. Sic videmus annos Græcorum, vt alios omittam, à Philippo patre Alexandri vsque ad Seleucum nuncupatos Philippicos, seu Philippæos, *ex Censorino & Alphragano.* Deinceps verò, id est, à regno Seleucidarum inchoato, Libri Machabæorum numerant annos Græcorum, mutatis & nomine annorum, & Epocha: inchoando nempe à Seleuco. Quod notarunt satis citati authores, & *Hieronymus Daniel.9. Otho Frisingensis lib* 1 *cap.* 42. & *Iosephus lib.* 12 *cap.* 7. vt hinc videas, vel ex ipsa annorum chronologia deceptos esse Hæreticos, qui aliter putarunt hos annos.

Habebant & anni Græcorum aliqui alia etiam nomina: vocabantur enim Macedonici, & Alexandræi, ob illinc sumptum regnandi initium: item anni קרנים Carnaim, in duali, id est, duorum cornuum: forte ob duo cornua: seu ab Alexandro habente duo cornua, id est, regna. Arabes vocant Epocham Alexandri. Epocha enim terminus est temporis, vel etiam loci. Sic primus annus 1 Olympiadis vocari potest Epocha. Item primus Seleucidarum annus Epocha illorum Græcorum: quamuis etiam Epocha pro tota interdum Periodo non malè posset accipi.

Epocha, & anni Carnaim.

Sed non exigua difficultas est, quòd aliter numerari videantur hi nostri anni *lib.* 1 8
Machab. aliter verò. *lib.* 2. Nos quidem horum librorum apparentem dissonantiam conciliauimus satis *cap.* 16. *num.* 20. Addi etiam nunc potest, ideo interdum vno ferè anno discordare hos libros, quòd diuersa ponant principia istorum annorum, dum primus numerat, vt inchoatos mense Martio, secundus mense Octobri, aut circiter. Imò hodie Antiocheni, diuersum ab vtroque principium ponunt. Quare duplices, vel triplices anni horum Græcorum obseruantur à *Scaligero,* & aliis quibusdam chronologis: nimirum ob diuersa illa principia: ita, vt qui anni inchoantur à Nisan, dicantur illis Iudaici; qui verò incipiunt ab Elul, vel priore Tisri sequentis anni (hoc est post sesqui annum) Syrograeci, aut Chaldaici. Tertium genus horum annorum, vocant illud, quod inchoatur sex mensibus post Iudaicos; hoc est, ab Elul, vel Tisri, post Iudaicum Nisan mensibus sex. Et hos huius tertii ordinis annos, aliqui vocant simpliciter Alexandrinos, vel Antiochenos, quòd istis annis hodie vtatur Antiochia, iisque vsa sit interdum vetus Ecclesia. Hinc sanè vides causam discordiæ apparentem de annis Seleucidarum, si eos Iudæi inchoabant à Nisan, sex mensibus integris ante Antiochenses, scilicet numeratis à Nisan ad Tisri. Neque desunt, qui in priori Machabæorũ libro, vnã ex his putãdi rationibus seruari putent; in posteriori seu secundo alteram: vt sunt illi duo libri à diuersis scripti authoribus, quod *cap.* 16. *notaui.* Cæterùm annum Iudaicum alium fuisse Sacrum seu Paschalem, inchoatum à Nisan, aliũ verò populàrem post sex menses ineuntem, *habes cap.* 19 nu. 10. Si autem anni forma ab Autumno, fuit illa prisca à Patriarchis vsitata, constans mensibus æqualibus, scilicet 30 dierum, & altera à Nisan dicatur cœpisse post Exodum, habens menses Lunares, *vt ait Scaliger,* satis hinc probabile fiet, apud Hebræos à tempore Exodi, mutata fuisse quædam mensium nomina: & vnà cum veteribus, Lunares quoque fuisse institutos, quãdo septimus euasit primus, quia erat mẽsis finitæ seruitutis, & cuius Neomenia concurrebat cum Neomenia Æquinoctiali: veteres tamen illi menses, & qui erant æquales, reseruati videntur saltem aliqui in vsu populari. Sic tempore Salomonis, 3. *Reg. cap.* 6. 1. & alibi, legimus in anno populari menses Ziu & Æthanim: qui etiã sequenti hoc catalogo sũt expressi. *vide quæ ex professo de anno* Iudaico *habẽtur cap.* 19

Anni Græcorũ vnde sumant principium.

9

10

Menses Hebræorum varii.

Apollini Megamitio fiebat sacrificium.

Menses Hebræorum, & Babyloniorum.	*Macedonum Menses.*	*Menses Syrorum, vel Syrochaldæorum.*	*Atticorum Menses.*
1. Nisan ניסן nobis Martius, fere Macedonum Xantico respondens 3. *Reg. 6.*	1. Πάνεμος Iulius.	1. Adar; dierũ 31.	1. Ἑκατομβαιών, Iunius. Hoc mense plures Hecatombæ, vnde mensi nomen: anni initium apud Athenienses.
2. Iiar. Ziu זיו Aprilis, ferè respondet Artemisio. *Ioseph 8. Antiq. cap. 2.*	2. Λῶος, Augustus	2. Nisan 30.	2. Μεταγειτνιών, Iulius. apud Romanos migrationes nunc fiebant in alienas ædes.
3. Siuan סיון Maius. De *hoc mense habes cap. 8. libri Hesther.*	3. Γορπιαῖος, Septẽber.	3. Iiiar. 31.	3. Βοηδρομιών, Augustus. Apollo Boedromius dictus, & Boedromia celebritas hoc mense agebatur.
4. Tam⁹. Iuni⁹ 5. Ab, Iulius. } *nomi. hæc in Bibliis sunt.*	4 Ὑπερβερεταῖος, Octob.	4. Hazaran 30.	4 Πυανεψιών, Septẽb. Pyanepsia Apollini celebrautur hoc mense.
6 Elul אלול Augustus. 2. *Esdræ cap. 6.*	5. Δῖος, Nouẽber	5. Tamus 31.	5. Μαιμακτηριών. Octob. Iupiter Mæmactes; vnde nomen mensis *Harpocr.*
7. Tisri תשרי September. vocatur mensis fortium האתנים 3. *Reg. 8. v. 2. & apud* Ioseph. *lib. 8. cap. 3.*	6. Ἀπελλαῖος. Decẽb.	6. Ab. 31.	6. Ποσειδεών, Nouemb. Possidionia à certamine Palladis & Neptuni
8. Marcheuan מרחון & בול. Octob. *Vide 3. Reg. c. 6*	7 Αὐδυναῖος, Ianuar.	7. Elul. 30	7. Γαμηλιών, Decemb. Iunoni celebrabantur Gamelia, & hinc mensis nomen.
9. Casleu, Hebraicè כסלו Nouemb. *vide Zach. ca. 7.*	8 Περίτιος Februarius	8. Tisrin prior 31.	8. Ἀνθεστηριών, Ianuar. Bacchanalia, quæ & Anthesteria, agebantur hoc mense.
10. Tebeth טבת Decẽber, *Hesth. cap. 2. 16.*	9. Αὖτρος, Martius.	9. Tisrin posterior 30	9 Ἐλαφηβολιών, Februar. Dianæ fiebant sacra, nuncupatur à ceruis Elaphebolia.
11. Schebat שבט Ianuar. *De quo 1. Mach. c. 6. & vlt.*	10. Ξάντικος. Aprilis	10. Canũ prior 31.	10. Μουνυχιών, Martius. Deæ Munichiæ, hoc est, Dianæ sacra fiebant.
12. Adar אדר Februarius, 1. *Esd. cap. 6.*	11. Ἀρτεμίσιος, Maius.	11. Canũ poster. 31.	11. Θαργηλιών, Aprilis Apollini & Dianæ sacra Thargelia.
	12. Δαίσιος, Iunius.	12. Schebat 28. & an. Intercelari 29	12. Σκιρροφοριών, Maius. Festum Vmbraculorum, quæ dicuntur σκίρα & Pallas σκιράς.

Θωὼθ mẽsis

11 *Mensium plenior descriptio*

Ex his mensibus Macedonicis & Atticis, tres primi sunt illis θερινοὶ, tres sequentes ὀπωρινοὶ, tres alij χειμερινοὶ, & tres vltimi ἐαρινοί. Aliarum nationum menses, & præsertim Ægyptiorum, incipientium à Thoth, *habes ex Additionibus Guarrici ad lib.* 13. *Almagesti Ptolemæi. Lege Censorinum de die natali num. 67. & quæ infra dicentur cap.* 19. vbi non est incommodus de his mensibus dicendi locus. Quia tamen semel iam in huius argumenti necessariam incidi mentionem, placet reliquum hoc caput in mensium ampliore aliqua explicatione concludere. Dierum συστήματα sunt, seu ὁμάδες, quæ menses constituunt, sicut ex diebus septimana conficitur. Menses aut Lunares sunt, aut Solares. Rursus Solaris mensis, vel naturalis est, scilicet continens transitum Solis à signo ad signum; vel ciuilis, qui ex æqua diuisione dierum vnius anni conficitur. Sic apud aliquas nationes erant omnes menses 30 dierum, & ẽ contra Lunares menses, vt plurimùm, habebant alternis plenos & cauos. Menses porrò, qui ad anni Solaris æquationẽ dirigunt tempora, dicuntur Embolismi, qualis est apud nos Februarius Bissextilis. Sic apud Macedonas mensis *I*ntercalaris erat Dæsius, qui etiam hoc solo nomine adeò ex veteri superstitione videbatur illis infaustus, vt eo mense nihil aggredi auderent. Quod tamen Alexander Magnus, cùm illi Granicum traiecturo Macedones infaustum hoc omen obiectarent, facetè elusit (*vt narrat Plutarchus*

tarchus) decernens, vt deinceps mensis ille non Dæsius, sed Artemisius vocaretur. E-
contrariò θαργηλιῶν Græcis erat mensis auspicatissimus. Sed de mense Intercalari plura *cap.* 19. Appellationes porrò mensium apud diuersas nationes diuersæ valde erant, vt hic apposita mensium Tabula indicat, & Græcia satis testatur sola, cuius ciuitates: vt legibus & institutis, ita etiam mensium nominibus, vel maximè discrepabant. Quanquam adhuc aliqua nomina pluribus essent cōmunia: Artemisius enim Macedonibus & Spartanis fuit communis, & sic de aliis paucis. Efficiunt autem hæ appellationes variæ, (præsertim cùm accedant anni variæ etiam rationes) ne possint facilè externarum nationum menses, cum nostris componi ac commisceri. Vt tamen hoc assequaris: & vt mensibus Græcorum reperiatur respondens mensis Romanus, siquando res historica id postulabit, illud expēde, an annus, qui notatur Olympicus, siue Atticus, aut Macedonicus, an, inquam, sit communis, an verò Embolimeus: quæ pars proinde tetraeteridis notetur, quod fuerit Olympici anni tunc initium, cum suo Plenilunio, & quomodo demùm singula respondeant anno Iuliano, seu Romano,
cuius etiam quoad Bissextilem diem, habenda est ratio. Quæ omnia clarius apparēt *cap.* 19. Postremò, apud Græcos præsertim, quædam erant mensium (sed generales tamen) appellationes, & insuper vnius eiusdemque mensis partitiones. Pleni illi mēses, & qui sunt 30 dierum, δεκαφθινοι nominabantur, quòd supra 20, haberent denarium, quo finirentur. Qui verò 29 dierum sunt (quos *Galenus lib.* 3. *cap.* 4. *de diebus decretoriis*, ait κοίλους vocari, seu cauos, & mutilos) ἐννεάφθινοι sunt nominati, à numero noueno dierum supra 20. quasi desinentes per nouenarium. Qui præterea habebant 30 dies, sunt in tres denarios diuisi, primum, medium, & infimum, seu desinentem: & primæ Decadis dies dicuntur esse μηνὸς ἱσταμένου, seu mensis instantis: secundæ Decadis, μηνὸς μεσοῦντος, seu medii: tertiæ verò φθίνοντος, seu desinentis. Primum diem mensis, νουμηνίαν vocant Græci; secundum, δευτέραν ἱσταμένου; & sic deinceps. Secundæ Decadis primum diem α, vel πρώτην μεσοῦντος, & sic deinceps β γ. Tertiæ Decadis similiter dicunt πρώτην φθίνοντος, vt in secunda Decade dixi, aut etiam alio & retrogrado modo φθίνοντος δεκάτην ἐννάτην, & ità deinceps. Sic, inquam Attici dies suos signabant. Vocant etiam Nouilunium σύνοδον, & νουμηνίαν Primam Lunam nominant μηνοειδῆ, hoc est Lunæ similem, falcatam, corniculatam; ea triduana est. Septimam dicunt, διχότομον, dimidiatam. Decimā quintam πανσέληνον. Et alia id genus passim occurrunt.

12

13

DE REBVS GESTIS, ET RECTA *ratione temporis, à capto Templo, seu nato Augusto, vsque ad Christum.*

Ab anno 1941 Periodus 9.

CAPVT XVIII.

PEriodus hæc nona breuis est, tantùm 60 annos complectens, in qua quoad Synopsim historiæ nihil occurrit, præter ea, que *cap.* 16. dicta sunt: & in annis expansis huius Periodi sunt annotata, de Augusto, 1
Cleopatra, bellis ciuilibus, & Herode, ac similibus. Romanorum Imperium, ordine quartum, meritò putatur in Augusto cœpisse. *Romanorum Imperium.*
Stetit autem multis annis sub varijs Imperatoribus vsque ad annū Christi 476. quando anno tertio Zenonis in Augustulo collapsum est Occidentis Imperium, *vt tomo secundo dicetur.* Cæterùm exordium huius Periodi duplici charactere insignitur, scilicet expugnatione Templi per Pompeium, & natiuitate Augusti. Et quidem expugnati Templi annus satis notatus est cap. præcedente, nempe sub Consulatu Ciceronis. Iam verò Augusti natiuitatem in eundem annum incidisse, rectè post veteres Historicos citatos in annis expansis, notant *Sigonius ad annum* 766. *Ioseph. Scaliger lib.* 5. *cap. De initio Augusti, & alii.* Imò eodem Cicerone Consule, & 9. Cal. Octob. natum scribunt *Suetonius, Dio, & citatus Sigonius. Scaliger* antiquū Septēbrē interpretatur, refertque ad Iuliū, Sole sito in finibus Cācri. Attamē ego sine discrimine, cum aliis, Septēbrem Augusto natalem facio, & patet ex eius morte. *Augusti natiuitas.*

FAMILIÆ:

- *Cæsarū.*
  - Iulius Cæsar *Prætor*
    - Soror Cæsaris Iulia, *cui maritus Accius Balbus.*
      - Accia, *ex marito* C. Octauio *Prætore, qui Macedoniæ præfuit.*
        - Octauia Maior, *ex priore marito* Marcello.
          - M. Marcellus, *cui prima uxor,* Pompeia Sexti: *altera,* Iulia Augusti *filia. obiit adolescens in Baiano sine liberis.*
          - Marcella Maior; *quæ duos habuit maritos.*
          - Marcella Minor.
        - Octauia eadem *ex secundo marito* Antonio Triumuiro.
          - Antonia Maior, *ex marito* Domitio Ahenobarbo.
            - Domitia *uxor* Patieni.
            - Cn. Domitius, *cui uxor* Agrippina, *mater* Neronis Imperat.
          - *Antonia* Minor, *ex marito* Druso.
            - Claudius Imperat.
            - Germanicus Cæsar.
        - Octauia Minor.
        - Octauius Augustus, *uxore* Liuia, *quæ prius nupta erat* Tiberio Neroni.
          - Iulia *filia, nupta primum* Marcello: *tandem ex* M. Agrippa *suscepit* Agrippinam, *uxorem* Germanici Cæsaris: *ex quo demum* Agrippina *mater* Neronis, *proneptis* Augusti.
    - Iulius Cæsar *Prætor.*
- *Neronū.*
  - Liuia Tiberio Neroni *nupta.*
    - Tiberius Imperator, Augusti *priuignus, ab eoq; adoptatus: fuit enim filius* Tiberij Neronis, & Liuiæ Drusillæ, *quæ tandem fuit uxor* Augusti, *obiitq; anno* 15 *post* Augusti *mortem*
    - Claudius Imperator *uxorem duxit* Agrippinam *neptem, quæ postea nupta* Domitio, *fuit mater* Neronis. Claudiam *filiam abiecit.*
    - Drusus, *vxore* Antonia Minore.
      - Germanicus Cæsar, *ex* Agrippina *nepte* Augusti, *vt dixi, in* Octauiano.
        - Caligula Imperator.
        - Agrippina, *ex* Cn. Domitio *filio* Antoniæ Maioris, *peperit* Nerone. *Duos alios habuit maritos,* Crispum Pasienum, & Claudium Imperatorem.
          - Nero Imp.
- *Antoniana.*
  - Antoniana *familia his etiā iuncta est: nam* M. Antonius *in Triumuiratu reconciliatus* Augusto, *duxit sororē* Augusti Octauiam Maiorē, *ex qua duæ filiæ illi natæ,* Antonia Maior, & *Minor.*

Tiberius Imperat. & Liuiæ *filius, post mortem duorum Cæsarum nepotum* Augusti, *adoptatur ab Augusto, restituta illi Tribunitia potestate; cùm prius ipse* Tiberius Germanicum Drusi *fratris filium adoptasset. accidit anno Christi sexto, cum essent Coss.* Ælius Catus, & Saturninus: & *statim* Tiberio *committitur bellum Germanicum.* Vell. Paterc.

APPENDIX AD CAPVT XVII.

DE RECTA CONNEXIONE ANnorum Sacræ Scripturæ cum annis profanæ Historiæ.

Annorum item Orbis cum aliis Chronologiis copula.

LAborant non pauci Chronologi in Sacta ac Profana copulanda, &
componenda chronologia, Chronologiam dico. Historias enim
sibi inuicem subnectere facilis quidem res est: nam, & inde incœpit
1 *Herodotus*. inter profanos Historicos primus, vbi ferè desinit Sacra
Scriptura, & ipsæ historiæ subsequentes suum notant annum, ordinemque temporis. Quam rem ex professo attigi *toto cap. 20. huius
operis*. At verò in annis & chronologia connectenda non æqua facilitas est; præsertim, si efficere studeas vt vna chronologia alteri ex aduerso concinnè riteque respondeat, & nulla sit inter eas in annis numerandis repugnantia. Nam, vel ob diuersitatem nominum, quæ dantur regnorum Principibus, vel ob diuersam rationem putandorum annorum, diuersaque initia, apparere interdum potest non leuis discrepantia. Verùm nobis in præsentia parùm aut nihil præstandum restat ad hanc chronologicam copulam Lectori exhibendam. Hoc enim effectum est in tota nostra expansorum annorum serie. Ibi nempe compositi & commissi sunt anni Abrahæ, reliquorumque Patriarcharum, cum Belo, Nino, Semiramide, & Ducibus aliis Assyriorum vsque ad Sardanapalum. Idem postea in Persis, Medis, Babyloniisque effectum est, tempore Regum Iuda & Israel. Idem sub Græcorum Monarchia, & denique sub Romana vsque ad Christum, satis explicant anni nostri expansi. Et si quas hæc annorum copula patiebatur difficultates, eas in Quæstionibus ad hũc finem institutis explicauimus; & ad ipsos etiam annos expansos. obseruato, vt tempora ferebant, calculo, cum per Olympiades Græcorum, tùm per Fastos, & Romanam chronologiam.

2 Si quid autem hac in parte aliud desiderari potest, solùm ferè est de Principum
quorundam nominibus, de quibus nisi constet, constare planè non potest, de plena accurataque vtriusque illius chronologiæ copula. Notantur etiam in profana chronologia Illustres aliquot Viri, quorum studiosè obseruatus à profanis Historicis annus, nisi cum sacra chronologia rectè copuletur, parere posset Lectori scrupulum. *Ptolomæus in Almagesto*, qui vixit tempore Adriani Imperatoris, etsi aliud agat, totusque sit in Mathematicis obseruationibus, tamen dum annos notat, eos ferè à Nabonassaro, & Nabopalassaro Principibus numerat, *vt vides libr. 5. cap. 14. lib. 7. cap.* 3. Quæ
3 *Nabonassarus.* noua nomina, & in Scripturis non visitata, chronologis negotium fecerunt, hanc
chronologicam copulam inquirentibus. Verùm quod ad hos Principes attinet, si quod habet receptior sententia, Nabonassarus est idem, qui in Scripturis Salmanazar dicitur, & quem nos locamus ad annum Mundi 3255, & ad annum vrbis quartum; sublata sic manet reliqua omnis difficultas in componendis his chronologiis. Anni enim Salmanazari, iam satis à nobis computati sunt cum annis Biblicis. Idemque in chronologia Nabuchodonosori præstitum, siue prioris, (si tamen ille Nabuchodonosorus vocandus est) siue illius alterius, qui Hierusalem euertit. Iam verò agendo de
4 *Nabopolassar.* Nabopolassaro, quem toties nominat *Ptolemeus*; certè si verum est, quod ait *Ptolemeus*, annos esse 122 à principio Nabonassari (seu Salmanazari, vt aliqui interpretantur) ad Nabopolassarum; prodibit ex nostra chronologia, illum quem ipse vocat Nabopolassarum, esse Nabuchodonosorum hunc Magnum, euersorem Hierosolymorum. Totidem enim ferè annos dat chronologia Salmanazaro, vsque ad
Cyriani 30. septimum annum Cambysis, annos 225. & tot nos ponimus vsque ad sextum
Cambysis annum; eritque apud *Ptolemæum*, ad summum anni vnius prochronismus. Quæ exigua in hoc, & similibus, à *Ptolemæo* discrepantia, prouenit fortasis ex annis Regum Persarum & Babyloniæ, paulo aliter à *Ptolemæo*, quàm aliis faciant, numeratis. Sed vndecumque sit hæc calculi diuersitas, sanè, vt alias monui, in his Regum annis colligendis, exiguum hoc discrimen, nostro

huic instituto de conciliandis chronologijs, nequaquam obest: cum satis constet, non potuisse *Ptolemaeum* per hanc tam modicam discrepantiam, alium Regem notare in Epocha Nabonassari, quàm Salmanassarum. Estque totum hoc non leue 5
insuper *ex Ptolemaeo* argumentum, ad firmandum, quod alibi dixi, de 30 annis Cyro dandis; illa enim interualla annorum 221, & 225, satis ostendunt dandos esse Cyro *Cyri anni 30.*
annos 30. nisi quis velit, confictis nouis Regibus, aut omissis pro libito aliis, magis receptam Regum seriem peruertere.

Et quae hactenus copulatae sunt chronologiae ex annis expansis, aequè possunt per Olympiadas, quas locis suis notauimus, inter se componi. Quae enim Olympiades produnt in nostra chronologia Salmanassarum, eaedem referent nobis etiam Nabonassarum, ac proinde rectè copulant sacram & profanam chronologiam. Sed de hac connexione ex Nabonassaro hactenus. *De quo lege, si vacat, Vignerium in Bibliotheca suae praefatione, & iterum anno 3380. latè differentem contra Scaligerum, qui lib. 5. de Emenda.* vult alium esse Salmanassarum à Nabonassaro. 6

Aliud caput copulandae chronologiae peti potest ex bello Peloponesiaco. Torsit *Bellum Pelop.*
haec res grauiores scriptores. Nos illi bello damus annum Orbis 3573. saltem inchoatum: & Olympiadis annum conuenientem, vt iam constauit. *Eratosthenes in sua Tabula apud Clementem Stromat.* 1. notat à prima Olympiade ad Xerxis transitum annos 297. A transitu porrò, ad huius belli initium annos 48. qui duo numeri additi anno Mundi 3227, vnde nobis est initium, 1 Olympiadis, reddunt annum illum 3573 saltem inchoatum. Nec turbare debet Lectorem, quòd *Diodorus* & *Tucydides* numerẽt ab illo disdessu Xerxis è Graecia 50 annos vsq; ad hoc bellũ. hoc enim biẽnij discrimẽ prouenit, vel ex eo (vt saepe in aliis Periodis contigit,) quòd aliqui in similibus interuallis solùm interiectos annos numerent, aliqui etiam duos extremos includant; vel quia (*quod noto cap.* 14. *num.* 8.) vicina tempora expeditionis & fugae non semper distinguunt Scriptores. Numerat praeterea *Thucydides* annos 60 à pugna Marathonia (quam locamus ad annum 3512) vsque ad initium belli Peloponesiaci, hoc autem accuratè reddit annum illum 3573. Idem ex obseruatione Olympiadis resultat. Nam ab ineunte Olymp. 87 (vbi sunt anni 345) seu à Praetura Pythodori, *Thucydides* auspicatur bellum Peloponesiacum. Nos autem primam Olymp. posuimus ab anno 3227, iam ad finem procliui. nec dissentit interuallum ab anno 1 Nabonassari, quod *vt colligitur ex Ptolemaeo lib.* 3. *cap.* 3. est circiter annorum 319 si extremos includas. quos adde annis 3253, habebis annum illum 3573 saltem inchoatum. Denique idem potest ex certioribus Persarum Regum annis colligi. Obiit enim Longimanus anno septimo belli Peloponesiaci, *vt ex Thucydide & aliis constat*, qui est annus quartus Olymp. 88. Satis autem *ex Ptolemaeo, & alijs supra collegimus* Cyri annos 30. Cambysis 8 Darij 36. Xerxis 21. & Longimani 40. qui numeri reddunt annos 136. quos si addas ad annum 3444. quae est Cyri sedes, dabis annos 3580. quando obiit Longimanus. Subduc 7 annos tunc exactos belli Peloponesiaci, remanebunt anni 3573, pro illius belli initio. *de rebus hoc tempore gestis dixi cap.* 14. *num.* 9.

Connexioni porrò chronologiae inseruiunt Praetores Attici, seu Archontes a- 7
pud Athenienses, *de quibus vide annum 2931, & qq. cap. 6. num.* 11. Eos refert *Ptolemaeus*: *Archontes.*
aliquos etiam retulit *Plutarchus in Vita* 10 *Rhetorum, & hic in fine capitis* eorum apposita sunt nomina. Horum primus fuit Medon, à quo posteri dicti sunt Medontidae. Iam verò quoniam his Praetoribus adiiciuntur passim, apud Scriptores, anni 8
Olympiadum; conferunt illi rectè notati ad rationem temporum bene ineundam. *Platonis tempus.*
Similia de connectendis temporibus ex aetate Platonis & Isocratis aliqui colligunt. Platonem natum quidam scribunt 4 anno belli Peloponesiaci: alij 2. vel 3. *Laertius refert ex Apollodoro* natalem Platonis ad Olymp. 88. quando ait accidisse mortem Periclis, quae contigit circa tertium annum belli Peloponesiaci, *ex Thucydide*, & initio *Isocrates.*
illius Olymp. Idem scribit *Athenaeus lib.* 5. *cap.* 13. confirmans Periclem obiisse anno tertio belli Peloponesiaci, Epaminone Athenis Praetore. Sed de natali Platonis aliquantulum variant, vt dixi, authores. Variant etiam de Isocrate. *Plutarchus lib. de Vita* 10 *Rhetorum*, ait Isocratem natum Olymp. 86. Lysimacho (seu Nausimacho) Archonte, quem constat vixisse annis 98. & Platoni σύγχρονον. *Dionysius* quoque *Halicarnass. in Vita Isocratis* scribit eum natum Olympiad. 86. Lysimacho Praetore Athenis, qui est quintus annus ante bellum Peloponesiacum, & obiisse aetatis anno 98. Praetore Charonta. haec quidem isti de Platone & Iso-

crate. Platonis ampliorem habes mentionem ad annum Orbis 3656. qui est Philippi Macedonis annus 13. natum reperies Platonem anno 3575, nempe si *Laertius* rectè notauit Olympiadem.

9 *Athletæ.* Obseruari etiam solet annus, quo vixerunt nobiles in Græcia Athletæ Euagoras, Eubotas, & alij: *Diodorus* passim suam signat historiam, non tantùm per Archontas annuos Atheniensium, sed etiam per hos Olympionicas. horum victorum Catalogum habet *editio Græca Scaligeri Eusebiana. Pausanias*, & *Xenophon* scribunt Olymp. 93. Euagoram illum in ludo Olympico vicisse curru, & Eubotam stadio, ac similiter Elæum. Sed *Diodorus*, & alij de huius victoriæ tempore non planè videntur consentire, vt videas ex his non omnino certum peti argumentum ad res Chronologicas roborandas: nos, in firmandis Epochis, alia vt plurimùm præsidia admouimus.

10 *Eratosthenis chronologia.* Postremam tandem rationem componendi chronologiam sacram cum profana subministrat *Eratosthenis* Tabula; noua, inquam; hoc est 30 annos Cainam in se complectens. Siquidem omnia sic constabunt rectius, & anni expansi innouati in eadem Tabula (quam hîc subijcio) asscriptique rebus profanis sacras res eiusdem temporis indicabunt. Adieci, inquam, 30 illos Cainam annos, quos ex LXX Interpretibus, & D. Luca alibi probaui addendos annis Mundi; & quos præterierunt, iuxta Hebraicam editionem, veteres illi scriptores. Nec est alia Eratosthenis à nobis discrepantia, nisi vnius fortè anni aliquando, vt circa fugam Xerxis, cuius rationem habes *anno* 3521. *& qq. cap.* 14. *num.* 8. & 10. Sed dum anni Orbis numerantur, leuissimum est hoc dissidium. Illud hic notandum, in latinis quibusdam codicibus legi solummodò 30 annos à clade nauali apud Ægos Potamos, *de qua cap.* 14. *num.* 9. vsque ad pugnam Leuctricam, *de qua anno* 3633. & in qua euersæ sunt opes Lacedæmoniorum (*meminit Polib. lib.* 1. *pag.* 5. *& lib.* 2. *pa.* 127.) sed correctiores habent 34. Et Græcè sic *apud Clementem* legimus. Καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. Cæterum Leuctrica hæc pugna est, in qua occubuit Cleombrotus Dux Lacedæmoniorum, victus ab Epaminonda Duce Thebanorum. Ab hac pugna numerantur 35 anni ad mortem Philippi Macedonis, qui obijt anno Orbis 3668. & ab eadem Luctricâ, ad pugnam apud Mantineam (dubiæ victoriæ ob mortem Ducis Epaminondæ) numerat 6 annos *Casauboniana Synopsis ex Polybio* collecta. Cæterùm sequentis Tabulæ prior columna, est illa Eratosthenis antiqua; altera habet annos Cainan.

ERATOSTHENIS TABVLA
antiqua, ad nostros annos Orbis composita.

2788 80	*Troia capta.*	2820 80	*Troia capta.*
2868 60	*Heraclidarum descensus.*	2900 60	*Heraclidarum descensus.*
2928 159	*Ionia condita.*	2960 159	*Ionia condita.*
3087 108	*Lycurgi tutela.*	3119 108	*Lycurgi tutela.*
3195 297	*Annus primæ Olympiadis.*	3227 297	*Annus primæ Olympiadis.*
3492 48	*Expeditio Xerxis.*	3524 48	*Expeditio Xerxis.*
3540 27	*Bellum Peloponesiac. incipit.*	3572 27	*Bellum Pelop. incipit.*
3567 34	*Clades Attica ad Ægos Potam.*	3599 34	*Attica clades ad Ægos Potã. & captæ Athenæ.*

Nunc capta à Lysandro Athenæ, vi-

3601 35	*Pugna Leuctrica.*	3633 35	*Pug. Leuctrica, attritis Lacedæm. opibus.*
3636 12	*Mors Philippi.*	3668 12	*Mors Philippi.*
3648	*Mors Alex. Mag.*	3680	*Mors Alex. Mag.*
A capta Troia ad mortem Alex. sunt anni 860		*A captâ Troia ad mortem Alexandri sunt anni* 860	

de annum expansum 3593. & supra cap. 14 num. 9.

Athenienſium Principes.

Athenienſium Regnum à Cecrope, & anno 2443. *Reges habuit* 17. de quibus cap. 6. num. 11. *Hæc prima vocatur Athenienſium Dynaſtia, vſque ad Codrum. Regum ſeries eſt quæ ſequitur.*

Ann. Mundi			
2443	*Cecrops Diphies annis* 50. *huius anno* 40. *contigit Exodus.*		Decimus Athenienſium Rex Theſeus (ex hac chronologia) reperitur, vixiſſe poſt mortem Herculis. Ex quo rectè potuit Theſeus fauiſſe Heraclidis, *vt noto cap.* 8. Illud verò, quod habet *Plutarchus in Theſeo*, Theſeum liberatum à carcere precibus Herculis, vel potuit accidiſſe antequam cœperit regnare Theſeus, viuente adhuc Ægeo patre: vel, quod aliqui putant, non eſt verum, Herculis fauore liberatum, ſed alterius forte Principis.
2493	*Cranaus,*	9	
2502	*Amphyction, Deucalionis filius,*	10	
2512	*Erychtonius, Vulcani filius,*	50	
2562	*Pandion, Erycht. fil.*	40	
2602	*Eryctheus, Pand. fil.*	50	
2652	*Cecrops alter, Eryc. fr.*	40	
2692	*Pandion alter, Erych. fil.*	25	
2717	*Ægeus, Pand. fil.*	48	
2765	*Theſeus, Ægei fil. viuebat cum Hercule.*	30	
2795	*Meneſtheus,*	23	
2818	*Demophon, Theſei fil. huius an. 2. capta Troia.*	33	
2851	*Oxynthes, Demo fil.*	12	
2863	*Aphidas, Oxyn. fil.*	1	
2864	*Thymetes, Aphidantis fr.*	8	
2872	*Melanthus,*	38	Huius Melanthi annô 28. contigit deſcenſus Heraclidarum.
2910	*Codrus, Melan. fil.*	21	
2931	*Mors Codri, & Magiſtratus Athenis, vt ſequitur.*		

Archontes, ſeu Prætores Attici, quos mors finiebat.

Anno 2931.

1. Medon Codri filius. 2. Acaſtus. 3. Archippus. 4. Therſippus. 5. Phorbas. 6. Megacles. 7. Diogenetus. 8 Phereclus. 9. Ariphron. 10. Theſpieus. 11. Agameſtor. 12. Æſchilus. 13. Alcmæon. ſub Archippo floruit Athenis ſextus Homerus. ex Archilocho.

Archontes decennali Imperio.

Anno 3248

Contigit hæc Reipub. mutatio anno 3248, in his numerantur. 1. Carops. 2. Aeſymedes. 3. Clidius. 4. Hippomenes. 5. Leocrates. 6. Apſander. 7. Eryxius.

Post hos sequutus est Magistratus annuus anno 3316.

Ann. 3316. 3317 Solon inter posteriores Archontas, post Philombrotum recensetur *ex Diog. Laert. vide annum* 3410. *&* 3421. vbi de Solonis, & Draconis Legibus. vixit Pisistrati tempore, & annis iam citatis. Tandem captæ Athenæ, *vt notamus ad finem belli Peloponesiaci, de quo ad annum* 3592. Ab anno 2495, quo creati sunt primi Consules Romæ, numerantur Athenarum Archontes in Polybii chronologia Casauboniana prolixè, vsque ad Regnum Græcorum.

Annorum Orbis cum aliis chronologiis comparatio.

Varia sunt, quæ faciunt, ne possint anni Orbis, accuratè præciséque componi cum aliis chronologiis, Græca, Romana, & similibus. Nam valde diuersum ab annis communibus habent Olympiades (vt sæpe notaui) initium: nempe à mense Iulio. Palilia à mense Aprili. Impedit etiam hanc accuratam connexionem vel maximè, incertitudo illa, quæ in annis communibus oritur ex annis absolutis & labentibus. De qua satis cap. primo. Certè ex hoc solo capite, abundè constat, quando annos Olympiadum, aut Vrbis componimus & copulamus cum his expansis, perdifficile esse, ne dicam impossibile, ita annis Orbis connectere Olympiadas, & annos V. C. vt primus Græcæ huius, & Romanæ chronologiæ annus non fluctuet, anno saltem vno. Idque nos ad hæc initia adnotauimus. Itaque cùm maneat adeò ambigua hæc copulatio, ambiguum etiam aliquantulum esse oportet Orbis annum. Illud exploratum magis est, quod de diuerso triplicis huius chronologiæ initio asseritur, & ad hanc annorum inter se comparationem non parum confert. Nam annum tum Olympiadis, tum Vrbis conditæ accipere oportet, velut resultantem inter duos Orbis annos, & aliqua ex parte ex ambobus communibus annis conflatum, & quasi medium. Quam rem sic explico. Olympiades, vt dixi, capiunt initium à Iulio, Palilia ab Aprili mense. Quare annus Iphiti integer erit à Iulio ad Iuliũ sequentem. Ac iuxta positam à nobis chronologiam, primus annus Olympiadum erit à Iulio anni 3227. ad Iulium anni 3228. vt sequens numerorum series magis declarat. Ex qua etiam simile de primo Vrbis anno colligo. Nam, iuxta ea, quæ cap. 10. probata sunt, annus V. C. integer est ab Aprili ad Aprilem proximè sequentem: eritque annus ille Epocha totius Romanæ huius Periodi, & à qua sumitur exordium computationis.

Annus Orbis 3227
——— 1 Hic primus est Olympiadũ, seu Iphiti annus, inter hos duos numeros conflatus, exiensq; æstiuali solstitio anni 3228. & ita deinceps de 2. 3. 4. productis numeris.
3228
——— 2
3229
——— 3
3230

Interuallum à prima Olympiade, ad Palilia Vrbis prima } Reliqui numeri facile addi possunt, vsque ad hos sequentes.

3249
——— 23
3250
——— 24
3251
——— 25 Hic primus est annus V.C. iniens à mense Aprili anni 25. & productus ad Aprilẽ sequentem.
3252

& hoc quidem, si Epocha præcisè quæratur. Tamen in vsu annorum orbis Chrolonogico, primum vocare possumus 3252. alteruter enim orbis annus eligendus est, si vti oportet annis Orbis seu communibus. Si quis accuratiorem hac in re connexionis rationem inire poterit, ea ille vtatur: quin etiam libens subscribam, si certam probauerit. Illud interim affirmare licet, non exiguam contentionum partem inter recentiores Chronologos nasci, dum tres has chronologias (siue in Christi annis, siue aliorum subducendis) quisque pro suo arbitratu ita componere studet & connectere. ac si promptum esset efficere, vt hæc omnia penitus & sine excessu sibi mutuo correspondeant.

Hic iam si obserues, quod etiam supra probatum est, ipsum initium primi anni vrbis, seu prima Palilia incidisse in excurrentem iam annum 25 Iphiti; occurret facile triplicis huius chronologiæ plenior comparatio; & vsui futura ad initium

posterioris Tomi.)hic enim anno primo vrbis ineunte propè excurrit annus ille 25 Iphiti,ab octo circiter mensibus.De anno vero orbis componendo iam satis.

FORTE ETIAM RVDIORIBVS IN re chronologica, placebit breuis hæc quam subiicio, eorum quæ maximè insignia sunt temporum, regnorum, & Dynastiarum comparatio.

Abraham nascitur an. orbis 1978.	Assyrii incipiunt à Nino 1935.	Dynastia Ægyptiorum dicta 16.1978.
Iacob in Mesopotamiam venit. 2215.	Ogygis Diluuium. 2207.	Beluchus rex.9 Assyriorum 2205. Argiuorum annus 60.
Moses diem claudit.Iosue Dux.2524.	Troia condita.2524.	Amyntes rex 18 Assyriorum 2514. Erychtonius 4 rex Athenis,ab anno 2512.
Elon Dux in Israel 2820.	Troia condita 2820.Æneadum initium in Ænea 2821.	Teuteus 28 rex Assyriorum 2819. Demophon rex 12 Athenis ab anno 2512. Mycenis Agamennon.
Ezechias rex Iuda regnat annis 3254.	Roma condita 3252.	Salmanassar rex Babyloniæ 3255. Carops Archon decennalis Athenis 3248.
Captiuitas Babylonica 70 annorum soluitur 3444.	Seruii regis sexti Romanorum annus 19.	Cyrus inchoat Persarum Monarchiam 3444. Athenis durabat magistratus annuus.
Zorobabele mortuo, Resa dux Israel est.3495.	Consules primi Romæ 3495.	Darii Histaspis annus est 13. Hinc collige statum Græcorum.
Apud Iudæos annus agitur 230,à soluta captiuitate sub duce Matathia Elith.	Coss. Romæ Marcellus & Potitus an. V. C. 422. gerebatur Samniticum bellum.	Alexander magnus initium dat Monarchiæ Græcorum victis Persis 3673.
Ioseph Dux Israelitarum. & annus est Græcorum 49.	Punicum bellum primum 3740.	Philadelphi in Ægypto annus 21. est hic rex secundus.
Annus est Græcorum 95.	Punicum secundum 3785.	Philopatoris in Aegypto annus 2.
Græcorum annus 164.	Punicum tertium. 3855.	Philometoris in Aegypto annus 31.

Post hos passim Romani, rerum domini euadunt.

DE VARIA ANNI RATIONE, deque anno sæpius per intercalationem reformato,

CAPVT XIX.

PRolixam iam satis de annis ritè colligendis à cōditu Orbis, duximus disputationem. non erit ab instituto prorsus alienum, si de varia anni ratione; variataque eius apud diuersas nationes Epocha, hic tandem aliqua, velut coronidis accessione, subiungantur. Vera anni ratio valde primis sęculis ignorata fuit, & modo planè incerto & vario annus computabatur. Quatuor mensibus, *vt vult Solinus*, apud Ægyptios terminabatur: paucioribus, ac tantùm tribus, apud Arcadas. Apud alios 6. Alii 13 menses numerabant. Romani olim ante Numam (vt aliqui saltem scribunt) 10 solùm menses, qui complebantur diebus 364, & quibus Martius dabat initium. Nec minor erat varietas in numero dierum, qui tot varios annos complebant. Si causam tantæ varietatis exquiras, ea sanè fuit, quòd, cùm tempus vniuersum omnes distribuerunt in annos, & annos in menses ac dies; id, apud varias nationes fieret varia, & non satis accurata ratione. Neque enim facile erat rudi illo sæculo, Solis & Lunæ motus multùm inter se discrepantes, certo & constanti mensium & dierum numero comprehendere & coniugare. Nec satis exploratum fuit, quibus diebus Luna digrederetur à Sole, vt possent homines mensis saltem Lunaris compertum habere initium. Et posterioribus sæculis Attici mensem inchoasse putant ἀπὸ τῆς συνόδου, Calippus ἀπὸ τῆς φάσεως. Iudæi, & Arabes ἀπὸ τῆς μηνοειδῆ, seu triduana Luna. Alii verò, inter quos fuisse videntur antiquiores Romani, annum suum accommodauerunt ad Solis lationes. Ac cùm nulli planè hos syderum motus suo calculo ac nuncupatis mensibus assequerentur, & multæ lationum cœlestium minutiæ eos fugerent, fallerentque; fiebat, vt anno ciuili vel artificiato ad veros motus non rectè composito, verterentur Hyemis Feriæ in æstatem, & Veris in Autumnum. Mansitque anni sic varia & turbata ratio, donec Cæsar hanc temporum inconstantiam componeret, annoque statum fixum, &(vt putauit) conuenientem tribueret.
2 *De anno Iuliano.* Ille ergo intercalatione plurimum dierum, atque etiam horarum, reduxit annum ad dies 365, & 6 horas seu quadrantem. In qua re, *vt ait Macrobius primo Saturn. cap.4.* imitatus est Aegyptios, conformans ciuilem annum cursui Solis, qui
Bissextum. est dierum 365; & quadrantis vnius. Statuit ergo post conuenientem dierum intercalationem, vt deinceps ob redundantem quadrantem intercalaretur quarto quoque anno dies vnus: mense tamen Februario 6. Kal. Martias, & quia illo die bis
3 dicendum erat sexto Kal. Mart. inde Bissextum nomen accepit. Sed vt constet de primo Bissexto (quæ præcipua est huius correctionis difficultas) illud initio ponendum est, factam fuisse hanc emendationem Cæsare tertiùm Cos. *vt notat Censor. de die Natali c.8.* Quando pro quadrante, inquit, diei, qui annū verum cōpleturus videbatur;
4 instituit vt peracto quadriennii circuitu, dies vnus post terminalia intercalaretur. Ex his duo, vt apparet, rectè colligo. Primò quidem, annum Iulianū primū fuisse annum tunc proximè sequentem, & qui notatur quarto Cæsaris Consulatu. Nam in hoc consentiunt scriptores, & id clarè docet *Censorinus:* Ex hoc, inquit, anno ita à Iulio Cæsare ordinato, ad nostram memoriam, Iuliani appellantur, eique consur-
5 gunt ex tertio Cæsaris Consulatu. Primus ergo Iulianus annus est ille quarti Consulatus. Tamen (quod iam posteriori loco restat explicandum) primum Bissextum non videtur incidisse in illum annum correctionis, & tertium Consulatum, quando cum aliis diebus, *ex Solino*, adiectus est & quadrans, hoc est designatus: Non enim adiicitur quadrans reipsa, nisi cùm quarto anno adiicitur dies integer. Ille autem tertii Consulatus quadrans, vt primus esse debuit, ita Bissextum impediuit. Vt tamen erat ex quatuor quadrantibus primus, ita primum designabat annum illius quaternarii, cuius quartus annus debuit esse Bissextum. Ex quo iam clarè euincitur, tertium annum Iulianum fuisse primum Bissextum inter annos Iulianos.

Fuit enim ille, in quem incidit quartus quadrans. Video recentiores in hac re fu-
nem trahere satis contentiosum, vt qui *Baronii* in *Scaligerum* circa hoc argumen-
tum animaduersionem *Tom. primo* legit, facilè obseruabit. Et quanquam contro-
uersia est, quæ adhuc possit ventilari, coniectura tamen *Baronii* satis accedere vi-
detur ad mentem *Solini*, ac *Censorini*. Et sine dubio libera magis ab incommodis est,
siue conferas inter se Consules, annos Vrbis, & reliqua Bissexta, siue obserues an-
num correctionis, quem postea adiecit Augustus. Et ne sim prolixior, intuere in
sequenti hac de re Tabula, hæc omnia, iuxta allatam de 1 Bissexto sententiam, re-
ctè constare & cohærere, decurrendo ab anno ipso correctionis, seu tertii Consula-
tus, qui in hac sententia fuit primi quadrantis, vsque ad tertium annum Iulianum,
seu primum Bissextum, & deinceps ad annum Christi 364. Qui etiam omnium
consensu Bissextilis fuit. Erit autem hic annus 364. (qui est primus Valentiniani)
Bissextilis, ponendo primum Christi annum fuisse illum exeuntem, quo natus est,
& nobis est 4001. Nam alioquin, si à primo Christi nati solido anno (qui est Mundi
4002) numeres, prodibit non fuisse annum illum Valentiniani Bissextilem. Sed
sequuti sunt scriptores priorem putandi rationem, habita fortasse ratione Incar-
nationis, à mense Martio numerando. Atque hæc de correctione Iuliana, ac for-
ma anni publicata. Publicatam dico: nam alioqui annus iste Solaris fuit à veteri-
bus inuentus, & peritioribus cognitus, sed quo nemo adhuc vteretur. Itaque Cæsa- 6.
ri vsum debemus, veteribus scientiam, *vt obseruauit Scalig. lib. 2. cap. de Periodo Calip-
pi Attica*.

TABULA DE BISSEXTI INITIO, & annis Julianis.

Anni Christi.	*Anni V. C.*	*Anni Mundi.*	*Consules*	*Bissexta.*	*Anni Iuliani.*	*Augusti res*	
	705	3956	*Cæsar secundum & Seruilius.*			Annorum 15.	*Acies Pharsalica, Epocha Antiochena nunc ferè inchoatur*, cap. 19. num. 29.
	707	3958	*Cæsar tertium*	*Corrigitur anni forma.*			*Ab hoc anno correcto sub sequentes Iuliani vocãtur.* Censf. num. 63.
	708	3959	*Cæsar quartùm*	2	1		*Hic primus est annus Iulianus, & incipit à Kal. Ianuar.*
	709	3960	*Cæsar quintùm*	3	2	Annorum 19.	*Cædes Cæsaris, Idibus Martii.*
	710	3961	*Hirtius, & Pãsa.*	*Bissextũ primum.*	3	*Primus Consulatus.*	*Quia primus quadrans incidit in annũ correctionis* ex Solino, *nunc est primum Bissextum.*
	711	3962	*Plãcus & Lepid.*	1	4		*Sub his Coss. aliqui cum* Fastis *Siculis inchoant (sed malè) Epocham illam* Antiochenam, & *Cæsariana tempora.* vide cap. de Indictionum origine, ad annum Christi 312.
		3963		2	5		
		3964		3	6		
		3955		*Bissextũ secundũ.*	7		
	722	3973	*Augustus tertiùm.*		15	*Actiaca Victoria*	

Anni Christi	Anni V. C.	Anni Mundi.	Cõsules.	Bissexta	Anni Iuliani	Augusti res.	
	726	3977	Augustus septimum.		19	Aug. vocat° nũc primum	Hic est primus annus Augustanus, aut si mauis Augustorum Romanus: inchoatur à Kal. Ianuarii. Notat Censor. n. 66. Ægyptios habere suos etiam annos Augustanos ante bienniũ inchoatos, sicut & alios habent semper à mense Throth inchoandos.
		3978				Secũdus annus Augustanus Roman.	
		3979				Tertius an. Augustanus Roman.	
	745	3996	Cẽsorin° & Asini° Gallus.	August° Bissextũ corrigit.	38	Annum corrigit.	Facilè est annos numerare à cæde Cæsaris, & à primo Bissexto: est verò 22 à Victoria Actiaca completus.
	749	4000		Bissextũ	42		
1	750	4001	Lẽtulus, & Messalinus.	1	43		Hunc annum Orbis licet tẽpore Natiuitatis exeuntem, nũmero primum in annis Christi, vel etiam annum 4002. iuxta rationes allatas. 2. Par. Chron.
2	751	4002	August° decimũ tertiũm.	2	44		
3		4003		3	45		
4		4004		Bissextũ	46		Facile est hinc reliqua numerare Bissexta: Bissextiles enim sunt anni 4. 8. 12. 20. 40. 60. 80. 100. & sic deinde vsque ad 364 qui est annus Valentiniani.
5		4005		1	47		
364				Bissextũ			Valentiniani Principis annus primus

Quoad Bissexta aduerte, hic à Christo nato notari Bissextum statim Natiuitatem subsequens, tantum vt appareat locus, quo esse deberent, si fuissent ponenda. Nam alioqui (vt constat ex cap. 19. nu. 8.) *iussit Augustus 12 annos transigi sine Bissexti intercalatione.*

7 *Augustus annum corrigit Iulianum.* — Sequuta est post annos circiter 38 alia anni correctio. Nam Augustus paulò ante Christi Natiuitatem correxit Bissextum. Tempus notamus ad annum 3996, qui annus est 22, ab Actiaca Victoria, *vt obseruauit* Pandorus, Ægypti Monachus, qui sub Honorio floruit. Hic annus incidit in Consulatum Asinii Galli, & Censorini, *vt in citata Bissexti Tabula, & Catal. Coss. notatum est.*

8 Cæterùm nouæ correctionis sub Augusto causa fuit, quod cùm à correctione Iulii solùm nouem Bissexta debuerint intercalari, tamen errore Pontificum sint intercalata 12 Bissexta. Quare Augustus iussit 12 annos transigi sine Intercalatione. *Lege hac de re Censorinum, & Solinum.* Facta hac Augustana correctione, putant aliqui nouo statim errore à Sacerdotibus commisso iterùm minutias temporis non rectè obseruatas, obscuratamque fuisse rationem rectam deprehendendi & diem mensis, & Feriam per literam Dominicalem illorum temporum: ac præsertim in illa celebri controuersia de tempore, die mensis, & Feria Christi, siue nascentis, siue patientis. Constat enim natum Christum intra 12 illos annos, quos sine intercalatione transigi præceperat Augustus. Sanè, si denuò à Sacerdotibus peccatum est, vt ex nostris suspicatur *Mariana*, agens de tempore mortis Christi, erit vnde Theologi, tricas illas de Feria & litera Dominicali facilius expediant, seu potius negligant. Sed quicquid sit de hoc 2 Sacerdotum errore, (in quo afferendo diuinare potius videntur, quàm rem probare.) Ferias quidem illas concepti & nati Saluatoris. satis reddunt incertas, cùm alia, tum Mathematicæ Tabulæ Alphonsinæ, Prutenicæ, & similes; siue quia dissentiunt inter se, siue quia, vt mox subiiciam, non rarò errant.

9 *De anno Iudaico.* — Notat *Censorinus* aliam anni correctionem factam vel à Numa, vel à Tarquinio, Quando, inquit, annus accepit 12 menses, seu dies 355. Et de hac intercalatione sub Numa, *dictum cap.* 10. *num.*

10 26. Sed quando de anno, satis hic longa facienda est mentio, addam iam proximè

(quod

(quod etiam in Sacris Literis vsui erit) annum apud Iudæos varium fuisse, vt hinc tandem gradus fiat ad Gregorianam anni reformationem. Plurimi annum Iudaicum distingunt, alium vulgarem, alium sacrum. Et quidem sacro anno initium dedisse videtur Exodus. Nam Iudæis egredientibus ægyptum mense Martio (quem illi Nisan vocabant) decernitur *Exod.* 12. *verf.* 2. vt mensis ille deinceps esset anni principium, (cùm antea à Tisri Autumnali esset septimus.) Inde verò inchoatus annus, postea dicebatur Sacer. Inchoatus, inquam, à die primo, & mensis, & Lunæ; si annus hic Lunaris est, vt plerique putant. Qui autem antea annus erat in vsu, dicebatur vulgaris, cumque Moyses retineri quoque voluit ad publica & ciuilia negotia, *ex Ioseph. lib.* 1. *Antiq. cap.* 4. huius vulgaris anni initium, & primus mensis, refert nostrum Septembrem, vel Octobrem. Nisi malles partem habuisse ex vtroque illo mense nostro. De horum mensium diuersis nominibus *habes cap.* 17. *num.* 10. Et hæc de prima ista anni apud Iudæos diuisione. Credendum est etiam, eos annum habuisse Solarem, aut saltem embolismo productum Lunarem ad mensuram Solis. Quare altera apud eos anni diuisio esse potuit, In Lunarem, mẽsibus Lunaribus constantem: & Solarem, ex Tekuphis conflatum , quem etiam aliter diuidebant in 12 partes æquales. Apud veteres Hebræos Tekupha putatur fuisse, illud momentum temporis terminans annum priorem, & inchoans sequentem. Sed apud posteriores Iudæos Tekupha Aequinoctium vocatur, & pars anni quarta à principio Arietis, vel (iuxta eorum rationem) à mense Paschali, per tria signa Zodiaci, item à principio Libræ ad Capricorni principium, cùm Autumnalis Tekupha designatur: idemque ad Solstitia referebatur. Ac proinde quatuor illi Tekuphas, seu quatuor anni partes habebant, nempe duo Æquinoctia, totidemque Solstitia. Et quidem Tekupha Nisan, erat Paschalis, tempore Moysis; eratque proinde initium illius anni sacri, & Cycli Enneadecateridis, vel prima Tekupha noui anni Mosaici. Tamen TeKupha Tisri, seu Autumnalis, tanquam anni antiqui & vulgaris origo, diligenter ab illis etiam obseruabatur, vsque ad superstitionem; *quod notauit Scalig. De Emendatio. lib.* 4. *cap. de anno Iudaico Solari*, vbi liberaliter prolixus est, in Iudaicis TeKuphis his declarandis. In annis Lunaribus, vt suas obseruabant Iudæi Neomenias; ita vel maximè in TeKupha Nisan Paschali, coniunctionem Solis & Lunæ, illi vocabant Molad : & 12 numerant quouis anno Lunari. Habebat denique hic annus Iudaicus suos menses definitos, & suam Epactam, simul cum illa assignata Æquinoctii obseruatione. Annus ergo Lunaris menses 12 continebat iuxta lunationes. Sed tertio quoque anno Hebræi, Epactam, seu mensem putantur intercalasse, qui esset, vt minimum, 33 dierum, quo sic assequerentur annum Solarem. Ex qua re duo constant, Hebræos scilicet non caruisse anno Solari, si quando vellent eo vti: & præterea triennium Hebraicum addito illo mense intercalari, æquasse ferè triennium Romanum, si nempe omittas quadrantes Iulianos. Ex hac Hebræorum solenni consuetudine annum embolismo producendi, facilius explicatur vulgaris illa Quæstio: An anni Biblici Solares sint, vel Lunares. *Vide cap.* 17. *num.* 10. *& Riberam in cap.* 2. *Haggei.* Atque ita se habet annus Iudaicus. Hæc saltem quorundam de hac re sententia est: quam ego quidem probabilem esse non nego; veram tamen esse, quis demonstrabit? Quod ideo hic addo, ne quis putet se demonstrationes afferre, cùm sua chronologica placita ex his & similibus fundamentis collecta proponit, ac si essent indubitata: Si enim annus Iudaicus non erat plenè Lunaris, & qualis à quibusdam asseritur, corruet sanè tota illa noua methodus, in Neomeniis istis fundata. Si menses non erant tales, quales illius methodi assertores esse volunt; si ratio intercalandi diuersa: si diuersa initia anni ab iis, quæ isti dederunt, si denique eadem incertitudo in aliarum nationum mensibus, Neomeniis & Cyclis reperitur; quænam, quæso, potest esse in his disquisitionibus certitudo demonstratiua? *Scaliger l.* 3. *Can.* §. *de anno Hebraico Autumnali*, concludit mensem Iudæis fuisse σεληνιακὸν quia vltima mensis dicebatur κρύψις σελήνης. Vocari autem Lunam occultatam putauit se demonstrasse, ex voce illa בכסה Bacesse, *Psal* 81. *verf.* 3. qua vult significari occultatam Lunam. Sed quam hoc sit infirmum nouæ huius methodi fundamentum, nemo est qui non videat. Certè Vulgata versio habet: *In die insigni.* Alii à radice כסה Casa vertunt diem operimenti, seu Festum Tabernaculorum. At quod *Scaliger*

in alia significatione venatur, à nescio quo Rabbino; tam est longè petitum, & infirmum, vt solo silentio apud huius rei peritos abundè refutetur. Sed de tota hac arte satis dixi *cap. primo.* Illud interim hic satis constat, Hebræos inchoasse post Moysem, annum suum, saltem Paschalem, seu Sacrum, à Verè, & Tekupha Nisan, quando obseruato Nouilunio Pascha celebrabant, nimirum Luna 14 ad vesperam. Ecclesia Romana statuit diem Dominicum, vt iam in anni Gregoriani declaratione magis constabit. Ac de Iudaico satis.

12 *De anno Gregoriano.* Ne tempus Paschæ incertum esset & varium, Patres Nicæni Concilii Æquinoctio definierunt 21 Martii. Rectè quidem pro illo tempore: Nam anno Bissextili, cùm dies contingit embolismus, intercalantur (vt mox aperiam) minuta plusquam oportet, & quod efficiunt 134 partem vnius diei, si Alphonsum sequi velis. Qui excessus quolibet anno 134, efficit vnum diem, facitque, vt Æquinoctium vno die antecedat in spatio illo præscriptum terminum. Quia ergo tempore intercalationis Iulianæ, seu etiam anno primo Christi, æquinoctium incidebat, vt multi notant Mathematici, in diem 25 Martii; si numeres illinc ad Nicænum Concilium, annos 325. (tot enim intercesserant) reperies Patres illius Concilii, satis commodam sedem dedisse æquinoctio, post illos à Christo annorum centenarios. *Causa correctionis Gregorianæ.* Porrò cùm à tempore Nicæni Concilii effluxerint plusquam mille anni, reperimus nuper nostro sæculo retroactum fuisse Æquinoctium, vsque ad decimum Martii, aut circiter; (non enim nunc exactè minuta expendo.) Atque ex hoc fundamento successit tandem Christi anno 1582, correctio Gregoriana, qua 10 diebus subductis, rediit Æquinoctium ad tempus, quo contingebat sub Nicænis Patribus. Et ne deinceps error subrepat, quolibet anno 134, vnus dies subducendus est, seu omittendus dies intercalaris, tunc occurrens. Sed libet hanc Gregorianam correctionem, multorũ disceptationibus agitatam, & scitu non inutilem hic prolixius Lectori proponere, paulò altius repetito principio. Omnem ille in correctione, qua vtimur, & quauis alia sustulisset difficultatem, qui iustam anni cælestis mensuram reperire potuisset, hoc est, qui tot dies vel menses Solares, annum conficiẽtes nostrũ designasset, quot præcisè & sine excessu æquarent spatiũ, quo Sol ab Æquinoctio Verno, ad idẽ Æquinoctium motu suo proprio recurrit. Idemq; de Lunari anno, eiusq; motu præstare oportebat: ac demùm tertiò, Solis & Lunæ conuersiones, quæ multùm inter se discrepant, æquandæ erant embolismo Lunari, aliaue ratione, vt annus Solaris Lunari, ex æquo respondeat. Sed plurimum multis sæculis sudatum est à viris ingenio & doctrina præstantibus, in æquandis his annis, & in veris ac mediis motibus componendis, ac nondum quidquam sine magna pugnantium opinionum dissensione conclusum.

Nam primùm quoad Solarem annum, iam videmus antiquos illum, ex 304 diebus composuisse. Sed ibi facilè deprehenso errore, cùm hic numerus non assequeretur cursum Solis, posteri quinquaginta dies adiecerunt, exibatque sic annus, constãs diebus 354. Et cùm nec hæc ratio satis constaret, Iulius Cæsar, adhibitis in cõsilium Sosigene Mathematico, & Marco Fabio Scriba, annum compleuit diebus 365, & quadrante. Tandem à Gregorio 13, vt mox subiiciam, (hic etiam deprehenso errore) noua addita anni reformatio est. Iam verò Luna spatium Zodiaci proprio motu peragit diebus 29 & horis 12, nec sine motus huius inconstantia aliqua seu varietate, quæ tamen tota perficitur & finitur spatio 19 annorum; & eò spectat excogitatus ille Cyclus decemnoualis Aurei numeri, de quo sæpè inferius. Huic itaque Lunari anno danda erat mensura, vt æquaret annum Solarem, vel adiiciendo septem menses per intercalationem spatio 19 annorum; vt faciebant Ægyptii: vel aliqua alia ratione. Quare ad hanc æqualitatem seruandam, Græci in Octaëteride, seu 8 annorum spatio, intercalabant dies 90, quibus efficiebant tres menses: Ægyptii, vt dixi, 7 menses addebant spatio 16 annorum. Postea, cùm hæc ratio non satis constaret, adiectus est Calendario Romano Aureus numerus 19 dierum, qui singulis annis ab vnitate prima excrescebat per vnitates additas, vsque ad numerum 19. & hac ratione fiebat intercalatio plurium dierum, spatio 19 annorum, vt explicant communes hac de re Canones computi Ecclesiastici. Sed cùm nec hac intercalatione resultaret æqualitas duorum annorum, & perfecta Nouiluniorum ratio; tandem expuncto Aureo numero, successit Epacta 30 dierum, seu annua interca-

11 dierum, vt mox dicam, post annum Solarem explicatum. De cuius Aequinoctiis
& reformatione per Gregorium tandem facta, iam agetur. Cæsar ergo annum
suum constare voluit diebus 365, & quadrante. Sed hæc Iulii mensura aliquantulum
maior est vero anno Solari, & conuersione illa Solis, quæ est à puncto ad punctũ Verni
Æquinoctii. *Ptolemæus in suo Almagesto*, vult esse in anno dies 365, horas 5. minuta
55. secunda 12. Minor est anno Iulii 300 ferè parte diei. Alphonsus Castellæ Rex (qui
vixit anno Christi 1251.) anno Solari dat dies 365. horas 5. minuta 46. secunda 16.
Minor est anno Iulii 134 ferè parte diei; & proindè, si iuxta hanc mensuram refor-
mandus est annus, oporteret quouis 134 annorum spatio; diem vnum omittere;
quoniam eo annorum spatio, vera sedes Æquinoctii in Kalendario diem vnum
anticipat: & similiter de aliis mensuris, si veriores sunt, dicendum erit, seruata pro-
portione. Nam etiam *Albategnes Maurus libro de motibus Stellarum* (cuius
mensuram aliqui veriorem putant) anno Solari dedit dies 365. horas 5. minuta 46.
secunda 24. quæ mensura minor est anno Iulii parte 106 diei, & proinde totidem
annorum spatio, sedes Æquinoctii diem vnum anticiparet. Ex his autem mensu-
ris vna deligenda erat (de qua mox) quæ veriorem Æquinoctii sedem proderet ex
consilio Gregorii, & anno corrigendo deseruiret. Neque verò ad vitandam hanc
inueniendæ mensuræ difficultatem, oportebat pendere homines à Mathematica
obseruatione continua; neglectis & his mensuris, & arte antiqua de excogitatis
mediis motibus. Quin potius, cùm Mathematici distinguant veros motus (qui 13
scilicet reipsa in cælestibus corporibus existunt, suntque, vt passim notant Ma-
thematici, inæquales; hoc est, modò velociores; modò tardiores, à motibus, quos
vocant medios (qui sunt cogitatione tantùm, sicut initio dicebam, atque arte ex-
cogitati, vt per hos veri inuestigentur) tota hæc anni reformatio per editionem
Kalendarii, ad medios illos motus meritò conformata est. Nam prætęrquam quod
satis videbatur ad vtilem anni æquationem, vsumque popularem & ciuilem, insi-
stere in mediis motibus, qui vt sunt æquales, facilius explicantur, nec multùm à
veris motibus discedunt; illud etiam exploratum est, veros motus illos, vt sunt in-
æquales, insuper ægrè admodum deprehendi, & magnam esse Tabularum Astro-
nomicarum de motibus istis varietatem, vt alios quidem videas scriptores sequi
Alphonsinas, alios Prutenicas, ex Copernici doctrina depromptas. Quare impos-
sibile iudicatum est aliquid de anno nostro artificato veris motibus æquando sta-
tuere, ex continua eorum obseruatione Mathematica, quod incredibiles non ha-
beret inter Astronomos dissentiones, & molestias. Adde, ad hunc vsque diem,
nullas esse editas Tabulas Astronomicas, per quas motus isti Stellarum veri pos-
sint perpetuò ac certò deprehendi, absque aliquo errore; & in harum rerum obser-
uatione ipsos etiam falli, qui rei huius sunt studiosissimi, *vt cap. primo admonui.* Se-
cundùm hanc ergo medii motus rationem, firmanda videbatur anni castigatio,
in Cyclis Epactarum, Nouiluniis, & Æquinoctiis, & constanter superanda diffi-
cultas, quæ in hac artificiali mensura anni reperienda apparebat. Ac primùm, ne
progessu temporis æquinoctium à die 21 Martii vnquam recederet, statutum est
de intercalatione statis temporibus facienda, hoc est (vt clarius dicam) cùm Ciuilis
annus, (quem in Bissextilem & communem diuidimus,) vt pote ad vsum vulgi ex
mediis motibus accommodatus, tantùm contineat dies integros, non autem ha- 14
beat horas residuas, & horarum fragmenta, (vt habet annus Astronomicus, qui
est iuxta veros motus) laboratum est, vt statis temporibus, per intercalationem
faciendam æquaretur annus Ciuilis, Astronomico. Quæ res vel ex eo capite erat
perdifficilis, quòd Astronomicus annus apud varios Astronomos Ptolemæum, Al-
phonsũ, Copernicũ, & alios habeat varias & discrepantes magnitudines, vt in tãta
opinionum & obseruationum varietate, arduum esset statuere, cui potissimum
magnitudine anni Astronomici, esset æquandus per intercalationem annus no-
ster Ciuilis. Nam secundum Ptolemæi magnitudinem, trecentesimo ferè anno
erat vnus dies intercalaris omittendus: secundùm alios quosdam, centesimo quo- 15
que anno: secundum Alphonsum, 134. vel circiter: secundum Albategnem, 106.
Tandem vicit ea sententia (& meritò) quæ certam aliquam anni magnitudinem
eligendam suadebat, vt iuxta eam deinceps fieret intercalatio. Electa autem est
Alphonsina, quia ad hanc solam magnitudinem æquatio fieri potuit, quæ esset

æquabilis (si creditur *Clauio lib. illo 1. cap. 6. sub finem*) debuit autem esse æquabilis & regularis, vt vsui esse posset omnibus, non autem Astronomica, dubia, & irregularis. Mansit ergo, post longam à Mathematicis factam disquisitionem, ratio instituendi Æquinoctiũ hæc assignata, & iuxta anni magnitudinẽ Alphonsinam. Atque hac proinde lege, vt deinceps post an. 1600 Iubilæo insignẽ, quouis deinceps an. 134 currẽte, intermitteretur dies intercalaris, seu (quod in idem ferè recidit, nisi quod commodius sit, & minus errori obnoxium) vt fieret hæc diei intercalaris omissio, nunc an. 132, nũc anno 136. quippe qui soli Bissextiles sunt, non autem annus 134. Quam rem non improbauit *in suo Elencho Scaliger*, & prolixè propugnat *in sua Apologia Clauius contra Mæstlinum*. Qui etiam ibidem *l. 1. c. 5.* reducere conatus est hanc ipsam anni intercalaris omissionem, ad annos illos centesimos, qui Iubilæo notabiles sunt ac proinde
16 magis conspicui. Sed mirum est, quantũ de hac posteriori omissionis ratione digladientur duo iã citati auctores, & quantum pleraque huius reformationis fundamenta conuellere nitatur (mutato in *Clauium* animo) *Scaliger 3. illo l. Cano.* Certè si dicturus in Clauium moderati animi limites transgredi omnino voluit, saltem vt veritatis & æquitatis amans aduertere debuit, Hipparchũ, quo solo se tuetur auctore, aliud quàm ipse putet, voluisse; & reliquas ad hanc reformationem euertendam admotas à se machinas (si nescio quarum Tabularum patrociniũ seponat) niti solo ipsius iudicio, atque opinione; quã nemo vnquam prudens tanti faciet, vt ea debeat Orbis præferri iudicio: & efficere saltem, vt qui aliter sentiunt, delirare videantur. Sic enim
17 ille, & plerumque etiam acerbius loquitur. Sed redeo ad Æquinoctium. Est ergo hæc Gregoriana reformatio, qua subductis 10 diebus, æquinoctium ad pristinam sedem, hoc est, 21 Martii, quam accepit à Patribus Nicænis, rediit: quippe quod, deserens sedem illam, præcesserat ab eo tempore versus initium mensis, per dies 10 integros. Cõtinget quidem propter verorum motuum, qui inæquales sunt, instabilitatem; vt aliquantulum ab hac sede adhuc recedat: neque enim reformatio anni effici potuit, quæ Aequinoctio daret sedẽ ita perpetuam, vt penitus ea esset fixa: tamen, alia adhuc via, reddita est perpetua quidem hæc reformatio, imò & penè fixa. Nam licet cõtingat recessus ille perexiguus, sine embolismo aut additione reparabitur per solam omissionem anni Bissextilis iam notatam: nec vnquã hic recessus (si seruetur lex Gregoriana) fiet deinceps ad 10 vel plures dies, vt ante hãc reformationem accidit; sed ad duos vel tres dies tantùm, & non, nisi post multos annos illos notatos, continges; facilique remedio, cùm continget, tolletur, vt satis ostensũ est. Atque hæc de anno Solari, eiusque æquinoctio reformato. Iam de Lunari anno, & eius Cyclis, ac mensura.

18 *De Cyclis.* Quod ergo spectat ad Cyclos hac reformatione probatos, fuerunt sẽper Cycli omnes ad medios motus cõparati ac compositi: Medias enim tantùm coniunctiones & oppositiones sequuntur calculatores Ecclesiastici, dum suos explicant recurrentes in orbẽ Cyclos Solares, Lunares, aliosque de Litera Dominicali, Aureo numero, Epactis, indictione, ac die Lunationis, quo pascha indicatur. His enim terminis circũscripta est ratio tota Computationis Ecclesiasticæ, & Cyclometria: dum hac arte recurrentia subinde Festa, & Feriæ tam conceptiuæ quàm statiuæ, *vt loquitur Macrobius*, subindicãtur; Ecclesiastici Festa vocant mobilia, & immobilia. Illa ergo ex Nicænis decretis data anni forma, faciliorem postea sortita est exitum variis huiusmodi appositis Calendario Cyclis. Certè ante an. Christi 306. nulla huiusmodi Ecclesiasticarum Epactarum extabat mentio: neque (quod sciam) aurei numeri: inuentum Christianorum est, frequens verò post Arcadii tempora, quando harum rerum Cyclos, Kalendario & Festis Paschalibus adiecerunt tum Græci, tum Latini. Inter alios *Theophilus Alexandriæ*, de quo ad ann. Christi 399, is Cyclum dedit annorum 437. post quem circulum, seu annorum spatium Pascha redibat ad idem tempus. Item *Victorinus Aquitanus*, iubente Hilario Papa, anno Christi 463, edidit Paschalion. Alterum dedit *Dionysius Abbas*, cognomento *Exiguus*, qui floruit tempore Iustiniani, & Paschalem Cyclum dedit. Idemque, referente *Beda*, primus cœpit numerare annos ab incarnatione Domini, damnata deinceps inter Ecclesiasticos, & in eorum Cyclis, annorum Diocletianæorum memoria, vide To. 2. ad an. 284. Sed Cy-
19 clorũ varietatẽ, veritatem, & initia omitto. Sunt enim hæc alterius instituti, si accuratè examinãda essent, & *Scaligero* iam citato plenissima contentionis. Illud, quod dixi, re-

ceptum est, partim nempe ex 19 Aureis numeris, seu Lunari Cyclo, quẽ varii Kaledario apposuerunt ad Nouilunium indicandum (sic fortè dictus est numerus, quod auro notaretur, vel ob Cycli præstantiam) & partim ex Solari Cyclo literarũ Dominicalium respondente annis 28, ad dies Dominicos *Paschales* ritè designandos. ex his, inquã, præsidiis constat Nicæna decreta de *Paschate* fuisse reddita faciliora, quoad vsum popularem in Nouiluniis, & Paschali ritu obseruandis. Sed progressu temporis notati sunt errores. Ergo tandem, vt cum Aequinoctii hac reductione, Cyclorum quoque ratio accurata simul prodiret, sublatus iam tandem est è Kalendario Aureus numerus, quo veteres designabant mensis Nouilunium, ex Aureo numero anni currentis apposito ad diẽ mensis: ille enim è regione positus dies erat Nouilunium. Sed fallax erat ea Cycli ratio, vt iam à Concilio Nicæno hucusque, per dies circiter 5 aberrauerit ab oppositione medii motus, & vero Nouilunio; quod proinde die 5. ante illum, quem designabat numerus Aureus, quærendum erat nostris temporibus ante correctionem. Substitutæ ergo sunt Epactæ, quæ appositæ Kalendar. eodem pacto indicãt Nouilunia, sed multò accuratius. Hoc est, substitutus est ille numerus dierum, quibus anno Solari æquatur Lunaris, definita vndecim dierum adiectione, vsque ad triginta, seu ad vnam lunationem embolismicam absolutam: quãdo deinceps reditur, & retexitur adiectio ex residuo numero, donec cõpleatur alia lunatio, & embolismus, & sic deinceps. Cuius rei & totius computationis Ecclesiasticæ, extant Tabulæ nouæ ac Cycli, apud *Marianam*, & alios. Iam ergo peracta anni reformatione per reductionẽ Aequinoctii, quia (cùm toties contingere præsertim deinceps debeat Bissexti intermissio) non poterat Aureus numerus suis destinatis sedibus constare, ad rectè indicandum Lunæ coniunctiones; amoto Aureo numero, substituendus fuit alius, & maior numerus, quem Epactam vocamus, & quæ sua adæquatione, Lunæ coniunctiones perpetuò ostenderet. Et hæc de Cyclis. Spectabat hæc reformatio hoc vel maximè. vt ritè Pascha inter Christianos celebraretur, quod grauem olim habuit controuersiam (*vide Marianam cap. 4. & 7. de die mortis Christi*) & quod ex veteris Ecclesiæ decretis celebrari debet post Lunam decimamquartam primi mensis, vsque ad Lunam 21. Ex quo fit, vt ritè celebrari possit Luna 15, si ea in diẽ Dominicam inciderit. Cæterùm Luna 14 sumitur hic ex consuetudine veteri, legibusque Ecclesiæ pro 14 die lunationis paschalis, numerando inclusiuè à die Nouilunii, iuxta ritum ac legem Kalendarii probatam ab Ecclesia. Dixi, per Kalendarii legem: nam meritò Nouilunia per Epactas ac Cyclos inquirenda, debent (vt antea dixi) in vsu ciuili præferri disquisitionibus Nouilunii per Tabulas Astronomicas, licèt nullus Cyclus motibus cælestibus veris penitus respondeat. Porrò primum mensem hæc reformatio definit illum, non quidem cuius Nouilunium propinquius est diei Aequinoctii, vt aliqui opinantur: non, inquam, ex plenilunio oportet metiri primum mensem, sed describit eum reformatio per Lunam 14, quæ vel in Aquinoctii diem incidit, vel eum proximè sequitur, vt *Beda*, & post eum præstantiores Mathematici sentiunt. Cùm ergo patres Nicæni statuunt Aequinoctio diem 21 Martii, & nunc iterum hoc seruetur, fit vt dies 14 Lunæ, qui iuxta Cyclos & medios motus antecedit hunc diem 21 Martii, censeatur illegitimus, & pertinere ad vltimum anni mensẽ, non verò ad primum. Qui autem dies 14. Lunæ, vel incidit in diem 21 Martii, vel post eum primo loco occurrit, legitimus est ad Pascha celebrandum.

Aureus numerus.

Epacta substituta.

20. *Pascha. Luna 14.*

Primus mensis ex plenilunio expendendus.

21. *Aequinoctij dies.*

Quare, si de Nouiluniis fit sermo, illa sola Paschalia tunc erunt, quæ contingunt ab 8 Martii, vsque ad 5 Aprilis, inclusiuè. Ex quibus etiam & illud consequitur, posse Pascha celebrari inclusiuè à 22 Martii, ad 25 Aprilis: nec vltra hos terminos, qui Paschales sunt, ex quo decretus est Martii dies 21 Æquinoctio. Neque verò mirum huius reformationis auctoribus videtur, quod Pascha adhuc celebretur non semper primo mense, si solùm veros illos motus spectes; sed vel, interdùm vltimò, vel secundo, cùm hoc videatur etiam temporibus Nicæni Concilii accidisse; scilicet minus curantis veros cœli motus. Et ratio Aequinoctii hoc exigit, quod vno die constante non potest contineri, propter sex illas horas & minutias redundantes. Tamen illud non admittent contingere iuxta medios motus & Cyclos eò spectantes. Sed in re hac non immorabor, in qua prolixus est *Clauius in sua Apologia lib. 1. cap. 5. & deinceps.* Porrò in his mediis motibus insigne emolumentum accedit ex hac Cyclorum reformatione, quod, vt iam subindicaui, ante eam Aureus numerus, nonnunquam valde seró redderet nobis Lunam 14 Paschalem;

Termini Paschales. 22.

Z 3

ita vt oppositio, quæ erat secundum Cyclum, esset posterior oppositione medii motus per quatriduum aliquando. At per reformationem effectum est, vt Luna 14 Paschalis, vel omnino, vel prope incidat in mediam oppositionem. Sed de anno Gregoriano satis dictum est: nunc de reliquarum gentium annis.

23 *De anno AEgyptio.* Annus Ægyptius magis receptus 12 menses habebat, & mensis dies 30. finitoque anno intercalabant AEgyptij dies 5, ac totus annus diebus 365 cōstabat, seu 52 hebdomadibus, & vno die, si creditur *Scaligero in Can. lib 3 cap. 2. num. 4.* cum tamen annus Iulianus habeat dies 365, cum quadrante. Dixi hunc annum magis receptum: nam, vt referunt alij, annum etiam habebant AEgyptij aliquando menstruum, aliquando bimestrem, & quadrimestrem, ac denique varium. *Vide Plutarchum in Numa.* Initium anni illius AEgyptiaci, & recepti, fuit à meridie 1 diei mensis primi Thoth. *Mens. Thoth vagus.* Et quia deest hic quadrans diei, seu 4 quoque anno vnus dies, quem annus Iulianus intercalarem habet; fit vt AEgyptiis sint valde mobilia AEquinoctia, ac Solstitia, & mensis Thoth suo in anteriora regressu, incidat modò in Ver, modò in Hyemem, aliosque menses Romanos, vt hinc videas malè scripsisse *Lactantium,* mēsem Thoth, nostro Septembri respondere; nisi fortè ille certum annum designare voluisset, quo ita contigerit.

24 *De anno Persico & Arabico.* Persicus annus quibusdam sæculis eandem dimensionem habebat, quam AEgyptius; tantùm nomina mensium diuersa erant. Varij tamen fuerunt Persæ, in annis suis, & quid initio apud eos, quidve postea seruatum sit, vix exploratum est. Hoc quidem ex eorum vsu recepto habetur, celebre fuisse apud eos vetus illud Neuruz, Epocham dicam, an Periodum? 120 annis Iulianis constantem. Annus iste Solaris magnus illis erat, & Dei annus vocabatur. Veteribus enim Persis Sol Deus erat. Exacto hoc centum viginti annorum spatio, variis embolismis ad iustam mensuram producto (quæ tota intercalandi potestas erat penes Magos Persarum) succedebat alia similis Periodus: cuius initium maximo apparatu, luxu, & panegyribus semper fuit celebratum, non secus ac Romani suis Secularibus Ludis facere consueuerunt. Erat hæc Periodus quadriennis distincta, & illa in singulos annos, quorum omnium initium erat principium Veris Neuruz, semper solemni etiam ritu celebratum. *Arabes ad Lunæ tantùm cōuersiones annū describunt.* Et vox ipsa nouum diem sonat, seu νεομηνίαν. Eadem voce vtuntur Turcæ pro anno Solari, sed post Persas ab Heraclio deuictos, alia apud eos annorū Epocha introducta est. de qua 2. tom. ad an. Christi 633. Arabicus annus videtur ex AEgyptiaco & Attico anno quasi coagmentatus: nam instar AEgyptiaci anni habet primum mensem vagum, per menses Romanos, & varias anni tempestates. Habet etiam cum Atticis menses 12 Lunares, & annum constantem diebus 354. Intercalabatur 3 anno, mensis vnus dierum 33, propter 11 dies, qui desunt anno Lunari: nec alios habebat dies Epactos, seu adiectitios.

25. *De anno Græcorum.* Sequitur annus Græcorum, qui in tota quidem Græcia suam tuebatur magnitudinem, & æqualitatem cum Solari (aut, si velis, etiam cum Iuliano) quantùm rationes illorum temporum ferebant; ac proinde suos Græci habebant menses, & suas statas intercalationes, per quas annus redibat ad sua initia, quæ interdum deserebat. In hoc tamen varietatem recipiebat Græcus annus quòd singulæ penè Græciæ nationes suos haberent menses diuersos, & aliqui ab Autumno, alij à Solstitio, & Plenilunio, alij aliter suum inciperent annum: quem etiam æquabant Solari, embolismo vario, siue mensem intercalarem spectes, siue Periodorum longitudinem, siue dies ipsos intercalares, quos nempe alij tantùm post 4 vel 8 annos intercalabant, & proinde plures addebāt: alij citius & sæpius, ac proinde pauciores, quàm in illis, tetraëteride, octaeteride Attica, & enneadecateride. Atque ex hac iam diuersitate profluxit illa annorum varietas inter Græcos, de Periodo Macedonica, Attica, Olympica, Pythica, Delphorum, Thebana, & similibus: in quibus *Cleostratus Tenedius* *Artificium condēdi annus Græcorum.* (qui primus Græcorum Fastos dicitur correxisse) & alij tetraëteridis, & octaëteridis cōditores apud Græcos, suā exercebāt industriā, & annos suos, vel Lunares, vel alios instituebant, suasque cōplebāt Periodos, reductione ad Solarē annū. Sicut ergo apud Romanos quadrienniū Bissexti Iuliani, iustā anni reponebat mensuram, ita apud Græcos omnes, licet annorum esset diuersum initium: tamen erat etiam methodus intercalandi propria (quamuis diuersa,) qua redibat annus per embolismum ad verum principium. In vna octaëteride cōtinebantur duæ tetraëterides: hoc est, tetraëe-

tetraëteris communis, & altera embolimæa. Quarum prior habebat dies 1447. altera dies 1477. ob mensem intercalatum, seu embolismum octaëteridis. Habebant præterea octaëteridas, vnam popularem, alteram, *auctore Cleostrato*; vt ferunt, institutam, quæ erat in vsu apud Magistratum Atheniensem. Continebatque Periodus plures octaëteridas, in quarum numero describendo prolixus esse voluit *Scaliger*, tum alibi, tùm præsertim 1. *de Emendatione cap. de Periodo Olympica*: qui nouam suam emendandi tempora methodum, his & similibus non omnino solidis fundamentis subnixam exhibuit. Quamuis autem in octoëteride intercalabatur mensis vnus, aliqui tamen non malè excipiunt vltimam octoaëridem; vt pote ἀντιμβόλιμον. Quod spectat ad Tetraëteridem (quam includebat octaëteris) voluit eius cōditor, duos dies singulis annis cuiuslibet Tetratëeridis intercalari, qui dicebantur ἡμέραι ὑπερβάλλουσαι (etiam apud Elidenses.) Et quia illo biduo fiebant creandorum Magistratuum Comitia Athenis, & proinde Attica erat sine Magistratu ordinario. dicebātur dies illi ἀναρχοὶ ἡμέραι. Quia verò hi duo dies singulis annis intercalati, efficiebant dies 8; excurrente tota Tetraëteride, ác propterea (vt obseruatione est deprehensum) diem vnum in Tetraëteride redundantem, excogitauerunt τὴν ἐξαίρεσιν per quam alio aliquo mense demebant anno diem vnum, *vt Cicero in Verrinis notauit.* fiebat autem ἐξαίρεσις anno tantùm 4. & mensis ille cui eximebatur dies, erat cauus, reliqui pleni putantur. ἐξαίρεσις ergo ista competebat omni Tetraëteridi, & 2 die Βοηδρομιῶνος eam fieri *notauit Plutarchus.* Duos etiam aliquando dies eximi notauit idem *Cicero in Verrinis*, prout Lunæ rationes interdum postulabant.

Iam de his, quorum opera hoc putandi temporis artificium excogitatum est, deque huius inuenti exordijs, hæc accipe. Laboratum à multis est. vt in his annis exhibendis, cùm alia pleraque, tum vel maximè πρυτάνεια apud Athenienses, Iphiti Olympia apud Elidenses, Delphis Pythia, Athenis Panathenæa, & similes vel Ludi, vel religiones suam ritè tuerentur sedem, mensem, & Neomeniam: ac præcipuè id agebatur, vt cursus Solis & Lunæ aliqua ratione æquarentur inter se, in aliquo definito annorum decursu: hinc enim de illarum rerum sede & die constare debebat. Inter insigniores verò & ferè primos, qui operi manum admouerunt, fuit *Harpalus*. Hic veteres Olympiadum Tetraëteridas reduxit ad octaëteridas, quas muniuit embolismæo mense, ἀνάρχοις ἡμέραις, alijsque præsidijs, vt captus illius temporis ferebat. Plerique octaëteridas quidem ediderunt sed hanc huius temporis, & πρυτανείας octoëterida, *Censorinus*, & alij merito ascribunt *Harpalo.* In hac *Harpali*, & πρυτανείας octaëteride. Gameliū mensis Autumnalis caput erat anni, tam πρυτανείας, quàm popularis: nihil enim mutauit de veteri consuetudine illa, qua priscus annus Tetraëteridis incipiebat à Bruma. De anno præcisè, quo floruit *Harpalus*, non constat. Certum tamen est, satis diu fuisse, antequam Græci cœperint putare annos suos ab Hecatombeone, quod accidit post inchoata Panathænea maiuscula, quæ leguntur instituta anno 3. Olymp. 53. Cæterùm non fuit constans & solida hæc anni ratio Harpalea. Quare, cùm in eius octaëteride error deprehenderetur, nec ea Periodo finita recurreret æquabiliter Lunæ cursus cum Solari, *Meton* (*de quo ad annum* 3571) excogitauit enneadecaterida cum embolismis, & adiectitiis diebus. Hæc Periodus habebat menses πρυτανείας 235. & ab Hecatōbeone sumebat anni caput. Postea tandem *Metonis* etiam anno deprehenso in vitio, vtpote in cuius Periodo adhuc Sol & Luna non conficerent æqualem circulum, successit Periodus *Calippica*, sine appendicibus, & scrupulis, *vt colligit Scaliger. Vide annum expansum nostrum* 3673 Hanc sibi Periodum acceperunt Athenienses, & hoc Lunari anno deinceps vsi sunt. Et quamuis *Hipparchus* postea aliam dederit Periodum, ea tamen illi non sunt vsi. Putatur nihilominus mutata postea Epocha temporis: nam post mortem Alexandri quando Macedones rerum potiebantur, in Græcia, & Asia institutum est, vt initium anni sumeretur à tempore victoriæ Alexandri, nempe ab Hyperberetæo mense AEquinoctii Autumnalis. En magnam interim in Græcorum anno varietatem & inconstantiam. In quo etiam & illud notatur instar Tekupharum Hebraicarum, fuisse (variis tamen temporibus) in vsu quatuor anni quadrantes, quamuis non apud solos Græcos. primus quadrans designabatur 7 Ianuarij, vnde veteres Attici incœpisse dicuntur annum, & maior pars Græciæ idem dicitur fecisse. Secundus quadrans erat ad octauam

Inuentores huius artificij.

Harpalus.

Meton.

Calippus. Atheniensis annus.

Anni quadrantes.

Aprilis,sed hinc incipiebant Persæ aliquando,& Chaldæi. Tertius notabatur 8 Iulii,vnde incipiebant Elidenses,& tandem Athenienses in suo anno πρυτανείας. Quartus designabatur 7 Octobris: vnde etiam Hebræi olim suum annum inchoabant. Antiquitus quoque Græci pro initio anni notabant τροπὰς χειμερινὰς, quas tandem *Harpalus* fixit 9 Ianuarii, *Eudoxus* 27 Decembris. Has τροπὰς alii κέντρα vocarunt. Sed hæc vniuersè: nunc de singulis quibusdam annis tum Græcorum, tum aliorum.

26 *Annus Olymp. Elidens.* Atque hinc 1 licet coniicere, quis,& qualis fuerit annus Olympicus apud Elidenses, & quibus ille constaret embolismis; siue in Tetraëteride sua, siue in octaëteride siue demùm in alia Periodo Olympica, si numerum ineas. Nam de huius anni Olympici initio satis dixi *cap.*10.*num.*15. vbi de Plenilunio ac 1. mense. Quibus etiam concurrentibus celebrabantur Panathenæa Athenis. Si quæras de singulis annis Olympicis,essent ne Solares, an Lunares; certè neutri syderi penitus conuenisse, rectè videtur monuisse *Scaliger*. Illud obserua, ob discrepantes Elidensium ab alijs nationibus menses, & embolismos, rarò conuenisse Olympicum mensem Elidensium, cum aliarum nationum Periodis. Ex quo necesse fuit, vt Olympias in vniuersa Græcia, per præcones ediceretur, designantes & mensem, & diem. *Macedonicus.* Alius Græcorum annus fuit Mocedonicus, cuius primum mensem fuisse Xanticum *cap* 17.*notamus*, de quo fit mentio 2.*Machab.*11. *& apud Iosephum sæpe*,quem Aprilem interpretantur *Suidas*,*& Euagrius lib.* 4. *cap.* 9. Macedones diu suum annum inchoabant à 1 Luna Verna, vt *Hebræi* in suo anno interdùm faciebant. Varios enim (vt dixi) habebant Iudæi annos. Constabat annus Macedonicus mensibus 12, *quos recensui cap.* 17. & à 1 illa Luna noua inchoabant primum anni & Xantici mensis diem. Habebant etiam annum Embolismæum, & rationem æquandi tempora propriam. *Atticus.* Ex his tandem colligi potest, qualis fuerit ille Græcorum annus, qui Atticus vocari solet,& cuius 1. mensis Hecatombæon tandem fuit: Non caruit intercalatis diebus, Tetraëteride,& octaëteride, de quibus iam satis. Idem annus ab Æstiuo Solstitio, siue à prima Luna Solstitium proximè sequente, saltem post *Methonis* tempora, inchoabatur, & à meridie primi diei Hecatombæonis. Illa verò mensium intercalatione, Attici æquabant Solaribus octo annis, suos penè Lunares. Quare Atticus annus integer constare videtur 8 annis, seu octoaëteride Iuliana. Sicque anno per intercalationem ad sua principia regresso, Hæcatombæon redibat ad mensem Iulianum eum,vnde primum sumpserat exordium. Nam (quod aliis etiam Græcis commune erat) vagum esse oportuit Attici anni principium, & in vicinos menses Romanos retró labebatur. Vt hinc etiam videre liceat,cùm Græci in Historiis notant mensem victoriæ,pugnæ,aut similium rerum, bene expendendum esse, quota parte octennij aut tetraëteridis signetur mensis, si planè cupis intelligere, quis Romanus mensis designandus sit illi victoriæ: de qua re dixi *cap.*17. *num.* 12. Sed hactenus de annis Græcorum, iuxta probabiliorem Scriptorum narrationem, & de vsitata apud eos ratione frænandi licentiam dierum, extra legitimos terminos excurrentium.

27 *Romanus.* De anno Romano pleraque iam superius dicta sunt. Certè initio Regni Latini, & quo tempore incolæ nondum erant ad politicam viuendi rationem reducti, constare debet, nullam adhuc veram fuisse ibi anni rationem: sicut nec vlla est constans & definita legibus apud alias barbaras nationes orientis Solis, vel occidentis. Quid veró sub Romulo & Numa (quæ cultiora aliquantulum erant tempora) actum sit de anni correctione, satis est superius indicatum. Quam rem prosecutus quidem est *Lalamantius* citatis authoribus. Sed quod de decem mensibus scribit vsque ad Numam, *Scaligero*, & aliis quibusdam recentioribus fictitium videtur. Nos rem attigimus *cap.*10. *num.* 26. His tandem, hæc de hoc anno Magno adde.

28 *De anno Magno.* Varius hic annus reperitur. *Meton* Lacedæmoniensis, annum Magnum, vt ipse dicebat, inuenit,qui esset 19 annorum, & ἐννεαδεκατηρὶς dicebatur. Alii huic numero addebant intercalationes 7. *vide Scalig. lib.* 2. *de Emend. temp.* *Iosephus libr.* 1. *Antiq. cap.* 8. scribit Magnum annum constare annis sexcentis. *Hipparchus* annis 304, annum, quem ipse vocat Magnum, circumscripsit. Et bis centies decies intercalabatur. *Plu. de placitis Philosophorum lib.* 2. *cap.* 32. magnam opinantium varietatem de hac re recenset. Et *Cicero in Somnio Scip.* quæstionem quidem proponit, sed sine decisione relinquit, nec audet suam proferre sententiam. Annus Magnus Chaldaicus 12 annis

vertentibus cõplebatur,& ideo *δωδεκαετηρὶς* dicebatur. Fuit & *ὀκταετηρὶς*, itẽ & *τριετηρὶς*, duorum vertentium annorum. Vnde mysteria, alternis annis Baccho celebrata, dicebantur Triëterica. AEgyptij suum annum Magnum inchoabant ab ortu Canis matutino seu Heliaco, & *κυνικὸν* vocabant, quoties primus dies Thoth cum ortu isto Canis conueniebat, continebatque annos communes AEgyptiacos 1461. Restant *Platonis* & *Aristotelis* placita. Firmamentum proprio motu percurrit vnum gradum Zodiaci annis 200. & proinde totum absoluit Zodiacum annis 49000. Et aliqui hoc spatium vocant Magnum annum Platonis, quo scilicet omnia sunt pristinum ordinem habitura. *Aristoteles*, *apud Censorinum*, appellat eum annum maximum, quem planetarum orbes conficiunt, dum ad idem Zodiaci signum, vbi aliquando simul fuerunt, vnà regrediuntur. Huius tanti anni Hyemem vocant Diluuium, seu *κατακλυσμὸν*, AEstatem verò *κοσμεκπύρωσιν*, seu Mundi conflagrationem, quasi hoc interuallo Mundus exaquescat, & ignescat. Hunc annum *Cicero* non malè vertentem appellauit, & *Aristarchus* putauit eum constare annis nostris vertentibus 2484. *Macrobius* 15000. Alii 5452. alii aliter. Sed de anni varia ratione apud varios hæc sufficiant, vnde Iuniores chronologorum scripta faciliùs, & inoffenso pede percurrant, & præter hanc rerum antiquarum non inutilem cognitionem, sciant porrò quàm possint firmi esse temporum characterismi, quos ex his diuersarum gentium mensibus, embolismis, & Neomeniis, aliqui temporum Emendatores rectè se colligisse putant, & demonstratiuos esse sibi persuaserunt. *Cynicus AEgyptiorum.*

DE ANNO APVD SINAS.

Apud Sinas annus Lunaris est, vt olim apud Hebręos; & Lunas continens duodecim. Componunt autem cursum hunc Lunæ cum motu solis, dum bis inserunt intercalarem tredecim Lunarum, circa quintum quemlibet annum. hi autem duo Lunares menses intra quinquennium additi, exæquant illis vtriusque syderis motũ. singulis præterea annis Kalendarium edunt à Mathematicis elaboratum; in quo Solis & Lunæ motum computant, & inter se cõponunt, indicantque excurrentis anni Phænomena. Nouilunia, & Planetarũ motus in dies singulos. Atque hinc primò fit, vt nõ egeant Cyclo decennali Europæo, vel aureo numero, ad cõponendum solis & Lunæ cursum. Annua enim illa supputatio data in publicum à Mathematicis sumptu regio, omnia supplet & subministrat. Deinde fit, vt nec habeant, nec velint habere Kalendarium perpetuum. Initium anni apud Sinas est à vere. & hoc quidem nostro tempore, primus anni mensis ad nostrum pertinet Februarium. Adscribũt enim in Zodiaco signum, proprio nomine apud eos notatum, incidens in quintum nostri Februarii. Distat sesquimense ab Aequinoctio verno. & Nouilunium quod huic signo proximum est, statuunt pro anni principio.

Cæterùm, vt coronidis loco hoc tandem adiiciam, non solùm varia fuit anni ratio, sed & annorum Epocha apud varias nationes. Quàm rem ex his, quæ hactenus dixi, vtcumque notam, inter alios subindicauit clarè *Eusebius, in Chron. anno secundo Probi*, licet oratione, nescio cuius, vitio perturbata, dum sic scribit: Secundo anno Probi, iuxta Antiochenos 325 annis; fuit iuxta Tyrios 402. iuxta Laodicenos 324. iuxta Edessenos 388. iuxta Ascalonitas 380. Sic ergo variis rationibus variæ fuerũt Epochæ, quas annorũ terminos, capita, & prima putãdi initia solemus nominare. Habebãt nimirum vrbes & nationes, suæ coloniæ, aut libertatis *χρηματισμὸν*, & definitam Epochã à tẽpore *αὐτονομίας αὐτῶν*. Sic de Antiochena Epocha, passim *Euag.* annosq; Antiochenos, *χρηματισμὸν* vocat τ *Αντιοχείας. ἀπὸ* τ *αὐτονομίας αὐτῶν*. Ac si dicas, Cõputum, vel Æram libertatis Antiochensiũ. Fuit, inquã, illis hæc libertatis Aera, qua tũc Iulius Cęsar leuauit Antiochẽses, tributis in aliquot annos remissis, ipso Cæsare secũdùm, & Seruilio Coss. anno V.C. 705. & iuxta hanc Aerã notat *Euagr.* Iustinianũ à Iustino seniore assumptũ ad imperium anno *τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Αντιοχείας* 575. Cœpit hæc Epocha triennio ferè ante 1. Kal. Ianua. Iuliani, *vt habet Tabula cap. 18 affixa*. Ita vt primus annus Iulianus sit quartus Antiochenus, saltem inchoatus. *Vide annos Christi expansos 117. & 280.* Similes nos Aeras alibi etiam notauimus, quibus sua propria designata sunt initia. Epocha quoque Laodicæna à Iulio Cæsare est, & cœpit anno proximè Antiochenam sequente. Alia est & Tyriorum Epocha, quæ incœpit à deducta colonia Tyriorum, fortè per Syriæ Reges, tempore Deme- *Annorum Epocha diuersa.* 29

trii,& Antiochi Gryphi,quando Hircanus præfuit Iudæis. Certè in Concilii Chalcedonensis actis, annus Christi 448 numeratur annus Tyriorum 574. Et hinc facile est inuenire caput Epochæ Tyriorum. Ascalonitarum Epocha, quam cum reliquis numerat *Eusebius*, incipit similiter ἀπὸ τῆς αὐτῶν αὐτονομίας. Sed vt tota Herodis chronologia, ita hæc Epocha satis est incerta. Alia omitto. Nunc satis sit vno in loco, & paucis attigisse quàm varia sint initia in annis putandis apud varias nationes, imo interdùm sub eodem Principe, vt iam in Cæsare vidimus; & de Diocletiano aliqui obseruant, *quod notamus ad annum Christi* 284. 301. *&* 304. Huius verò
30 Principis Aera perspecta, aliquid lucis confert, ad Paschalis Cycli initia deprehendenda. Numerabantur enim in illis Ecclesiæ Cyclis Paschalibus anni Diocletianæi, vsque ad illud Paschale Alexandrinorum, quando dato nouo Cyclo per Dionysium Exiguum, & appositis ab Incarnatione Christi annis, damnata est illius Tyranni memoria, *vt iam monui num.* 18. Cycli huius Dionysiani fragmentum recitat *Marianus, Scotus in Chronol.* Apud Romanos verò Imperatores Epocha Indictionum, (*de qua ad annum Christi* 312 *agendum est*) extinxit annos Diocletianæos. Sed de hoc iam satis *num.* 18. Atque de anno hactenus. De Mensibus *vide cap.* 17. *in fine.* De hoc Cyclo prolixius Scaliger de Emendat. *lib.* 5. *cap.* de Epocha Aegyptiorum Diocletianæa. & quæ nos ad annum Christi 527.

DE MODO RECTE LEGENDI *historias, & ordine iuxta seriem temporis dum leguntur seruando.*

CAPVT XX.

QVoniam, vt initio monui, magna est historiarum, & chronologiæ
1 connexio, non erit abs re, si post chronologiæ explicationem, subiungantur hic, in gratiam studiosæ Iuuentutis, pauca quædam, ὡς ἐν παρέργῳ, capita, quæ historicos omnes indicent, & Methodum breuem proponat, rudioribus quidem ignotam, sed planè necessariam, ad historias iuxta seriem temporis ritè ac facilè legendas.

De ijs, quæ ante lectionem historiæ paranda sunt.

2 QVi historias lecturus est, vt ex ea re vtilitatem (quæ sanè amplissima est) citò & facilè percipiat, initio (quod multi obseruârunt) Topographiam regnorum atque locorum omnium ex accuratis Tabulis Geographicis habeat perspectam: mirum namque est, quantùm ea res & memoriam iuuet, & lucem ferat. De-
3 inde (quod præcipit *Polybius*) totius Orbis historiam studeat in Epitomen redactam habere, & sic vno velut intuitu omnia mente complecti, qualem nos Synopsin in his Quæstionibus chronologicis aliqua ex parte exhibere conati sumus, in prioribus Capitibus cuiusque Periodi hoc est, secundo, quarto, sexto, octauo, decimo duodecimo, decimoquarto, decimosexto, & decimooctauo: præterquam quod ipsa chronologiæ series etiam, vel plurimum ad hoc conferat, si perlegatur attentè: nec paruam lucem afferent, quæ hac quoque tractatione de historicis dicentur.
4 Tertium his addendum, est de chronologia & consignatione temporis, vt singulis rebus sciat quisque, propriam annorum seriem & temporis sedem assignare. Quam rem ex professo in tota hac chronologia tractamus, ac proponimus Lectori. His verò rebus ita comparatis, addat tandem quartam, vt præcipui nempe hi-
5 storici legantur, qui de vniuersa mundi historia, aut parte aliquâ rectè scripserunt. Sed dum hoc fit, duo præstare expedit: vnum, vt præter bellorum & pom-
6 parum descriptiones, notentur vel maximè illustrium personarum ingenia, mores, consilia, dicta, exitus denique, causæ rerum, & casuum nobilissimorum, & ex iis rursus ea præsertim, quæ cuique iuxta vitæ rationem, quam delegit, siue concio-
7 nando, siue Rempubl. administrando, siue aliter deseruire imprimis videbuntur. Alterum est, quod in hac Synopsi historicorum præcipuè subindico, vt eo ordi-

ne legantur historiarum Scriptores, qui est ipsarum rerum gestarum: & ex quo velut continuatam Mundi historiam Lector reperiat. Sed iam hoc ipsum explicandum aggredior.

De ratione serieque temporis seruanda, vt rectè perlegantur hi historici.

NOn inutilem legendi historias rationem edidit *Sigonius*, singulis temporibus proprios consignans Scriptores, descriptoresque rerum, quæ tunc acciderunt. 8
Idem, sed alia methodo, præstiterunt recentiores nonnulli, qui non tantùm tempora, sed historicorum etiam scripta partiuntur, vt inde habeat Lector, non tam quis historicus post alium sit legendus, quàm, quæ partes vnius historici, post partem aliquam alterius perlectam, interponi debeant. Mihi certè videtur historias lecturo satis consultum, si omissa subtiliore hac partitione ac molesta, Scriptores sciat iuxta ordinem temporis tum distinguere; tum rectè seligere, qui primi, qui deinceps, ac postremi legendi sunt; nec aliter quàm toto scriptore aliquo perlecto, ad alium euoluendum accedat. Est enim ratio hæc legendi historias facilis admodum, & minus (vt opinor) confusa. Quare (vt rem hanc paucis expediam) non alia lege aut præceptione opus esse existimo, quàm vt Lector eum sequatur ordinem, quo nos deinceps Historicos notamus, & recensemus. Nam in eum hic finem ordine recensentur, & partim quidem vt appareat, in quo singuli argumento versentur, & quando floruerint; partim ac ferè præcipuè, vt rectus ille legendarum historiarum ordo ante oculos ponatur.

Græci Historici quid tractent, quando floruerint, & quo ordine legendi.

PRimum inter Græcos locum habeat *Herodo. Halicarn.* qui initio belli Peloponesiaci floruit, anno 3573. & ferè incipit vbi Sacra finitur historia. Nam complectitur tempora Esdræ, ac Nehemiæ;& Persici Imperij (cuius initia sunt in Sacris Literis) res gestas abundè describit, vsque ad bellum Xerxis. Itaque lib. 1. inchoans à Gige quinto Lydorum Rege, quem ante captiuitatem Babylonicam locamus ad annum 3289; produxit historiam, cùm de alijs tum de Cyro, Dario,& Xerxe per nouem libros vsque ad fugam Xerxis è Græcia, de qua nos anno 3525. hoc est, per annos circiter 238. Et, si à Cyro numeres, per annos 157. Singulorum librorum *Herodoti* Synopsim *habes qq. cap.* 14. *num.* 3. 9 *Herodotus.*

Post Herodotum legenda est historia *Thucydidis*, qui Dux fuit & scriptor belli Peloponesiaci. Incœpit enim ab expetitione & fuga illa Xerxis, *de qua nos ann.* 3525. *& qq. cap.* 14. *num.* 3. produxitque historiam de hoc ciuili inter Græcas ciuitates bello, per libros 8. vsque ad annum vigesimum belli Peloponesiaci, quamuis *Diodor. lib.* 11. notet libros 9. & annum belli Pelo. 22. Scripsit historiam per annos ferè 70. his enim 20 annis, si adnumeres 50 qui fluxerunt à expeditione Xerxis, *de qua dixi ad annum* 3523, vsque ad hoc bellum inchoatum, erunt anni 70. *Vide annum Orbis* 3573. Quid verò Thucydides singulis Historiæ libris sit complexus, *vide qq. cap.* 14. *num.* 17. Extant apud hunc Historicum orationes & deliberationes valde illustres, præsertim lib. primo, & tertio. 10 *Thucydides.*

Historiam Græcorum, vbi finit *Thucydides*, inchoat *Xenophon Athenienfis*, ac proinde ab anno 20 belli Pelopon. Hic ⁊ illis ἑλληνικῶν παραλειπομένων, id est, derelictarum rerum Græcarum libris, per annos circiter 40, Historiam de bellis Græcorum, & præcipuè inter ipsas ciuitates gestis protraxit, scilicet vsque ad prælium Epaminondæ, seu Lacedæmoniorum & Thebanorum ad Mantineam. *Vide annum Orbis* 3641. Interfuit hic *Xenophon*, & Dux laudatus, expeditioni Cyri Iunioris aduersus Artaxerxem Mnemonem, eoque in acie occiso, reliquias exercitus incolumes reduxit in patriam, 3603. De hoc Cyro latè *Plutarchus in Artaxerxe* ferè initio. Scripsit porrò *Xenophon* Cyri maioris παιδείαν, non ad fidem Historiæ, *vt notat Cic. secundo de Orat.* sed vt imaginem veri Principis exprimeret, quem librum nunquam è manibus deponebat Scipio Africanus Maior. Ferunt *Xenophontem* hunc, ob sermonis suauem venustatem, vocatum apem Atticam. 11 *Xenophon.*

12 *Gemistius.* Historiam post *Xenophontis* ἑλληνικὰ promouet *Gemistius*, dictus *Plethon Byzantius*. Hic duobus libris velut compendio complexus est ea, quæ apud Græcos & Persas gesta sunt; inchoans sua, vbi intermisit *Xenophon*, à prælio ad Mantineam: & pertingens ferè ad finem Persicæ Monarchiæ, hoc est vsque ad mortem Philippi patris Alexandri Magni. Hos duos libros inscripsit ἑλληνικὰ, vt fecit *Xenophon*. Extant Gallicè editi, & *Herodoti* libris Gallicè editis adiuncti.

Qui deinceps sequuntur Græci Scriptores, quamuis non inchoent narrationem vbi priores desierint, vt fecerunt, quos hactenus recensui, (plura etenim ex instituto complexi sunt, tum antecedentia, tum consequentia) tamen ita subsequentes quoque scripserunt historias, vt ex illis etiam seligere possit Lector continuatas narrationes rerum gestarum, iuxta seriem temporum.

13 *Diodorus.* Primus in hoc ordine sit *Diodorus Siculus*, quem *Eusebius* meritò illustrem virum vocat. Hic primus inter Græcos nugari desiit, *inquit Plinius*, & exordium sumens à rebus antiquissimis, etiam ante Troianum bellum gestis, peruenit vsque ad tempora Julii Cæsaris per libros 40. ex quibus 5 primi libri (quos aliqui in sex distinguunt) sunt de rebus, quæ bellum Troianum antecesserunt. Vndecim autem sequentibus (vt ipsius *Diodori* verba ex libro primo apponam) à Troiano bello vniuersitatẽ rerum gestarũ, vsque ad Alexandri mortem memoriæ inquit prodidimus. In iis, qui supersunt 23, reliqua omnia gesta collocauimus, vsque ad initium belli, Romanis aduersus Celtas exorti. Hæc ille. Numerat etiam historiæ suæ annos, à bello Troiano vsque ad bellum illud Gallicum, *Appollodorum* Atheniensem in hoc sequutus: efficitque à Troiano bello, scilicet inchoato, vsque ad bellum Gallicum annos 1138. quod etiam cum nostris annis expansis optimè conuenit: nempe numerando ab anno Orbis 2810. vsque ad 3947 completum: ponimus enim euersam Troiam 2820. *De hoc historico vide cap. 18. numero 9.* Cæterùm ex 40 illis Diodori libris, extant tantùm 15. nimirum quinque primi cum quibusdam aliis, qui sunt à decimo excluso ad 20. Ex quibus decimus sextus sequitur statim post ἑλληνικὰ *Xenophontis*, in quo agit de rebus Macedonum, & Philippi. In fine verò libri 20, qui est postremus eorum, qui extant, peruenit ad eam historiam *Liuij*, quæ extat. Finit enim in Demetrio, quem producimus ad annũ Orbis 3719. qui fuit annus à Palilibus 459. & trigesimus ante primum bellum Punicum, à quo tempore continuatam habemus *Liuij* historiam, & aliorum, de quibus mox.

14 *Dionysius Halicarnasseus* Sequitur inter Græcos *Dionysius Halicarnasseus*, qui floruit tempore Augusti, Pompeio Magno familiaris. Scripsit magna fide & diligentia res Romanorum ab Vrbe condita ferè, vsque ad principium primi belli Punici. *Photius* putat peruenisse solùm ad bellum Pyrrhi, quod aliquot annis Punicum præcessit. Extant tamen solùm vndecim priores libri, qui desinunt ad annum Vrbis 312. Orbis verò 3563. vt ibidem notatum est; scilicet 12 annis post receptam Legem 12 Tabul. Quare desinunt, qui extant 176. annis ante primum Bellum Punicum. Tot ergo annorum historia interiit. extant porrò quædam eius Opuscula, vt de vita Demosthenis, & quædã alia. Qui autem vult integram historiam, & protractam vsque ad primum Bellum Punicum, opus est vt eam suppleat *ex Diodoro, & Liuio.*

15 *Polybius.* Post hos, numerandus est inter Græcos *Polybius* Megalopolites ex Arcadia, Scipionis Iunioris præceptor, vt aliqui volunt, & certè indiuiduus comes. Hic inter alia, historiam Romanam à primo bello Punico exorsus est. Sed ex 40 libris,

16 quos scripsit, tantùm extant 5 priores, & Epitome duodecim sequentium librorum, qui pertingunt vsque ad bellum inter Romanos & Philippum Macedonem, quod finito Punico secundo geri cœptum est, anno Orbis 3804. *De Polybio vide an. 3851. 3855.*

17 *Plutarchus.* *Plutarchus* Cheronẽsis, & Traiani Principis moderator, Græcam historiam describit in Vitis Illustrium Græcorum Ducum; quas fusè & copiosè scribit, à Theseo Athenarum Rege 10, vsque ad Philopomenem Achæorum ducem; qui vixit tempore belli inter Antiochum Magnum & Romanos, *de quo ad annum Orbis* 3813. Idem in Vitis, Romanos duces à Romulo vsque ad Othonem & Galbam perduxit. Omnino ergo Græcorum & Latinorum Vitas scripsit 50.

18 *Appianus.* *Appianus* Alexandrinus floruit sub Adriano, & vsque ad M. Aurelii Imperium. Libros Historicos putatur scripsisse 24. quorum tamen extant solùm 13. *Vide Photium in Bibliot.* Huius etiam historici meminit *Suidas.* Scripsit hic rerum Romanarum historiam à prima origine Romuli, eamque produxit vsque ad Augustum, & inde

& inde etiam sparsim vsque ad Traianum: Nam lib. 3. 4. & 5 Bellorum Ciuilium (qui extant) Romanæ Monarchiæ, & Augusti initia diligenter est prosequutus, tamen aliqua illi temeré exciderunt, & cum delectu legendus est. Ex 24 libris primus inscribitur Regalis, scilicet de 7. illis Regibus Romanorum. Secundus Romanorum Italica habet. Tertius Samnitica. Quartus Celtica. Quintus Sicula. Sextus Iberica. Septimus Hannibalica. Octauus Lybica, Punica, & Numidica. Nonus Macedonica. Decimus Græca, & Ionica. Vndecimus Syriaca, & Parthica. Duodecimus Mithridatica. Sequuntur nouem libri de Bellis Ciuilibus Romanorum, seu περὶ ἐμφυλίων, vt numerat *Photius*. Liber 22. habet annorum centuriam, seu ἑκατοντάδα. Vigesimus tertius Dacica continet. Vigesimus quartus Arabica.

Dio Cassius, natus Nicææ in Bithynia, & sub Alexandro Seuero Consul. Hic scripsit libris 80, Historiam à Palilibus ad annum Christi 231. quo ipso anno, Imperante 19 *Dio*
Seuero, ponitur alter eius Consulatus. Sed extant tantùm libri 26, qui sunt à libro 35 qui extat, vsque ad 60 inclusum hoc numero, & serie extantium librorum. Extat & Epitome per *Xiphilinum*, prioris *Xiphilini*, Patriarchæ Constantinopolitani ex fratre nepotem, vt ipse testatur in Augusto ad lib. 53. Vixit circa annum Christi 1067. sub Imperatoribus Constantino, & Michaele Duca. Continet Epitome historiam ab Augusto ad Alexandrum Seuerum. Confecta enim est hæc Epitome ex 46 posterioribus libris Dionis.

Herodianus item Alexandrinus scripsit 8 libros Historicos de Romanis Principibus sui temporis; nempe à morte Aurelij, vsque ad Gordiani Iunioris initia, anno 240. Historicus est à multis laudatus. 20 *Herodianus.*

Zosimus, Græcus & Ethnicus Scriptor, tempore Arcadij & Honorij floruit. Complectitur res gestas à morte Cari, seu ab anno Christi 283, & peruenit ad Arcadium. Huius varia mendacia refutauit *Baronius Tom. 3. in Constantino*. fuerunt alij Zozimi, sed Christiani, & pietate insignes, ex quibus etiam aliqui fuerunt Martyres. Iam 21 *Zosimus.*
verò ab Arcadio seu anno Christi 395, ad Iustinianum (qui cœpit anno 527) Historiam Romanam Græci non omnino omiserunt. Nam *Nicephorus Callistus* narrationem suam à Christo exorsus, peruenit ad initia Heraclij Imperatoris, seu ad mortem Phocæ. Vbi *Nicephorus* quidem numerat annum Christi 625. Melius tamen Latini 601. Malè etenim à Græcis plerisque scriptoribus, Christi anni numerantur. Quod addo, vt minus mireris, annum, quo illi suas finiunt historias, aliter hic interdùm notari, quàm apud eosdem, vel alios scriptores. *Nicephorus Callistus.*

Procopius è Cæsarea Palæstinæ oriundus, floruit tempore Iustini & Iustiniani Impp. & Bellisario à secretis circa annum 530. expeditiones Bellisarii, easque plurimas, per Europam & Asiam diligenter descripsit. Duos ex *Procopij* libris in compendium redegit *Photius*: fuerunt & alii huius nominis, nempe *Procopius Gazæus*, qui Homeri Metaphrases, & edidit *Procopius Sophista*, qui Commentarios edidit in aliquos Bibliorum libros, de quibus idem *Photius*. 22 *Procopius*

Post *Procopium*, res sub Iustiniano gestas prosequutus etiam est *Agathias* Smyrneus, libris 5. sub ducibus Bellisario, & Narsete. Floruit sub Iustiniano. Plura de eo *Suidas*, & nos infra. 23 *Agathias.*

Iam sequentium annorum res gestæ euoluendæ, nimirum ab Heraclio ad Carolum Magnum, qui cœpit imperare anno 801, & inde ad Othonem Magnum (anno 936) ac postremò ad Alexium Comnenum, & tempora Henrici quarti regnantis anno 1057. Has historias cum ampla regni Constantinopolitani descriptione habes apud *Zonaram*, *Laonicum*, & *Nicetam*, vt sequitur. 24

Ioannes Zonaras Byzantinus sub Alexio Comneno Imp. Constantinop. historiam scripsit à Mundi principio, vsque ad eundem Alexium, & annum Christi 1117. Idem, vnà cum Carthaginensibus Conciliis, collegit 7 Concilia Oecumenica, & præter alia, Epistolas quasdam aliquorum Patrum antiquorum. 25 *Zonaras.*

Laonicus Chalcondylas, Atheniensis hanc historiam prosequitur: & libris 10 perducit narrationem ad annum Christi 1453, quo capta est Constantinopolis à Turcis, duce Mahomete secundo, & denique vsque ad annum Christi 1464, hic res Turcicas ex professo est prosequutus. *de quo infra numero* 51. vixit tempore Friderici 3 patris Maximiliani. 26 *Chalcondylas.*

Post *Zonaram* quoque *Nicetas* Phrygius historiam prosequitur. Nam inchoans narrationem ab anno Christi 1117. quando cœpit regnare Ioannes Alexij Comne- 27 *Nicetas.*

ni filius, peruenit ad sua tempora,& annum Christi 1204. quo etiam tempore capta
28 est Constantinopolis à Balduino, Comite Flandriæ renunciato Imp. & Venetis. fu-
Nicephorus Gregoras. it alius *Nicetas* Monachus, cognomento *Pictoratus, de quo Sigeb.*

Post *Nicetam* sequutus est Nicephoris Gregoras complectens 11 libris historiam
Constantinopolitani Imperii, nempe ab anno Christi 1203, vsque ad annum 1338.
Georgius Syncellus. Theophanes. Floruit tempore Caroli quarti Imperatoris ferè cum Petrarcha. Describit libro de-
cimo & vndecimo Imperium Andronici Iunioris, cuius fuit Consiliarius. *Georgius*
Syncellus Ecclesiæ Constantin. dedit chonologiam à creatione vsque ad Diocle-
tianum (quam produxit *Theophanes* vsque ad Leonem Armen.) hic scriptor Euse-
bium passim exagitat, de Theophane Baron. an. 813.

Atque hi quidē sunt ex Græcis illustriores, quique ex professo historias scripserunt.
29 *Strabo. Suidas.* Nam *Strabo*, *Athenæus*, *Philo Iudæus*, & *Pausanias*, licet historias illustrent, aliud
tamen ex professo tractabant. Floruit *Strabo* tempore Tiberii Cæsaris, imò & Augu-
sti: ac plurimas Græciæ historias reddidit clariores. *Suidas* etiam in consignando
tempore Illustrium Virorum diligens fuit, & magna ex parte historicus est. Hunc
Genebrardus putat floruisse circa annum Christi 855. Hos tamen plurium iudicio su-
Athenæus. perauit *Athenæus*, qui Marci Antonini temporibus viuens, insignem rerum pluri-
marum varietatē ex omnium gentium scriptoribus collectam habet. Quibus omni-
bus magnam lucem afferunt *Pausaniæ* Commentarii, quoad topographias, & fami-
30 *Pausanias.* liarum genealogias. Philo demùm in vita Mosis in legatione ad Caium, & alibi, res
gestas attingit plerasque. *Plures vide apud Photium, & hic infra num. 43* Hactenus de
Græcis, qui res etiam Latinorum scribendo sunt prosequuti. Sed multò melius La-
tini ipsi, vt iam dicam.

De Latinis historicis: quid tractent illi, quando floruerint: & quomodo legendi.

31 *Curtius.* INter insigniores, qui Latinè scripserunt historiam, meritò numerandus est
Quintus Curtius. Hic Lectori inter Latinos ordine primus esse potest. De quo
tamen vixdum sciri potest, quo floruit tempore, scriptor subtilis & clarus: res ge-
stas Alexandri Magni complexus est. Caret initio historia, quod suppleuit *Quin-*
tianus Stoa.

32 *Salustius.* *Caius Salustius*, Ciceroni infensus & σύγχρονος, libros historiarum edidit egregios
de rebus Rom. Sed perierunt à tempore Augustini, qui illis vsus est in libris de
ciuitate Dei. Quæ uerò de Catilina & Iugurtha scripsit, cum aliquot concionibus
extant.

33 *Cæsar.* *Caius Iulius Cæsar* edidit de Bello Gallico 7 libros: de Bello Ciuili tres. *Cæsaris*
libris additi sunt aliquot alii *Auli Hirtii*, quorum primus complet Bellum Gallicum,
secundus est de Alexandrino, tertius de Africano, quartus de Hispaniensi.

34 *Liuius.* *Titus Liuius* floruit tempore Augusti, & historiam orditur ab Vrbe condita, pro-
trahitque vsque ad annum Vrbis 744. qui est sextus annus ante natum Christum, &
annus Augusti circiter 21, ab Actiaca Victoria. Pauci tamen extant huius histo-
riæ libri. Scripsit enim Decadas 14 seu libros 140. Sed extant tantùm Decades,
prima, tertia, quarta, & dimidium quintæ, qui sunt libri 35. Reliqui verò libri, qui
sunt numero 95, desiderantur. Desideratur ergo inter alias secunda Decas, quæ (vt
ex Epitome *Flori* colligere licet) complectebatur annos illos 74, quibus Romani
gesserunt bellum, tum cum Pyrrho Epirotarum Rege, tum Punicum primum.
Tertia Decas, quæ extat, est tota de bello Punico secundo. Quarta de bellis cum
Philippo Macedonico, cum Antiocho, & Galatis. Demùm quinque illi quintæ
35 Decadis libri, perueniunt ad annum Vrbis 587, qui est Orbis 3839.

Velleius. *Velleius Paterculus* in rebus liberæ reipub. Rom. laudatus Scriptor, at cum Tibe-
rii & Seiani res tractat, veritatem historiæ neglexit. edidit Epitomen Romanæ histo-
riæ vsque ad annum 16 Tiberij, sub quo vixit Quæstor. Historiam hanc Rom. à
Tacitus. morte Augusti, vsque ad Traianum libris 30 complexus est *Cornelius Tacitus*, Præ-
fectus Belgicæ Galliæ sub Hadriano, quorum extant quinque priores, & qui sunt
à 10, vsque a d 21. habentes Historiam ab 8 anno Claudij, vsque ad obsessam à Tito
Hierosolymam, anno Christi 72, vbi nos de reliquis Taciti libris.

Cum *Tacito* vixit *Suetonius*, Magister Epistolarum Hadriani Imp. Vitas Cæsarum scripsit vsque ad Domitiani mortem, & annum Christi 98. *Suetonius.*

Plinius Iunior, *Tacito* intimus, vixit sub Traiano Principe: Romanorum Ducum gesta descripsit. Hoc monitore Traianus temperauit persequutionem · rem notamus Tom. secundo Chro. anno 104. *Plinius.*

36 *Ammianus Marcellinus*, Græcus, in Latino sermone parum versatus, Latinè scripsit Historiam Iuliani, Iouiniani, Valentiniani, & Valentis, à lib. 14. vsque ad 31. qui soli extant. Nam alioquin scripsit ab anno Christi 98. vsque ad 382. vixit sub Valentin. *Ammianus.*

Sextus Aurelius Victor, præter alia quædam, scripsit Imperatorum Vitas, ab Augusto vsque ad mortem Theodosij Senioris, sub quo vixit, vir Consularis. *Aurelius Victor.*

Paulus Orosius, Hispanus, & Augustini discipulus, vixit sub Honorio Principe. Sua ex *Eutropio & Floro* collecta reliquit, digna quæ legantur. *Vide annum Christi* 414. *Orosius.*

Marcellinus *Comes* scripsit Annales, vir Consularis, ab obitu Valentis vsque ad annum 10 Iustiniani Imperatoris. inde incipiens vbi desinit Am. Marcellin. extat To. 7. Biblioth. SS. PP. *Marcellinus Comes.*

Beda, Anglus, qui floruit sub Leone Iconomacho, scripsit Chronica ab initio Mundi vsque ad sua tempora. *Beda.*

37 *Paulus Diaconus* (quem *Baronius* anno 442, *Ioannem* nominari vult) historiam collegit à Valentiniano vsque ad Iustinianum, quam postea auxit *Landulphus*, & protraxit vsque ad Leonis Imperium. Extat de his *Historia Miscella*, quæ præter *Nicephori* chronologiam, & *Eutropij* historiam, habet hanc scriptorum, quos recensui, collectionem, in libros 24 digestā. [redacted]. De *Paulo Diacono*, qui Longobardorum scripsit historiam tempore Caroli Magni, dicendum numero 48. *Paulus Diaconus. Miscella.*

Anastasius, *Bibliothecarius* S. R. E. scripsit (licet stylo parùm Latino) historiam à Christo vsque ad Michaelem Seniorem Imperatorem Const. Floruit circa annum Christi, 860. & tempore Imperat. Ludouici 2. *Anastasius.*

Sextus Iulius Frontinus, vixit Neruæ & Traiani temporibus: non tam historiarum quàm Stratagematum dedit libros. *Florus* sub Hadriano vixit, cuius duplex extat Epitome, vna quidem *Liuij*, de qua supra in *Liuio*. Altera rerum Romanarum per quatuor libros. *Frontinus Florus.*

Aemilius Probus, Catonis Maioris, Græcorum, & Punicorum ducum Vitas scripsit scitè; floruit circa Photini tempora, qui vixit sub Decio. *Aemilius Probus.*

38 *Iulius Capitolinus*, qui sub Constantino floruit, Romanorum Impp. Vitas scripsit, vsque ad suam ætatem. Solùm tamen extant Vitæ Antonini Pii, Marci Antonini Philosophi, L. Veri, Pertinacis, Macrini, Albini, duorum Maximinorum, trium Gordianorum, Maximi, & Balbini. *Iulius Capitolinus.*

Aelius Lampridius sub Diocletiano scripsit etiam Imperatorum Romanorum Vitas. Tamen extant tantùm Commodus, Heliogabalus, Alexander, & Diadumenus. *Lampridius.*

Trebellius Pollio, qui vixit circa annum Christi 300. scripsit Vitas Imperatorum ab anno Christi circiter 255. hoc est, Valeriani Iunioris, Gallieni, 30 Tyrannorum, & Diui Claudii. Inchoauit ille quidem narrationem à duobus Philippis; sed desunt illa priora, vsque ad Valerianum Iuniorem. *Trebellius Pollio.*

39 *Flauius Vopiscus*, qui sub Diocletiano etiam vixit, *Capitolino*, & *Lampridio* aliquantulum iunior, scripsit Vitas Principum Romanorum ab obitu Claudii, & Quintilli fratris, seu ab anno Christi 271. vsque ad Diocletiani initia, vel Carini obitum. *Vopiscus.*

Aelius Spartianus vixit sub Diocletiano, & omnium tam Imperatorum, quàm Cæsarum Vitas scripsit, vsque ad sua tempora. Extant tamen solùm Adrianus, Aelius Verus, Didius Iulianus, Seuerus, Pescennius Niger, Caracallus, & Geta. *Spartianus.*

Vulcatius Gallicanus, *Spartiano* σύγχρονος, scripsit quoque Impp. Vitas, sed tantùm extat Auidius Cassius. Horum historicorum, qui num. 38. & 39 recensentur, scripta egregiè sanè illustrauit *Casaubonus*, & in vnum congesta Tomum emendauit. *Vulcatius.*

Flauius Eutropius, vixit sub Valente, & libris 10 ab Vrbe condita, ad Iuliani Principis mortem, Romanam historiam compendio complexus est, ex *Liuio* & *Sallustio* decerptam. Eius Epitomen Latinam, vertit, & Græcam fecit *Paanius*. Versio tamen liberior est. & quæ incauto Lectori imponet facilè. *Eutropius. Paanius.*

§. Secundus. De iis qui res Assyriorum, & Persicas scripserunt.

HAs res tractârunt post Sacras Litteras *Herodotus*, *Xenophon*, *Diodorus*, de quibus supra, & alii recentiores ,.quos §. præced.recensui. De Regni porrò Assyrii translatione ad Medos scribunt *Diodorus libr. 2. Iustinus libr.1. & Paterculus libr. 1.* Rursus Regni Medorum interitus, & translatio ad Persas, narratur ab *Herodoto li.1.* Horum etiam res gestas attigit *Ctesias Cnidius*,qui in expeditione Cyri Iunioris contra Artaxerxem captus, & ob medicinæ peritiam ascitus in familiam Regis est, vbi ex Regiis Commentariis historiam libris 23 compilauit, à Nino vsque ad captas à Lysandro Athenas,quando finitum est bellum Peloponesiacum. *Vide Strabonem libr. 15.* & quæ ex Ctesia adiecit *Henricus Stephanus* editioni *Herodoti.* 43

§. 3. De his, qui res Græcorum scripserunt.

GRæcarum rerum Scriptores citantur à *Cic.Diod.Siculo*, & aliis, *Hecateus Milesius*, qui floruit tempore Darii Histaspis:Item *Theopompus Chius*, Isocratis discipulus, & *Ephorus Cumeus*, Theopompi condiscipulus. Præter hos sunt *Philistus Syracusius*, Platoni σύγχρονος: *Duris Samius*,qui Agathoclis res gestas scripsit: & *Timeus*, Andromachi Principis Tauromenii filius, Agatocli etiam σύγχρονος,qui ob intempestiuas reprehensiones,dictus est ἐπιτιμαῖος. Insigniores verò sunt illi supra notati à numero nono;*Herodotus,Thucyd.Xenoph.Diodor.& Plutarchus*:quibus omnibus magnam lucem afferunt *Strabo,Suidæ* Lexicon, *Pausaniæ* commentarii de Genealogiis, & Topographiis,& ex *Athenæo* insignis illa rerum varietas, *de qua supra num.29.* 44 Histor. Græci.

Res Macedonum,& Alexandri Magni descripserunt *Diod.Siculus* lib.16. & 17 *Plutarchus* in Alexandro,& aliis Vitis,*Arrianus* Nicomediensis, qui floruit circa annum Christi 140,& *Q. Curtius*. Successorum porrò Alexandri contentiones attigerunt *Diod.Sic.*lib.18 19.& 20.*Et Iustinus* à lib.13.ad.17.Item lib. 24. 27.28,& 29. *Vide annum* 3680.Seleucidarum res à Seleuco,narrant *Appianus* Alexandrinus , in Syriacis, & *Iustinus* à lib.17,vsque ad quadragesimum.Hæc de Græcis,deque rebus sub eorum Imperio gestis.Sequitur Imperium Romanorum. 45

§. 4. De Romanæ Historiæ Scriptoribus.

QVI res Romanorum scripsere,partim Græci , partim Latini fuere, de quorum libris satis dixi, & quas historias pertractent. Hic solùm iuxta seriem Romanæ Historiæ,& ordinem illorum temporum subindicandi sunt, primò ,qui de origine Vrbis,Regibus, Consulibus, ac tota Repub. scripserunt: deinde qui de Romanis Imperatoribus & Cæsaribus egerunt . Scripsit *Dionysius Halicarn.* res Romanas à Palilibus vsque ad principium primi Punici, *de quo ad annum Orbis* 3740. Tamen qui extant eius libri tantùm pertingunt ad annum Orbis 3564, & Vrbis 312. Cætera supplenda sunt ex aliis. Itaque hæc eadem & sequentes historias Romanæ Reipub. prosequuti sunt *Appianus* , *Dio* , *Liuius*, cum suo *Eutropio*, *Plutarchus* in Romanis Ducibus, & *Polybius*, qui tantùm orditur à primo bello Punico, de quibus supra. *Marcus Cato Porcius* 7 libros Originum scripsit , scilicet ab Vrbe condita, vsque ad annum Vrbis 603, *de quo Scriptore vide qq.cap.*10.*num.*21. Quibus adde Epitomen *Lucii Florie* ex *Liuio* collectum,quæ est à *Palilibus* vsque ad Augusti victorias, *Salustii* residuos libros,& *Cæsaris* Commentarios. Iam verò Imperatorum Vitas,& res gestas scripserunt *Appian.*à lib 2. περὶ ἐμφυλίων,& deinceps.*Dio* à lib.45.*Velleius* in Epitome. *Cornelius Tacitus*, *Suetonius* , *Spartianus*, *Iulius Capitolinus* , *Lampridius*, *Herodianus* inchoans à morte Aurelii.& *Pomponius Lætus* , inchoans & ipse à Gordiano, præter *Zonaram*,*Nicetam*,& *Gregoram*, de quibus omnibus supra. Historicis hoc §. enumeratis adde *Carolum Sigonium*. qui multorum annorum historiam à Diocletiano, & deinceps cõplectitur libris 20 de Imperio Occidentis: & totidem de Regno Italiæ. Scripsit Festus,seu Sex. Rufus,Breuiarium à Regibus, vsque ad Valentinianum. 46 De Regibus, & Rep. Roman. Cato. 47 De Imperio. Festus.

§. 5. Scriptores ab inclinatione Imperii Romani per Gotthos, VVandalos,& Longobardos facta.

INtegram horum temporum seriem ab anno Christi 407 vsque ad annum 1400, scripsit *Blondus Forolinienfis* in suis Decadibus. Scripsit & *Procopius* (de quo supra) harum rerum initia agens de rebus Bellisarii contra VVandalos & Gotthos: pertinetque ad annum 27 Iustiniani, & annum Christi 566. subsequitur historia *Pauli* 48 Blondus. Paulus.

Diaconi; qui fuit Desiderii vltimi Regis Longobardorum Cancellarius, & scripsit
per 206 annos, hoc est ab anno Christi 568, vsque ad annum 773: quando Carolus
Magnus, capto Desiderio Rege vnà cum Cancellario, Regnum hoc sibi subiecit.
Hic vitã scripsit Greg. magni, sed aliqua minus vera. Baron. anno 581. Reliquã histo-
Isidor. Iunior. riam prosequuntur ordine *Zonaras, Nicetas, & Gregoras*, de quorum historia supra. Isi-
dorus iunior Hispalensis Episc. scripsit Gothorum historiam ab anno 369, vsque ad
annum 3626. Idem collegit Epistolas Romanorum Pontificum.

§. 6. De Constantinopolitano Imperio, Regibus Hierosolymæ, & rebus Tartarorum.

HIstoriam captæ Constantinopolis circa annum Christi 1204 complectitur (vt
49. *A Balduino Constant.* dixi) *Nicetas* sub finem historiæ suæ. Reliquam Constantinopolitani Imperii
historiam habet citatus *Nicephorus Gregoras*, vsque ad annum 1338, vt ipse nume-
rat. Libro 4 describit Michaelis Paleologi coronationem, & eiectis Latinis re-
cuperationem Byzantii anno Christi 1260. Libri, qui sunt à quinto vsque ad finem,
exponunt Imperium Andronici, Michaelis filii, & tandem Andronici Iunioris, vs-
Hierosol. Reg. que ad annum 1338. Reliqua §. 7.
His adde *Guillelmum Gallum* Tyri Archiepiscopum, qui res Regum Hierosolymæ
per annos 80 in Oriente gestas exposuit, inchoans à Godefrido narrationem.
50 Tartarorum in Asia Imperium, & alia Orientis Regna, ac Turcicæ potentiæ in
Tartari. Asia circa annum Christi 1051 initia, descripsit *Haitonus Armenius*, iubente Cle-
mente quinto, anno Christi 1307. hic Monachus Cyprius quidem fuit, sed in Gal-
lia scripsit historiam. Primus Tartarorum Imperator ponitur Changius Cham,
circa annum Christi 1200. Quintus verò Cublai Magnus Cham, seu Cobilas, pater
(vt aliqui putant) Tamberlani, qui Baiazetem Turcarum Imperatorem caueæ in-
clusit ferreæ. Alii Tamarlanum Magni illius Cham nepotem faciunt.

§. 7. De rerum Turcicarum Scriptoribus.

51 L*Aonicus Chalcondyles*, Atheniensis libris 10 scripsit historiam Gentis Turcicæ; &
Turcæ. initium sumens ab Ottomano, seu anno Christi 1300, perduxit narrationem vs-
que ad annum Christi 1453, quo capta est Constantinopolis à Mahomete secundo,
& denique vsque ad annum Christi 1464. Libri 2. 3. & 4 Baiazetis ac filiorum ha-
bent historiam. Liber 5 Amuratis 2 habet initia, & captæ Thessalonicæ tragœ-
diam. Liber 7 de prælus contra Scanderbegum, & rebus in Peloponeso gestis, ad
ann. 1450 quo obiit Amurates. Liber octauus est de capta Constantinopoli. No-
nus de Peloponeso, Athenis, & aliis locis occupatis ab eodem Mahomete 2. Vlti-
mus de bello contra Venetos, & Matthiam Vngariæ Regem. De his etiam lege cit.
Blondum num. 48.

§. 8. Rerum Germanicarum Scriptores.

52 PRimus in hac historia censetur *Conradus Abbas Vrspergensis* (Sperga Monasterium
Conradus. Sueuiæ est) Inchoat ab anno post Diluuium 200, & peruenit ad annum Christi
1230, qui est 20 annus Friderici secundi Imperatoris. Cuius Chronico addita sunt
reliqua de rebus in Germania per annos 300 subsequentes gestis; hoc est, vsque ad
annum Christi 1530.
Ottho Frisingensis Episcopus, frater Henrici Ducis Austriæ, Chronicon scripsit à
Mundi origine vsque ad annum Christi 1150, seu ad Conradi 3 Imperatoris exitum.
Nauclerus. *Naucleras*, Tubingensis Ecclesiæ Præpositus, Chronicon dedit à Mundi exordio
vsque ad annum Christi 1500. In quo res Germanicas suo loco & ordine explicat.
Sabellicus. Perlege & *Sabellici* Enneadas, quæ sunt vsque ad Christi annum 1504, quas protraxit
Gaspar Hedio ad annum 1538.
Cuspinianus. Iouius. Sigebertus. *Ioannes Cuspinianus*, præter Consules, deduxit etiam Romanos, & Germaniæ Im-
peratores vsque ad annum Christi 1494, seu ad initium Maximiliani primi Impera-
toris: cui successit *Paulus Iouius*, producens sua vsque ad annum Christ 1446, licet
multa ipse alia complectatur. His adde *Sigeberti* in Brabantia Monachi Chroni-
Ioannes Auentinus. con, ab anno Christi 381, seu 378, quo obiit Valens: pertinetque ad annum circiter
1107, & Henricum 5 Imperatorem. Sed prolixè res Germanicas attigit *Ioannes
Auentinus*, à Diluuio ad Christi annum 1460. Liber secundus est de bellis Augusti
cum Germanis. Tertius est de Clodoueo vsque ad Carolum Magnum. Quartus

indè vsque ad Otthonem primum. Quintus est vsque ad exitum Henrici 4. de Saxonum & Francorum rebus, & de Electoribus Imperii creatis. Sextus de Guelphorum familia, Henrico quinto, & aliis rebus vsque ad Fridericum Barbarossam. Septimus & vltimus Duces Bauariæ, & Rheni Palatinos habet, cum Imperatoribus vsque ad annum 1460. Sed longum esset Germanicarum rerum Scriptores omnes recensere.

§. 9. *Rerum Gallicarum Scriptores.*

DE origine & migratione gentis Franciæ circa annum Christi 420, sub Pharamundo, Clodoueo primo Christiano Rege, & filiis, mentionem fecit *Procopius* lib. 1 & tertio. Et *Agathias* lib. 1 & secundo, qui supra citati sunt. Sed excelluit in hoc argumento *Paulus Æmilius* Veronensis; orditur ab anno Christi 420, & Pharamundo primo Francorum Rege, perduxitque historiam ad initia Caroli 8, & Christi annum 1484 vel 1488, à quo tempore incipiens *Ferronus*, Senator Burdigalensis, continuatam dedit Æmilii historiam vsque ad obitum Francisci Valesii. De eodem Carolo 8 historiam scripsit *Paulus Iouius*: & expeditionem in Italiã, & Regnũ Neapolitanum circa annum Christi 1494 susceptam, copiosè prosequitur. Quamuis *Iouii* historia res alias multas complectatur. Lege & de hac expeditione *Philippum Comineum*, Equitem Gallicum. Bellum verò inter Franciscum Valesium, & Carolum Imperatorem de Mediolanensi ditione gestum, narrat *Galeatius Capella* ab anno Christi 1520. vsque ad 1530. 53 *Sub Gallicà Monarchia.* *Paulus Æmilius.* *Iouius.* *Philippus Commineus.* *Galeatius.*

Sunt & alii Gallicarum rerum Scriptores. Ex iis est *Gregorius Turon.* qui à principio lib. 2. Regum Francorum, res gestas explicat vsque ad annum Christi 564. extat to. 7. c. 7. Biblio. SS. PP. *Gregorius Turonensis.*

Ado Viennensis in Chronico Reges Galliæ recenset, vsque ad annum 980. *Gaguinus* res Gallorum perducit ad Caroli 8 expeditionem in Italiam. Denique *Aimoinus*, vel *Amonius* (Monachus ad Sanctum Germanum Parisiis) ab initio Regni Gallorum historiam producit, ad Christi annum 826, qui est Ludouici Pii annus ferè 13. quam postea historiam alii eiusdem Ordinis Monachi protraxerunt ad Christi annum 1156, placet tamen aliis veram Aimoini historiã, tãtum peruenisse ad an. 661. *Ado.* *Gaguinus.* *Aimo.*

§. 10. *De rebus Hispaniæ, & Lusitaniæ, Angliæ, Scotiæ, Sueuiæ, & Vngariæ.*

HIspanicarum rerum historiam nuper scripsit *Mariana* noster, & ante eum *Franciscus 'Tarapha* Barcinonensis, originem repetens Hispaniæ Regum à Thubal filio Iaphet, & vsque ad Carolum 5 producens narrationem. Omitto alios, qui satis magno numero circumferuntur. 54

Quorum opera omnia vel Chronographiam habent, vel Regum seriem, vel historiam. Res gestas historicè complectuntur, tum citati duo authores, tum hi qui sequuntur: *Rodericus Santius*, Episcopus Palentinus, præmissa Hispaniæ descriptione, historiam producit vsque ad Henricum quartum, sumpto principio ab initiis, & antiquo Principatu Hispaniæ. Propriam Ostrogotthorum historiam, Hunnorum, Vandalorum, Sueuorum, & Silingorum dedit *Rodericus Toletanus* Præsul. Item Opusculum aliud de rebus Hispaniæ vsque ad annum Christi 1243. Præter hos scripserunt de rebus Hispaniæ memorabilibus *Lucius Marineus*. De rebus à Ferdinando Arragoniæ Rege gestis *Laurentius Valla* (Hic primus è Castella, Arragoniæ Regno potitus est) De Ferdinando quinto, & Elisabetha principibus, & bello Nauarriensi *Antonius Nebrissensis*. Iam verò Chronographiam dedit *Marius Aretius*, Syracusanus. Adde Chronicon *Ioannis Vasæi*, Brugensis. Postremò de Regibus Hispaniæ tres libros scripsit *Michael Ritius*. Aliique alios horum Regum, ac Ducum dederunt catalogos, ac demùm Genealogias. Lusitanorum res in Africæ littore, & Indiis scripsit *Hieronymus Osorius*, Episcopus Syluensis libris 12 inchoans narrationem ab anno Christi 1497. quo classis missa est in Indiam. Sed accessit locuples rerum Indicarum historia, scripta per nostrum *Maffeum*. His adde *Acostæ* aliqua de nouo Orbe scitu digna, & gallicè ac prolixè editam historiam Indicam à *Du Iarrico* nostro.

Anglicam historiam scripserunt *Beda*, *Polidorus Vergilius*, & Malmesberiensis. Scoticam *Hector Boetius*, & *Ioannes Lesleus* Episcopus Rossensis, ad nostra vsque tempora. Sueticam historiam *Crantius* scripsit. Vngaricam *Antonius Bonfinius*.

§. 11. De rebus Africanis.

55 *Leo Africanus*. RES Africanas cum Geographia scripsit *Leo Africanus*, rogatu Leonis 10, Pontificis. historia lectu digna est, nec modò Mauritaniam, Numidiam, ac Lybiam, sed & Ægypti partes, & Regna complectitur, libris omnino 9.

§. 12. De Ecclesiastica historia.

56 EST ea Ecclesiastica historia, quæ ex professo res Ecclesiæ proprias complectitur, quibus scilicet initiis ipsa coaluerit, quam gubernationem habeat, quam Pastorum successionem, & doctrinam, vbi ea singulis temporibus fuerit, quas passa sit persequutiones, quæ pro fide certamina contra Hæreses, & quibus denique defensoribus ac Doctoribus illustrata sit. Has autem res omnes ordine prosequuti sunt multi grauissimi Scriptores, sed sumendum est lectionis initium à Sacra *Bibliorum* historia, *de qua supra num.* 41, & quam ab Orbe condito vsque ad Christum clariorem fecerunt *Author Ecclesiasticæ historiæ*, *Genebrardus in Chron. Nauclerus*, *& August. de Ciuitate Dei*; vt alios omittam, ex quibus est *Iosephus Iudæus*, qui Græcè scripsit, & quasdam res Romanas attigit. Sed Iudaicas Antiquitates, & Sacrā historiam præcipuè est complexus. Floruit sub Vespasiano & Tito, vt noto ad annum Christi 84. Ecclesiasticam verò à Christo historiam expresserunt *Eusebius*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, *Socrates*, *Zonaras*, *& Nicephorus*. Et quidem *Eusebius* à Christo nato exorsus, peruenit ad Christi annum 307, libris 10. quibus duo additi sunt à *Ruffino*. Eius etiam extant libri quatuor de Vita Constantini. Tres verò sequentes ex iam recensitis Scriptores sunt illi, ex quibus *tripartitam historiam Ecclesiasticam* coagmentauit *Cassiodorus*. Et quidem omnes illi tres Scriptores sua inchoant à Cōstantino, & fine *Eusebii*: sed *Socrates* pertinuit vsque ad Theodosii Iunioris Consulatum 17, qui est annus Christi 439. *Theodoretus* verò vsque ad initia saltem Theodosii Iunioris. Et denique *Sozomenus* vsque ad Christi annum 423, qui est finis Honorii Imperatoris. *Euagrius*, Mauritio Imperatori σύγχρονος, historiam Imperatorū & Ecclesiasticam inchoat à fine *Sozomeni*, & *Theodoreti*, damnationemque Nestorii in Synodo Ephesina, ad annum 431, & peruenit ad annum 12 Mauritii, qui est Christi annus 597. Cæterùm historiam totam Ecclesiasticam cumulatè prosequutus est Cardinalis *Baronius*, qui vnus instar omnium esse potest. Ex antiquioribus autem scripserunt *Epiphanius*, in Cypro Episcopus Salaminus, attingens res gestas à temporibus Apostolorum vsque ad sua tempora, qui florere cœpit anno Christi 372. *Egesippus* ex Iudæo Christianus historiam suam egregiè scripsit à tempore Machabæorum vsque ad Hierosolymam expugnatam à Tito, anno Christi 71. Hunc sequuti sunt *Eusebius Cæsariensis*, *Socrates*, *Theod.* *Sozomenus*, *Zonaras*, & *Niceph.* de quibus supra, cum *Euagrio*. Quibus addo *Speculum Vincentii Dominicani*, ab initio vsque ad Christi annum 1250. Denique *Antonius* ex Dominicana familia Episcopus à principio mundi historiam produxit vsque ad annum Christi 1460. Nostræ Societatis historiam produxit Orlandinus ad annum 1556 propè exeuntem, in cuius mensem Iulium, incidit obitus Beati P. nostri Ignatii.

Margin notes: *Nauclerus, & alii.* — *Eusebius.* — *Tripartita Historia.* — *Euagrius.* — *Baronius.* — *Antiquiores.*

FINIS.

INDEX RERVM, TEMPORVM, AC locorum Sacræ Scripturæ, quæ hoc Tomo explicantur.

INDEX
IN PRIOREM CHRONOLOGIÆ TOMUM,
in quo citatur ſolum vel annus orbis expanſus; vel caput quæſtionum, quæ hoc notantur charactere (qq.)

† 2

E

Ttt 4

H

I

L

M

N

O

Q

R

ROMANA BELLA.

BELLA ROMANA CIVILIA.

S

SELEVCIDARVM RES.

V